# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# [Super Digesto novo 2]


**Bartolus <de Saxoferrato>**



**[Venedig], 1. Apr. 1493**


[Liber xlviij.] De publicis iudicijs. Rubrica


urn:nbn:de:bsz:31-319562



Visual Library

a ¶ Quero d ſtructo. bñ facit quod nobar. in. l. i. §. fi. d acq. poſ. adde qd nobar. ⁊ doc. in. l. iter ſti. §. ſacrã. de vb. ob. ⁊ io. an. i c. priuil. per alex. de reg. iur. i. vj. per dy. i. l. pater filiũ. §. tuſculanus. de le. iij. p bal. i. l. fi grege. ⁊ ibi dixi p⁹ imol. de le. i. p ſg. in. l. ppone batur de iudi. p gl. in. d. c. puilegium de re. iur. in vj. bal. de pace cõſtan. in ver. noſ. ⁊ in auc. habita. C. ne filius p patre. ⁊ in. l. i. §. fi. qd cuiuſq; vniuer. nomi. ⁊ in. l. ſeruitutes. § ſolutũ. ⁊ ibi ang. ſ. de ſeruí. urb. pdio. ⁊ bal. i. l. vſufruct⁹ citãti. q. mo. vſufr. amit. ⁊ ang. i. d. §. ſacrã. ⁊ in. l. q res. §. areaz. d ſo ſu. add q' dixi p⁹ bar. i. l. ſiqs filio. in §. fi. ⁊ qd ibi bal. ⁊ imol. i fi. verbis. de iniuſ. teſta. ⁊ ſ. d extraor. cog. in. l. ſtellionatus.

¶ De popularibus actõibus. Rub.

b ¶ Glo: qrit vide qd nobal. in. l. pe. in. xij. q. C. d execu. rei iu. Qui ãt dicã tur de populo. vide que ſcripſi poſt bar. in. l. in p uinciali. §. fi. de oper. no. nunci.

c ¶ Tertio q̃ro vtrũ p crimine puato admittaf glz d populo ad accuſanduz. vide imol. in l. i. j. ti. i. ⁊ an qñ pena veniat applicã. da fiſco quilibet admittaf vide in rub. C. q accuſ. l. iiij. col. ⁊ gl. ⁊ bal. in. l. fi. C. de litigi.

.l. in tantum. §. vniuerſitatis. ſ. de re. diui. ⁊. l. ſz ⁊ ſi hac. §. qui manumittif. ſ. de in ius voc. ⁊ ita obſeruatur de facto. ſi vero vniuerſitas diſſoluatur in totũ: iſto caſu dz diuidi inter eos d vniuerſitate: vt. ſ. e. l. iij. in prin. ⁊ ideo quedã vniuerſitates qñ aliquis ingredif ſpecialẽ cõuentionem faciũt: vt ſi contingeret eũ inde recedere nil poſſet repetere: ⁊ vendicare de rebus illaꝝ vniuerſitatum. ¶ Sed quero iſto caſu qñ bona debẽt diuidi inter eos: vtrum diuidunf p capita an p ſolidũ ⁊ libram: Rñ. quedã ſunt bona que habz vniuerſitas ex collatione eoꝝ ppria: ⁊ tunc debent diuidi hito reſpectu ad modũ ſm quem cõtulerunt: vt. d. l. i. in fi. ſ. e. ⁊ quod ibi no. in glo. fa. inſti. pro ſo. §. illud. q̃dã ſunt bona habita ex largitione alioꝝ qui legauerũt vel donauerũt: ⁊ iſto caſu dz fieri diuiſio ſm eum modũ ſz quez deſeruiebãt oneri vniuerſitatis: vt no. in. l. icola j. ad munici. ar. ad hoc. ſ. ad treb. l. nõnunquaz ⁊. d. §. illud. inſti. pro ſo. ſed oneri vniuerſitatis deſeruiebãt illa per ſolidũ: ⁊ librã: q: cũ collecte im ponanf per librã: vt. l. oẽs. C. de op. pu. ⁊ iſta bona minuebant onera collectaꝝ. ergo apparet ꝙ per ſolidũ ⁊ librã deſeruiebãt vniuerſitati. igitur eodẽ mõ fiet diuiſio. ſi vero nõ appeat q̃liter vniuerſitas habuerit dicta bona preſumẽdũ eſt ꝙ fuerũt habita ex alioꝝ largitiõe. ita tz Inno. extra de teſta. c. relatũ. ¶ Quero deſtructo⁹ collegio an pereant priuilegia ipſius collegij: Rñ. quando collegiũ deſtruif per ſuperiorez ppter illius collegij defectum: tũc pereunt oĩa ipſi⁹ priuilegia: vt. l. qui vſufru. ſ. qui. mo. vſufruc. amit. videtur enim pati maximã capitiſ diminutionẽ: ⁊ ſic eius iura in totũ ꝯſumenf: vt. l. cognitionuz in fi. j. de var. ⁊ extraor. cog. q̃nq; collegiũ nõ deſtruitur: ſed diſpergif. verbi gratia. vniuerſitas hui⁹ ſtudij tpe mortalitatis: receſſit totaliter: ita ꝙ nulla erat vniuerſitas ſtudij peruſij. vel pone ppter aliũ caſum vniuerſitatẽ vel collegiũ recedere iſto caſu priuilegia ⁊ iura nõ pereunt: imo ipſa iura dicuntur retineri per illũ locũ a quo denoiabatur vniuerſitas. ſm opi. moyſi nota. per glo. in. l. ſicut municipium. quod cuiuſq; vni. facit ad predicta qd no. p Inno. extra de ope. no. nun. c. ij. ⁊ de v. ſig. c. abbate in vlti. glo.

## ¶ De popularibus actionib⁹. Rica.

Ex Rica ſequẽti.

¶ An actiones populares ſint rei pſecutorie: ⁊ quare dicanf populares ⁊ an p pena iponenda pro crie priuato admittaf quilibet accuſator: et cui applicetur pena qñ agif actione populari.

¶ Glo. querit^b vtrum actiones populares ſint rei perſecutorie. vel tendãt ad vindictã. dicit gl. ꝙ tendũt ad vindictã ⁊ bñ. ¶ Scdo querit glo. quare dicunf populares. dicit glo. q: cõpetunt cuilibet de populo. ¶ Tertio quero^c vtruz pro pena iponenda ex crie priuato admittaf glz accuſator. glo. dicit aut agif ad iponendã penam corporalem: ⁊ tunc nõ admittif⁹ quilibet. ſz ille tñ admittif cuius intereſt. aut agif ad penã pecuniariã: ⁊ tũc quilz de populo admittef. ſed ſi plures veniunt: admittif idoneior. qd no. multum pro ſtatutis que iponunt p delictis penam pecũiariaz: vt admittaf ad accuſandũ^e glibz de populo. quod tene mẽti. ar. ad hoc. l. ſepulchra. C. de ſepul. vio. fa. j. de iure fiſc. l. i. ibi ab accuſatione receſſuz ⁊c. ꝯiuncta. l. iij. §. fi. ſ. de preuari. fa. ẽt dicta. l. i. j. de iure fiſ. ibi. vel aduerſus. l. ⁊c. ⁊ ibi: vel rem litigioſam ⁊c. iuncta. l. fi. C. de litigioſis. ⁊ ibi per glo. que idẽ dicit quod iſta. nec ob. quod no. ſ. de priua. delic. l. fi. q: illã glo. intellige ſm iſtã: vt ibi dixi. nec ob. ſi dicis. ergo eſt accuſatio publica que cõpetit cuilibet de populo: q: nõ eſt veruz: vt dixi. j. ti. i. l. i. ¶ Quero cui applicef pena qñ agif actiõe populari. dic vt dixi. ſ. ti. ij. l. agraria. Cetera que ſunt in hoc titu. proſequere per teipſum.

## ¶ De publicis iudicijs. Rica.

Ex continuatione Rice.

¶ Quare iſta iudicia dicanf publica ⁊ quare dicantur iudicia.

¶ Glo. cõtinuat rubricã ad precedẽtia. Dictũ eſt. ſ. de accuſationibus que pecunialiter mouẽtur. Nunc proſequif de accuſationib⁹ que mouentur in corp⁹. ⁊ quidã hñt hic de actionibus: alij habẽt de accuſationib⁹. ſi hẽs de accuſationibus: dic tũc: vt. ſ. dixi: q: dictũ eſt. ſ. d accuſatõibus pecuniarijſ: nũc pſequitur de accuſationib⁹ corporalibus. ſed iſta cõtinuatio nõ eſt bona: q: etiã in precedẽtibus dictũ eſt de accuſationibuſ que mouenf in corpus: vt. l. diuus. ⁊. l. vlti. ſ. de iureiur. ⁊. l. vlt. de fur. ⁊. l. vlt. de priua. delic. ⁊ d extraor. cri. per multas. l. itẽ. ⁊. j. e. l. ij. tractaf de accuſationibus pecuniarijs. ⁊ etiã. j. ad. l. iul. de anno. l. ij. vnde. ſ. ⁊. j. tractaf de accuſatõib⁹ pecuniarijs ⁊ corporalib⁹. vnde hec cõtinuatio nõ eſt bona: q̃re alij hñt in glo. de actõibus: ⁊ iſta ẽ melior: q: dictũ eſt. ſ. de accuſatõibus ciuilibus que intẽtanf ad ptis profectuz. nũc ſeqtur videre de accuſationib⁹ crialibus q̃ mouẽtur ad vindictam: ⁊ ſi dicis ſupra dictũ eſt ẽt de accuſationibus crialib⁹. Rñ. nõ dicitur. ſ. de accuſationibus pncipaliter: ſed acceſſorie. ſed hic ⁊ in toto iſto libro dr̃ de accuſatõibus pncipaliter. Item dat glo. aliã continuationẽ. dictũ eſt. ſ. de pua. delic. ſeqtur hic de delictis ſeu de iudicijs publicis: vt in toto hoc libro. ¶ Querit gl. q̃re iſta iudicia dicanf publica: Rñ. gl. dicunf publica: q: cuilz de populo ꝯpetũt: vt inſti. eo. in pn. ⁊. l. iij. §. ꝯñs. ſ. de ſuſpe. tut. hoc declarabo. j. eo. l. i.

¶ Quero q̃re dicunf iudicia cũ in hoc ti. nõ tractef de iudicijs. hoc eſt de inſtãtia. ſed de. ll. qb⁹ iudicia itẽtanf. dicit gl. expone de iudicijs hoc ẽ de. ll. publicoꝝ iudicioꝝ. vel aliter hoc ẽ de accuſationib⁹ publicoꝝ iudicioꝝ. ⁊ iſta eſt bõa expoſitio. ſicut etiã in iudicijs ciuilib⁹ ſunt prodite accuſationes: que ſunt ius pſequendi ⁊c. vt inſti. de act. in pn. ita in crialibus prodite ſunt accuſationes. h. d. tex. inſti. e. in pn. tractat ergo totus iſte liber de accuſatõibus que oriunf ex delictis publicis ſeu de. ll. qbus delicta publica puniuntur. ¶ Vltio ſcias ꝙ alibi dicit iperator ꝙ iſte liber eſt terribilis. terret enim hoies ne delicta cõmittant: vt. l. ij. §. ſeptima. C. de vet. iure enu. nõ habetis alia circa rubricam.

Ex. l. ſequenti.

¶ Quot mõis iudicia dicũf publica: ibi. Ex gl. Et ꝙ alio inſtr̃o fabricato falſoq; teſtõ dicatur publicũ iudiciũ: ibi. Quero. Et qd d. l. uiſcellia ⁊ qd de. l. flauia de plagi. ibi. Itez ⁊ vſi. quero. Et an accuſatio ex ſenatuſcõſulto turpiliano ſit publica. Et qd de accuſatiõe ſuſpecti tutoris et quot mõiſ iudiciũ dicaf publicũ: ibi. Quero vtꝝ. Et qd de. l. agraria: ⁊ qd de crie ꝙ punif p. l. ſi quis in hoc genus: ibi. Quero cũ verſi. ſequẽti. Et an cũ pena taliũ criminũ eſt alterata p ſtatutũ deſinat eẽ publicũ iudiciũ: ibi. Vlteri⁹. Et an ſi reſtringatur ꝙ nõ oẽs poſſint accuſare an deſinat eẽ publicũ iudiciũ: ibi. Quero qd. Et ſi ſtatutum dicat ꝙ quilibet poſſit accuſare: ſequatur ꝙ crimen ſit publicum accipiendo publicũ: pus hic dicitur. vide in fi.

d ¶ Non admittitur. Adde bal. ⁊ pe. i. l. ſi quis id qd. ſ. de iuriſ. o. iu. ꝙ pp offenſã ſcãm iuriſdictioni iudicis vbicunq; a lege ipoſita eſt pena qd dicũt eſſe menti tenendum.

e ¶ Ad accuſandũ. vtruz poſſit glz admitti qñ pro delicto iponitur pẽa pecuniaria. vide bal. i. l. aduerſus. C. de fruc. ⁊ lit. ex pen. ⁊ in. l. i. C. q accu. ⁊ imol. i. l. i. j. ti. i. an foren ſis admittaf vide bald. ⁊ imo. i. l. ſiqs reus. j. ti. i. ſz vtrũ accuſatio iniuriaruz ſit publica qñ iniuria nõ hz ſpãlez ti. cri. vide bal. i. c. i. §. iniuria. de pa. iura. fir. ⁊ bar. i. l. i. i ti. i. ⁊ in. l. lex corne. in fi. ſ. de iniur. ⁊ in. l. i. §. ſi qs eo. ti.

¶ De publicis iudicijs. Rubr.

**On omnia.** Hec.l. diuidit in duas partes. primo ponit regulā ſeu q̄dā verba ex q̄bus colligit regula. ſc̄do ponit exceptionē a regula. ptes p ſe patent: ⁊ breuiter.h.d. Omnia delicta ſunt p̄uata exceptis q̄buſdā hic enūeratis.tex.ibi veniūt: pinde eſt ac ſi diceret oīa delicta ſunt priuata niſi ea que ex legib⁹ ⁊c. Dy.no.qđ dixi in ſūmario ⁊ probat hec regula ⁊ exceptio hic.⁊.ſ̄.de p̄ua. .l.preuaricatores.in fi.⁊ inſti.eo.p totū. ℂ Op. ⁊ vr q ſint alia publica iudicia q̄ ea que numerant hic: vt.l.iul.đ ſacrilegijs ⁊ reſiduis. Rñ.gl. ſm pla.q cū dicit de.l.iulia maieſtatis.cōprehēdit ēt de reſiduis.qđ ſatis pz. poſſes etiā dicere q oīa publica iudicia nō ſunt hic enumerata.

ℂ Itē op.q.l.iulia repetundarum.⁊.l.iul. de ānona.nō ſint iudicia publica: ſed ſint iudicia extraordinaria: vt.ī. ad.l.iul. rep.l.lex iulia.§.hodie.⁊.ſ̄. đ extraor.cri.l.i annonā. Rñ.ñ repugnāt qn ſint publica: vt hic.⁊ q extraordinaria pena īponatur: vt ibi.hoc vult dicere glo. ſuper ver. repetundarum licet non allega.l. ℂ Extra glo. oppo. et videtur q ſint alia iudicia publica.vt.l.q ſenatus.ſ̄.de iniur. Jaco.de arena. videtur tenere q iudiciū illud de famoſo libello ſit publicū. et hec.l. ſupplet p illā. ⁊ ita ſentit glo.ī. ad turpil.l.ab accuſatione.§.fi.ſz dñs azo intelligit melius: ⁊ dicit ſic q iudicia dicunt publica q̄nq3 q̄ ex.l.publicorū iudiciorum deſcendūt. ⁊ hoc mō ſumit hic. Alio mō dicunt iudicia publica oīa q̄ ad vindictā publicā ꝓponunt.⁊ hoc modo oīs crimīalis accuſatio pōt dici publicū iudicium: ⁊ hoc modo ſumit in.l.q ſenat⁹. Ita tenet Azo ī ſūma.inſti.de pub.iud.in prin. ℂ His expeditis venio ad q̄oes.hic dicit q cornelia de teſt.dr publicū iudicium[a]. ℂ Quero qd de alio inſtr̄o fabricato falſo dicit Pla.q tūc nō eſt publicū iudiciū.hoc ꝓbat per hāc.l.que reſtringit ſe ad.l. corneliā.de teſtis.itē ꝓbat p.l.paulus.i.rñ.ī.đ fal.⁊.ī.ti.i.l.ij.§.i. Azo fuit in cōtraria opi. ⁊ dicit q ꝑ quolibet inſtr̄o falſo ꝯpetit.l.cor.de fal. et eſt publica accuſatio: vt iſti.e.§.itē.l. cornelia de fal.⁊.ſ̄.de ꝯcuſſio.l.ij.i.rñſo.⁊ ꝓbat. C.q accu.nō poſ.l.ſenatus ⁊.l.ſi.vt ꝓponis.C. ſi reus vel act.mor.fue.⁊.l.ſi a te.C.de fal. ⁊ plene no. C.de fal.l.cū q.⁊ ibi.glo.⁊ doc.tenēt iſtā opi. ⁊ bene.nō ob.hec.l.q: ſupplet de alijs iſtr̄is ut dicit azo. Itē nō ob.l.paulus: vt glo.dicit. ℂ Item querit glo.qd de.l.fauia de plagiarijs. qd de viſcellia.⁊ de turpil.⁊ de crimine ſuſpecti tutoris vtrū ſint publica vel priuata.examinem⁹ đ quolibet p ſe.⁊ videam⁹ p̄mo vtrum.l.fauia ſit publica vel p̄uata. Pla.q ſit p̄uata accuſatio: q: hic nō nūerat. Azo cōtra p.l.plag.C.ad.l.fa.de pla. ſz pla.rñdet q ibi loquitur tm̄ qñ liber hō plagio adducit: ſec⁹ in alijs.ſz azo dicit meli⁹.⁊ ꝓbat inſti.e.§.pe.⁊ etiā apparet: q: illa.l. fauia ponit ⁊ enūerat in hoc libro: vt pz.ī.ad.l. fauia de pla. q̄libet appellat publicorum iudiciorū: vt.l.ij.§. poſt originē.C.de ue. iu.enu.nō ob.quod dicit pla.q hic nō enūerat: q: fateor q hic nō enumerant oīa publica iudicia q: alia ſunt. ℂ Quero đ.l.viſcellia.q̄dā dicūt q eſt publica accuſatio. q: in.C.pōit inter publica iudicia.C.ad.l.iul.viſcel. Alij dicūt q nō eſt publica accuſatio: qa nō ponit hic.hāc ſc̄dam partē videt tenere Dy.ſed Ja.de ra.vr tenere q ſit publica accuſatio.nam reipublice intereſt ne dignitatū ordo turbet qđ reſpicit.l.iul.viſcellia: vt.l.i.§.pe.ſ̄.de vē. inſpi. ⁊.l.đ ſtatu.C.de qđ.videte ⁊ aduertatis.ego puto q ſit publicū iudicium.nā.l.viſcellia punit libertū: q tāq ingenuus dignitatē aſſumit: vt.l.i. C.ad.l.iul.viſcel.ſed aſſumere dignitatē quā qs hr̄e non pōt eſt crimē falſi: vt.l. eos.§.fi.ī. ad.l. cor.de fal. ergo ⁊c. ⁊ ſic apparet q illa.l.punit crimē publicum.⁊ lz illa.l.ſit noua vel ſeparata a .l.cornelia de fal.tñ nō deſinit eē publica accuſatio ⁊ crimē publicū: vt.ī.latius dicā.⁊ hoc videt ſentire glo.C.qñ ci.ac.cri.p̄iu.l.i.vbi ſolū furtum dicit ibi poni ut p̄uatū crimē. ℂ Quero vtrū accuſatio ex ſenatuſcōſulto turpilliano ſit publica q̄dā dicūt q eſt publica ⁊ eſt truffa.tex.eſt q eſt priuata: vt.l.iij.in fi.ſ̄.de p̄ua. ℂ Sed op.nōne q̄libet pōt accuſare de ſuſpecto tutore q incidit in turpil.vt.l.i.ī.de iure fiſ.ergo ē publica accuſatio: vt.đ.l.iij.§.ꝯſeq̄ns.de ſuſpec.tu.⁊ dixi.ſ̄. in rubri. Rñ.hoc non eſt verū ut dicā.ī.in ſe.q. ℂ Quero vtrū accuſatio ſuſpecti tutoris ſit accuſatio publica vel p̄uata. dicit glo q eſt publica: vt inſti.de ſuſpec.tu.§.ꝯñs.⁊.l.iij.§.ꝯñs.ſ̄.đ ſuſpec.tu.⁊ in hoc reſidet glo. In cōtrariū facit qa pōt ī illo crimine īteruenire ꝓcurator: vt.l.ñ ſolū.in fi.ſ̄.de ꝓcur.ergo nō eſt publicū crimē: vt.ī.e.l.pe.§.ad crimē. Breuiter q̄ntum ad hoc vtrū poſſit interuenire ꝓcurator ⁊ qualiter dicā in.§.ad crimē.ſz q̄ntū ad propoſitū dico q accuſatio ſuſpecti tutoris nō eſt publica accuſatō: q: nulla.l.reperit q ſit publica.ergo ⁊c.vt.l.iij.in fi.ſ̄.de p̄ua.⁊ qa nō enumerat hic.⁊ eſt expreſſū ī.ad turpil.l.i.§.ſuſpecti.non ob.§.ꝯſequēs.qa ibi loquit de accuſatōe ſuſpecti tutoris ciuili qñ agit ad remouēdū nō đ crīali qñ agit ad puniēdū: vt dicā in.§.ad crimē. Preterea nō ſeqt q̄libet pōt accuſar ergo ē iudiciū publicū. ℂ Pro cui⁹ declaratōe debes ſcire q iudiciū dr publicū tribus modis.vno mō largiſſime: vt oē iudicium qđ ſit ad vindictā: ſeu ad utilitatē publicā dicat publicū.⁊ iſto mō accipit.ī.e.l.interdū.⁊.l.q ſenatus.ſ̄.de iniur.⁊.l.licitatio.§.qđ illicite.ſ̄.de publi. Alio modo dicit large[b] quādo quilibz de populo pōt accuſare.hoc modo accipit in.§.cōſequēs.inſti.đ ſuſpe.tu.⁊.l.q ſenatus.ſ̄.de iiur. Circa qđ do tibi regulā vnā quam no. Omne iudiciū qđ ñ reſpicit offenſam certe pſone principaliter de illo pōt accuſare quilz de populo. Exemplū dicit ſtatutū ſiquis iurauerit per corpus xp̄i puniat.in.c.⁊ ſi.iſta nō reſpiciunt offenſam certe perſone p̄ncipaliter: ſed malos mores ⁊ qlz pōt accuſare.⁊ ita loqtur.l.q ſenatus.ſ̄.de iniur.nō aūt iſte talis punit pena infamie ſicut ꝯdēnatus de publico iudicio ſtricte ſūpto. ℂ Tertio mō accipit publicū iudiciū ſtricte.et hoc mō accipitur in hoc libro ⁊ hac.l.⁊ iſta ſunt iudicia de quibus dānatus ſtatim efficit īfamis: vt.l.i.ſ̄.de hiſ qui no.infa.vñ nō ſeqtur q̄libz pōt accuſare: ergo eſt publicū iudiciū: ꝓut accipitur hic: vt fiat infamis: ⁊ ſit ſtrictū publicū iudiciū: ⁊ ita ſentit Azo in ſūma de inſtito.eo.ti. Et ſi dicas ego reperio q dānatus crīe ſuſpecti tutoris eſt infamis vt.l.iii.in fi.⁊.l.hec enim.ſ̄.de ſuſpe.tu. Rñ. non eſt infamis ex edicto pretoris poſito in.l.i.ſ̄.de his qui no.infa.qđ pz: q: in multis caſibus dānatus de crīe ſuſpecti tutoris nō efficitur infamis: vt ibi dicit. ℂ Quero qd[c] de.l.agraria.an eſt publicum iudiciū. Pla.in ſūma de publ.iudi.dicit forte q ſic: q: hec accuſatio competit cuilibet de populo: vt..l.agraria.ſ̄.de ter.mo. Sed veritas eſt in contrarium: q: ex.l.agraria nō eſt introducta accuſatio.ſed actio ad partis profectum: vt ibi videbitis. Sed nos loquimur de publicis iudicijs que intētantur ad publicam vindictam.⁊c.

[a] ℂ Publicū iudiciū. que ſint publica iudicia.⁊ ad de q qñ offēditur eccleſia vel clericus eſt publicum crimē: vt.l.ſi in hoc.C.de epi.⁊ cleri.et ibi p bart.et iđ crimen ſimonie eſt crimē publicum vt.l.ſi anti.e.ti.⁊ ibi vide bar.⁊ bal. in ru.C.qui accu.nō poſ.in iiij.⁊ pe.col.⁊ bal.in.l.reos.i.vj.col. C.đ accuſa.adde glo. et bar.in.l.i.§.hui⁹ ſtudij đ iuſticia ⁊ iu.

[b] ℂ Dicit large.vīđ ī rub.ſ̄.ti.i.⁊ bar.ī.l.lex corne.ī fi.ſ̄.đ iiur.

[c] ℂ Quero qd an accuſatō đ.l.agraria ſit publica.⁊ vide hic imo.q ꝯriuz tz ⁊ bar.ī.d.l.agraria.qd āt ī verberāte aliquem an ſit crimē publicum.vide bar.in.l.iul.ad.l.iuli.de vi publi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ideo nõ eſt ponẽda in hoc ti.ſed in ti. de popula.act.differt eniꝫ popularis actio a publicis iudicijs. Quero qd d.l.remia.dic vt.j.ad.l.turpil.l.i.§.i. ¶ Quero qd de crĩe preuaricatõnis: dic vt.l.iij.in pn.ſ.de pua. ¶ Quero qd de crĩe qð punit per.l.ſiqs in hoc genus.C.de epi.ꝛ cle.dicunt qdaꝫ ꝙ illud eſt crimẽ publicũ: ꝛ per illã.l. illud adijcit huic.l.ꝛ ita dicit Ja.d are. breuiter ego dico ꝙ hoc nõ eſt verum ꝙ p illã.l.aliquid addat huic.l.q: per illã.l.punit quoddã crimen ſacrilegij.ſed crimẽ ſacrilegij eſt numeratum hic ſub.l.iul.maie.vt hic dicit gl.ꝛ appet.j.i pceſſu libri.ergo pꝫ ꝙ nullũ nouũ publicũ iudiciuꝫ additur huic.l.p.l.illam. ¶ Ulterius qro[a] ſtatuto alicuiꝰ ciuitatis eſt alterata pena hõicidij ꝛ falſitatis ꝛ ſimiliũ delictoꝝ an deſinat eſſe crimẽ publicũ: ꝛ iudiciũ publicũ: ꝛ huiꝰ qõnis effectus eſt magnꝰ pp.l.pe.§.ad crimẽ.j.e.ti. Itẽ ppter infamiam quã incurrit dãnatus de publico iudicio. Ja.bu.diſputãdo vnã.q.determinauit ꝙ nõ deſinat eẽ crimen publicũ: lꝫ per ſtatutũ ſit alterata pena.ꝛ hoc pbat ſic.alterata eſt pena.l.iul.de adul.p.l.quis.ꝛ auc.ſꝫ nouo iur.C.d adul.ꝛ tñ nemo dicet ꝙ deſinat eſſe crimẽ publicũ crimen adulterij.lꝫ pena ſit alterata per.ll.illas. Preterea alterata eſt pena.l.iulie peculatus.ꝛ tñ nemo dicet ꝙ deſinat eẽ crimẽ publicũ. Itẽ alterata eſt pena.l.iul.repetũdaꝝ: vt.j.ad.l.iul.repe.l.lege iul.§.hodie.ꝛ tñ nemo dicet ꝙ deſinat eẽ crimẽ publicũ. Item pbatur per.l.ſiqs in hoc genus.ꝛ auc.ibi poſita.C.de epi.ꝛ cle. ¶ Sꝫ cõtra hoc vr cãus in.l.nra: q: illa dicunt publica iudicia q ex.l.iudicioꝝ publicoꝝ deſcendũt.ſed nũc videtur ꝙ nõ accuſet p homicidio ex.l.cor.de ſic.ſꝫ ex illo ſtatuto.pterea cõtra Ja.bu. vr caſus in.l.i.ſ.de ꝯcuſſ.ſm opi.gl.ſed ſm opi.azo.eſt cãus pro eo. Quid dicemus.aduerte qñqꝫ[b] per ſtatutum ſeu per aliã.l.nouã efficit aliquod delictuꝫ: qð prius nõ erat delictũ.exẽplum dicit ſtatutum ſiqs iuerit de nocte in tñ puniat. iſto caſu ille q accuſatur: accuſatur accuſatiõe deſcẽdente ex.l.municipali.qñqꝫ per ſtatutũ ſeu per aliã.l.nouã iducit noua ſpẽs delicti ꝛ nouũ nomen delicti.ꝛ tũc ex illa.l.noua punit.hic eſt caſus in.l.i.ſ.de ꝯcuſſ.ſm lec.glo.ibi eniꝫ dr ꝙ quidã falſitati nomẽ ipoſuit nouũ.ſ.cõcuſſio.ꝛ ideo nõ eſt publicũ iudicium: vt ibi no.qñqꝫ ſtatutũ nõ iponit nouũ nomẽ delicti: ſed ſolũ penam alterat: ꝛ tũc nõ accuſatur ex ſtatuto ſeu ex.l.illa noua.ſꝫ ex.l.antiqua publicoꝝ iudiciorum cuiꝰ pena per ſtatutũ eſt alterata.probatio huiꝰ.nã hoc videmus in iuramẽto: ſi aliqs iurat formiter[c] ſe emiſſe vel locaſſe datur actio ex illo cõtractu nõ ex illo iuramento: vt.ſ.de iureiur.l.ſi duo patroni.§.idem iul.et.§.ſequẽ.ſed ſi iurat informiter: tũc datur actio ex iureiurando.ita eſt in propoſito ſi ſtatutum diſponit ſup certo delicto noiato agetur ex illa.l.antiqua nõ ex ſtatuto alias ageretur ex illo ſtatuto.preterea ſi lex diſponit ſup certo cõtractu: vt circa emptionem locationẽ ꝛ ſimiles contractus: tunc ex illis cõtractibꝰ agitur: vt in ti.de contrahen.emp.ꝛ in ti.loca.ꝛ ſi.ſed ſi.l.nouum contractum iducit: agitur ex nouo contractu cõditione ex.l.exemplum in contractu emphitheotico: vt.C.de iure emphi.l.i.ꝛ iſti.loca.§.adeo. Similiter doc.dicunt in.l.ij.C.que ſit lon.cõſu.in conſuetndine.nam dicunt aut conſuetudo diſponit formiter aut informiter.ſicut in iuramento.pro hoc habes exẽplum inſti.eo.ti.§.item ſi.l.iulia.de vi.ꝛ.§.ſequẽ.vbi apparet ꝙ lꝫ raptus virginis puniatur per.l.raptores.C.de rapt.v. tamen dicitur publicũ iudiciũ.l.iul.de vi. cuius pena alteratur per.l.raptores.ratio q: nõ inducit nouum delictum nec nouum nomẽ delicti: ſꝫ pena tantũ alteratur ſuper eodem delicto. Nũc ad propoſitum ſi per ſtatutũ alteratur pena ſup homicidio nõ accuſatur accuſatione deſcendente ex ſtatuto: ſed accuſabitur ex.l.publicoꝝ iudiciorum.ſ.ex.l.cor.de ſic.cuius pena eſt alterata per ſtatutum.ſed ſi ſtatutum inducit nomen nouum delicti: ꝛ nouam ſpeciem: vtputa: q: iponit falſitati nomen baratariaꝫ ſeu mogobellũ: tunc accuſatur accuſatiõe deſcendẽte ex ſtatuto ꝛ dãnatus nõ efficeretur infamis: q: nõ eſt dãnatꝰ publico iudicio. ¶ Quero qd ſi per ſtatutũ ſeu aliã.l.reſtringatur accuſatio ex aliqua.l.publici iudicij: vt nõ omnes: ſed certi poſſunt accuſare deſinit ne eſſe publicũ iudiciũ.breuiter dico ꝙ non. caſus eſt.j.de falſi.l.lege corne.§.de partu.ꝛ.l.quis.C.de adul. Ex hoc apparet verificatuꝫ id quod.ſ.dixi ꝙ nõ eſt bona cõſequentia. quilibꝫ poteſt accuſare.ergo eſt crimen publicũ: q: nõ. eſt verum: vt.ſ.dixi accipiendo publicum ſtricte prout accipitur hac.l.ꝛ in toto iſto libro.nã multi nõ poſſunt accuſare ꝛ tamen eſt crimen publicum. Quero in ſtatuto dicitur ꝙ quilibet poſſit accuſare vtrum ex hoc ꝙ dicit ꝙ quilibet poſſit accuſare: ſequat ꝙ crimen ſit publicum accipiendo publicum: prout hic dicit tex.videtur ꝙ ſic: vt.l.iij.in ſi.ſ.de preua.cõtra.puto ꝙ ex hoc nõ ſit publicum iudicium quantũ ad effectꝰ publici iudicij: de quibus videtur in proceſſu.ratio quia hoc nõ dicitur hic nec i toto iſto libro terribili.ſed eſt crimen publicum quantũ ad alios effectus aſſumendo publicũ alio modo: put.ſ.dixi. Itẽ quod dixi de infamia dicã latius in.l.infamie.alias incipit nõ ex omni.j.e.

Ex.l.ſequenti.

¶ Qualiter crimẽ dicatur capitale: ibi. Quero. Et an cuꝫ pro crimine imponunt due pene quarum vna eſt capitalis alia non.an in dubio crimẽ ſit preſumendum capitale: ibi. Quero quid. Et quid ſi pena nõ eſt alternatiua: ſed conditionalis: ibi. Secũdo. Et qualiter cognoſcatur ꝙ augumentatio pene ſiat vigore eiuſdem.l.ſeu officio iudicis.et an ſtante ſtatuto ꝙ quis debeat p falſitate condẽnari i certa quãtitate: ꝛ qrto pluri quã ſi nõ ſoluerit ifra.x.dies amputetur ſibi lingua ſi in fortiã: cõmunis peruenerit. an cõdẽnatus ſi perueniat in fortiam cõis peruenerit ꝛ velit ſoluere quantitatem nõ quartũ plus: ſed pro illo remanere i carcere: an poſſit: ibi. Pro huiꝰ. Et an cuꝫ per ſtatutũ quis poſſit ipune offendi. an pena ſit capitalis: ibi. Ulterius. Et an excõicatio ſit pena capitalis: ibi. Quero. Et qd ſi aliquis eſt damnatus ad perpetuum carcerem. vel ad opus publicũ: an pena ſit capitalis: ibi. Quero aliquis cum ſequenti verſi. Et an mẽbri abſciſio ſit pena capitalis: ibi. Sed quero. Et quid appelletur membrum: ibi. Sꝫ qro. Et an debilitatio mẽbri ſit pena capitalis ibi.vide in ſi.

## p Publicorum.

[d] Illa ſũt iudicia capitalia ex quibus perditur vita ciuitas vel libertas.alia non.h.d. Et diuiditur hec lex i tres partes.primo ponit diuiſionẽ bimẽbrem. ſecundo proſeqtur primũ mẽbrum. tertio proſequit ſecundum mẽbrum.ſecunda ibi.capitalia.tertia ibi: nõ capitalia.ꝛ no.ꝙ ſiue ſit mors naturalis ſiue ciuilis: dicitur crimẽ capitale: vt hic.ꝛ.l.edicto.§.rei capitalis.ſ.de bo.poſ.ꝛ.l.ſed ꝛ ſiquis.§.rei.ſ.ſiquis cau.ꝛ.j.de penis.l.rei capitalis.ꝛ

a ¶ Ulterius qro. No.qñ ſtatutũ limitat penã vnã ſcias i materia de qua h ꝙ ſi ſtatutuꝫ iponit penaꝫ capitalẽ non dicit publicũ iudiciuꝫ: q: ſtatuta dicunt leges p uatoꝝ iudicioꝝ. ita dic bal.i.l.ij.C.q teſt.fa.po.ꝛ qd ſi p pena corporali iponit a ſtatuto pena pecuniaria. vide guido.de ſuꝫa.in.l.trãſigere.C.de trãſac.ꝛ add qð no.bar.i l.ifamẽ.j.e.ꝛ ad bar.hic adde bal.i.l.reos.i.viij.col.C.de accu.ꝛ i.c.ſiqs filiũ.d pa.tenẽ.ꝛ ex his q bar.h voluit videt ꝙ ſtatutũ poſſit p mutare penã homicidij ſi penã pecũiariã.ſꝫ ꝯriũ voluit hoſt.i.c.ſi.de accu.ꝛ tãcre.in ſua ꝯpendioſa.ꝛ imo.h ꝛ vid q no.bal.i.c.i.§.iniuria.d pa.iur.fir.et vide bar.qui idẽ velle videt in.l.i.ſ.vi bo.rap.ꝛ i.l.nũqꝫ plura.de pua.ſ lic.ꝛ no.per bal.i.d.l.trãſigere.in.vj.col.vſi.iuxta iſtã pmã.C.de tranſacti.

b ¶ Aduerte qñꝫ.vid bal.in ru.C.qui accu.i.v.ſed qro an forenſis.ꝛ in.v.ſꝫ qd ſi ſtatutũ.

c ¶ Jurat formiter. Adde bar.in.l.oẽs populi.i.vij.q.pn.ff.d iuſti.ꝛ iur.ꝛ in l.i.de ꝯdi.ex lege.

d Publicorũ.not. que ſit pena capitalis.ꝛ iõ qrit h imol. an ſi ſtatutũ impõit penã capitis verificetur i exilio

etiā.l.capitalium. ❡ Op. ꝙ exiliū non ſit mors: vt.l.nemo.in ſi.C.de epi.audi.⁊.l.exiliū. de iter dic.⁊ rele.dicit glo.ibi dicit exiliū improprie. ❡ Op.de hac.l.ad ſeipſam.nā hic dr̄ in ſi.ꝙ cohertio in corpus nō eſt crimē capitale.ſed mors eſt cohertio in corpus.ergo mors nō eſt crimen capitale. So. ꝙ dicit in ſi.cohertio dic.ſ.modica alias eſt crimē capitale. ❡ His expeditis venio ad pmū mēbꝝ.ſ.ad cria capitalia. ❡ Quero hic dr̄ ꝙ ex gnē pene dr̄ crimē capitale.vel ñ. ❡ Quero qd ſi pro crīe iponunt due pene alternatiue vna capitalis ⁊ alia nō.vtrū in dubio dicet crimē capitale. Rn̄.ſic pp vnā ptem alternatiue q̄ hoc cōtinet.ſicut eniꝫ legatū dr̄ cōditionale qn̄ vna ps alternatiue eſt pura altera cōditionalis: vt.l.cū illud.⁊.l.cū ita.qn̄ di.le.ce. ita hoc erit crimē capitale totū cuꝫ vna pena ſit capitalis.fa.l.ſi ex tota.in ſi.ſ̄.de le.i. ❡ Scdo quero quid ſi nō iponitur pena alternatiue ſed ꝯditionaliter[b]: q: dicit ſtatutū ꝙ pro homicidio qs puniatur i.v. libris ⁊ ſi nō ſoluerit infra.x. dies puniat in capite. an eſt crimen capitale. Dy.ponit hanc.q.hic. ⁊ quidaꝫ habēt.j.e.l.pe.§.ad crimen. ⁊ mouet eā etiā i.l.ſi qn̄.§.heres.ſ̄.de le.i. ⁊ dicit ꝙ eſt capitale. ratio q: pecunia nō ſoluta remanet caput in obligatione: vt.l.i.ſ̄.de pe.le.l.i.§.item ſi ita.ſ̄.ad.l.fal.ita dicit Dy.⁊ ita alij ptranſeunt. Contra hoc vr̄ tex.expſſe in.l.i.ſ̄.de in liteꝫ iur.videte: puto Dy.dicere veritatē.nō ob.l.i.ſ̄.de in lit.iurā. q: ibi loqtur qn̄ illa augumētatio venit ex officio iudicis nō ex natura obligationis principalis.ſꝫ in caſu noſtro pena capitis venit ex virtute eiuſdeꝫ.l. ⁊ eiuſdē accuſatōis.vnde ex eadē.l. venit nō iudicis officio.hec ſo.pbatur p.l.centum capue.ſ̄ de eo qd cer.lo. ❡ Pro hui⁹ declaratōe habem⁹ videre.pmo qn̄ cognoſcemus vtruꝫ augumētatio pene ſiat ex vigore eiuſdē.l.⁊ accuſatiōis: ſeu officio iudicis. Circa hoc do vobis hanc doctrinaꝫ.qn̄qꝫ hoc exprimit in.l.ꝙ hoc ſiat officio iudicis: tūc nō eſt dubium: vt.l.quicūqꝫ de ſer. fu.C.qn̄ꝫ hoc nō exprimit i.l.tūc ſiquidē iſta augumentatio pene iducitur ex alia.l.ꝙ̄ ex illa ex qua inducit prima pena.⁊ tūc hec pma pena dꝫ iſpici: nō hoc ꝙ pōt augeri vel minui.ar.ad hoc.ſ̄.de iniur.l.ſiqs iniuriā.⁊.d.l.i.ſ̄.de in lit.iurā. Si vero inducit eadē.l.tunc aduerte ſiqdem pena prīo loco ipoſita tranſfundit in ſecundaꝫ: ita ꝙ prima pimitur ⁊ in ſecundā tranſfundit: tunc ē verū quod dicit Dy: q: totū quod ſeqtur eſt pēa delicti cū prīa pena ſit nouata ⁊ in ſecundā trāſlata: vt.l.i.ſ̄.de pe.le.⁊.l.i.§.itē ſi ita.ſ̄.ad.l.fal.⁊.l.obligationū fere.§.ſi.ſ̄.de ac.⁊ ob.ſicut ē in caſu ppoſito: ſi nō ſoluerit āputet caput.ſed ſi pma pena nō perimit ſed auget[c].exēpluꝫ dicit ſtatutū puniat in tm̄: ⁊ ſi nō ſoluerit ifra.x. dies puniatur in quarto pluri.iſtud quartū plus erit ne pena delicti: an pena cōtumacie: q: nō ſoluit.dico ꝙ tu debes ꝯſiderare hec verba ſtatuti. nam quandoqꝫ ſoluere debere infra certū terminum venit in diſpoſitiōe.qn̄qꝫ venit in ꝯditione tm̄ ñ in diſpoſitione.exēpluꝫ in diſpoſitōe dicit ſtatutuꝫ puniatur in tantū: ⁊ ꝙ debeat ſoluere ifra.x. dies: ⁊ ſi nō ſoluerit puniatur in q̄rto pluri.tunc ſi nō ſoluerit illud quartū plus ē pena cōtumacie: q: nō ſoluit.vt.d.l.i.ſ̄.de in lit.iur.⁊.l.ſi.C.de vſu.rei iu.qn̄qꝫ hoc nō eſt in diſpoſitione: ſed in conditione tantū.exempluꝫ puniat in centuꝫ: ⁊ ſi nō ſoluerit infra.x.dies puniatur in q̄rto pluri: ⁊ tunc quartū plus eſt pena maleficij qualificati cum hac conditione ſi nō ſoluerit infra.x.dies. quod apparet: q: cum nō ſit in diſpoſitione ſoluere infra.x.dies: nō pōt dici deliquiſſe ille qui infra.x.dies non ſoluit: q: illud quod eſt in ꝯditione nō eſt in obligatiōe aliqua: vt.l.ſiquis ſub cōditione.ſ̄.ſi quis om.cā teſ.eſt ergo pena maleficij nō pena cōtumacie.ar. ad hoc.l.in iſta ſtipulatione ſi calēdis: cōiuncta.l.ſi homo mortuus. de ver.ob.hoc habui examinare infinitis vicib⁹. ⁊ maxie tuderti. Nam tuderti fuit qs cōdemnatus in certa q̄titate pro falſitate: ⁊ in quarto pluri: ſi nō ſoluerit infra.x.dies. ⁊ dicebat ſtatutum ſi puenerit in fortiam cōis amputetur ſibi ligua. mō ille venit in fortiam cōis: ⁊ volebat ſoluere ſine quarto: ⁊ euadere linguaꝫ ⁊ remanere in carcere pro quarto. Querebatur vtrū poſſit: ⁊ ſic q̄rebatur an illud quartuꝫ eſſet pena maleficij vel contumacie. Item dicit ſtatutum hic ꝙ pro falſitate non poſſet fieri excōputatio in apodiſſis: modo querit an poſſit fieri in illo quarto pluri. ⁊ doctrinā habes ex predictis. ❡ Alteri⁹ quero[d] aliquiſ ex vigore ſtatuti propter aliquod delictū pōt ipune offendi. exēplum dicit ſtatutum ſiqs declinauerit iuriſditionem poteſtatis vel capitanei poſſit impune offendi. an eſt pena capitalis ex eo ꝙ poteſt impune offendi.videtur ꝙ nō: q: donec viuit caput nō eximitur de ciuitate: q: pōt ire per ciuitatē ſi aliquis eū nō offendit.ergo ⁊c. vt hic dicit.contra.puto ꝙ ſit pena capitalis. nā illud quod hic dicitur propter quod caput eximitur de ciuitate: hoc eſt ab his que ſunt iuris ciuilis.ſed per iſtam penam ꝙ poſſet ipune offendi perdit ea que ſunt illius ciuitatis: q: nō obediuit ciuitati: vt.l.amiſſione.§.qui deficiunt. de capi.di.ergo erit pena capitalis: ⁊ hoc intelligaſ vt.j.dicam. ❡ Quero vtrum excōmunicatio ſit pena capitalis.glo.videtur dicere ꝙ ſic in.§.media.inſti.de cap.di.vbi dicitur ꝙ excōmunicatio equiparatur deportato. Contra.dico per tex. extra de ſenten.excō.c.cum medicinalis.lib.vj.vbi illa pena excōmunicationis dicitur medicinalis non mortalis. ⁊ ideo dicitur medicinalis: quia illa pena nō imponitur ppetuo: ſed vt a delicto deſiſtet ⁊ emendet quod facit.ſimile dicerem: ſi per ſtatutum ciuitatis: vt ſolet fieri exbānitus a centum libris ſupra poteſt offendi impune: erit ne pena capitalis.certe non: quia imponitur: vt delictum purget ⁊ emendet ſoluendo penam. ⁊ ſic eſt pena medicinalis non mortalis. ſed quando pena imponitur declinanti iuriſditionem pena eſt perpetua: ⁊ nō poteſt purgari. ideo eſt pena capitalis. ❡ Quero aliquis eſt dānatus ad perpetuum carcerem[e].an eſt pena capitalis. certe licet de iure noſtro quis non debeat damnari ad perpetuum carcerem: vt.l.aut damnum.§.ſolēt j.de penis: tamen ſi damnatur ad perpetuū carcerem.vel in perpetuis vinculis erit pena capitalis: quia equiparatur damnato in metallum. ita tenet Inno.in.c.q̄liter ⁊ qnando.extra de accu. ❡ Quero quidam erat damnatus perpetuo ad opus publicum: vt erat quidam bononie q erat damnatus: vt damnatos ad mortem ipſe cruciaret.an eſt pena capitalis. Reſpondeo. aut hoc

a ❡ Quero quid ſi alternatiue iponitur capitalis ⁊ non capitalis. an dicatur pena capitalis. add bal.i.l.reos.in.iij.col.de accu.⁊ bal.i.l.ſi.de iiur.

b ❡ Sed cōditionaliter. Si pena capitis iponitur cōditionaliter: an crimē dicat capitale.bar.videtur velle ꝯriuꝫ in.l.duob⁹.§.idē rn̄dit.ſ̄.p ſo.⁊ ad hoc vid q̄ dixi in.l.vbi fideiuſſor de ſo.ſcdꝫ bal.p⁹ bar.ibi p imol.i.l.ita ſti.in.v.charta.de v̄.ob.⁊ bal.in.l.trāſigere.in.v.col.in duab⁹ q.C.d trāſac. vnū tene mēti ꝙ eo caſu quo poſt lapſum tpis res publica acceptaſſet penaꝫ pecuniariam videt renūciaſſe pene capit ali.l.ꝗ̄uiſ la.ij.⁊ ibi bal d⁹.C.d vſu.⁊ bal.i.l.data opa.in.v.col.C.q accuſ.⁊ i.l.reos i.v.col.C.d accu.⁊ bal.i.l.i.in pe.col. vbi q̄rit ſi ſtatutū dicit ꝙ bannit⁹ in pſona nō poſſit ſuccedere ⁊ aliqs fuit bānit⁹ in cētuꝫ ſub ꝯdi. ſi venit i fortiaꝫ cōis ⁊ ñ ſoluerit ifra.x.dies furcis tradatur an poſſit ſuccedere.

c ❡ Sꝫ auget ſi pēa augmētatur pp ꝯtumaciā an dicat pena pp delictū. add ꝙ ſi ēt illa nō ſoluat venit puniēdus capitaliter.vid dio bar.in.l.i.§.ſi.ſi quis ius dicē.per cy.in.l.i.C.de cri.ſtel.⁊ bart.i.l.⁊ iō.de ꝯpenſa.⁊ bal.i.l.ij.C.d regrē.reis ⁊ in.l.an inutilis.ſ̄.de accepti.ſꝫ pone ꝙ i.l.vel ſtatuto nihil diſponit: ſed iudex i ſnia mādat ſolui ſub pena quarti pluris an illud quartuꝫ erit pena delicti vel cōtumacie: ⁊ vid h ang.et bal.in.l.qcunqꝫ.C.de regrē.reis.⁊ an valeat talis ſentētia.vid āg.⁊ imol.hic.⁊ bal.in.l.cum iudex.C.d iudi.⁊ ad pdicta vid bal.i l.ij.C.de regrē.re.⁊ āg. in.l.nemo carcerē.de exac.tribu.in pn.⁊ bal.in.l.data opa.in.iij.col.⁊ in l.cū ſi.C.de ſepul.viola.⁊ bal.in addi.ſpe.in ti.de ſen.in.xiij.col.⁊ d hoc vide per bald.in.l.⁊ multis.C.de app.p bal.aliqd in.l.iij.§.ſin.q ſatiſda.cog.p gl.in.l.iij.c.ti.ad ſupradicta vide ang.de aretio i tractatu ſuo maleficioꝝ.in v̄.ſi nō ſolueris infra.x.dies.

d ❡ Ulterius q̄ro.ſi ex forma ſtatuti aliqs ipune pt offendi pena eſt capitalis. idē ſi opponitur pena ꝙ ſi audiat. Jac.bu.dixit ꝙ ſi interuenit pcurator nō ē capitalis. et vide ang.in l.ij.§.qui h.ſ̄.de adul.⁊ bal.i.l.data opa.i.xvij.col.C.q accu.⁊ i.l.reos i pe.q.de accuſa.

e ❡ Perpetuum carcereꝫ d dānato ad ppetuū carcerē adde ppetu⁹ carcer ē ppetua ſui t⁹: vt i.l.ij.d li.ho.exhi.facit.l.ticio.§.i.de ꝯdi.⁊ d mon.⁊ vide qd no.bart.in.l.iperiuꝫ: ⁊ ibi bal.ff.de iur.o.iu.⁊ p bal.i.l.i.C.q accu.ſi poſ.ſed nūqd iudex ſecularis poſſet dānare ad ppetuoſ carcere ſ dic ꝙ nō: vt i.l.ſeruo.C.de penis.⁊ i l.incredibile co.ti.⁊ iō ſi ibi morietur nō efficeret ītestabilis. ita dixit ang.et imo.in.l.ſiqſ mihi bona.§.i.de acqr.her.⁊ ad oia iſta vide de his q ad lib.pue.nō poſ.in.l.i.⁊ bald.in.l.reos.in ij.colū.C.de accu.videtur tm̄ ꝙ valeat ſnia perpetui carceris: licꝫ poſſet reuocari ſm glo.in.d.l.incredibile.⁊ ibi bal. ADDE ꝙ bal.conſi.ccclxx.iij.li.dicit ꝙ ſnia iudicis ſecularis ad perpetuoſ carceres eſt ipo iure nulla in religs trāſit cū bar.⁊ inno.

fuit impoſitum in penam in perpetuum: aut ad tempus. primo caſu equiparatur damnato i metallū: quia perpetuo debet deſeruire huic negocio. ⁊ ſic eſt ſeruus pene: ⁊ eſt pena capitalis. ſecundo non: vt. l. capitalium circa princi. ⁊. l. quidam ſunt. ī. de pe. ⁊ hec ſufficiunt circa iſtaʒ primam particulam. ¶ Venio ad ſecundam partē hic dicitur ꝙ non capitalia ſunt ex quibus pena pecuniaria aut cohertio in corpus infertur.

¶ Quero exemplum que ſunt publica iudicia: in quibus eſt pena pecuniaria? reſpōdeo. habes exemplum in. l. ij. ī. ad. l. iul. de anno. ¶ Scđo q̄ro[a] vtrum mēbri abſciſſio ſit pena capitalis: vel non. videtur ꝙ non: quia illa tantuʒ dicuntur capitalia ex quibus mors naturalis infertur: vel ciuilis: vt hic dicitur. ſed per membri abſciſſionem infertur cohertio in corpus. ⁊ ſic nō eſt crimē capitale. In contrarium determinat Dy. quia mēbri abſciſſio equiparatur morti. alle. §. ad hoc. i auctē. de colla. ⁊ no. in. l. ij. C. de offi. eius qui vi. alte. obti. alij dicunt contra per hanc. l. non ob. iura prealle. per Dy. quia loquuntur quo ad iudicis competētiam. ille enim poteſt mēbrum abſcindere: qui poteſt auferre vitaʒ: videlicet q habet merum imperium: nō tamen eſt capitalis pena. ⁊ ita pertranſeunt. mihi videtur ꝙ mēbri abſciſſio nō ſit pena capitalis proprie loquēdo: qꝛ per hoc caput de ciuitate non eximitur ciuiliter: vt dixi. ſ. quod patet: quia ille cui amputaꝛ manus vel pes poteſt facere teſtamentum: vt. l. cui manus. ſ. de teſta. cuʒ ergo nō perdat ea que iuris ciuilis ſunt: ergo pena capitalis nō eſt. ſʒ largo modo loquēdo poteſt dici ꝙ ſit pena capitalis: quia licet nō inferatur mors toti corpori: tamē moritur membrum quod abſcinditur. ⁊ hoc reſpectu poteſt dici pena capitalis improprie. et ideo tanta poteſtas ⁊ auctoritas requiritur in iudicante ſuper membri abſciſſione: quanta reqritur in iudicante ſup̱ toto corpore: quia requiriꝛ merum imperium: vt. l. alle. per Dy. ¶ Sed quero quid appelletur membrum vtruʒ digitus[b] ſit membrum. videtur ꝙ non. tex. enim cum glo. in l. non ſunt liberi. de ſtatu. ho. probat ꝙ digitus eſt officium membri nō mēbrum. ad idem. l. idē offilius. ſ. de edil. edic. vbi ponitur alternatiua inter digitum ⁊ membrum: ergo ſunt diuerſa. natura eniʒ coniunctionis eſt: vt cadat inter diuerſa: vt no. in rub. de iur. ⁊ fa. ig. ⁊. l. ſi is qui ducenta in prin. ſ. de re. du. ad ideʒ facit. l. queritur. §. ſi digitis. ſ. de edil. edic. In contrarium facit: qꝛ eadem ratione diceremus ꝙ neque lingua neqʒ oculi ſint mēbra: quia ſunt partes capitis: ⁊ officium ipſius capitis preſtant. quod tamen videꝛ contra. l. is cui lingua de edil. edic. quid dicem⁹. ad hoc facit extra de cor. vicia. c. i. aduerte dico ſic. membrum dicitur a metior metiris quod eſt partiri ⁊ diuidere: vnde mēbrum dicitur quaſi corporis pars. ita dicit Hug. ſup̱ verbo metior. mō ſi largo mō aſſumim⁹ mēbꝝ p̱ q̄libet p̱ticula corp̱is quelibet particula corporiſ diceꝛ mēbrū. nam ſicut dicitur domus: ⁊ quilibet lapis ē pars domus: vt no. in. l. eum qui edes de vſuca. ita in ꝓpoſito quelibet pars corporis poteſt dici mēbrum largo modo ſumēdo. ſed proprie loquendo illas appellamus partes rei que diſtinguunꝛ per partes officiorum ſeu miniſteriorum. verbi gratia: domus habet plures partes cameraʒ coquinaʒ aulam: in vna manducatur in alia coquiꝛ in alia dormiꝛ. ⁊ iſte ꝓprie dicuntur dom⁹ p̱tes vt. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ſ. de dam. infec. ꝟ. ſed ꝗ in plures. ad idem facit. l. i. C. de edifi. priua. ibi edifices ⁊ concameres. modo in propoſito illa dicuntur proprie membra que habent diuerſa officia: vt pedes ad ambulandum. aures ad audiendum. oculi ad videndum: ⁊ man⁹ ad palpandum ⁊ ſi. iſta alia que coadiuuant officium membri proprie appellantur officia nō mēbra. probatur in auc. ſed nouo iure. C. de ſeruis fug. vbi manus appellatur mēbrum. quid ſi aliquis priuatur dente nunquid dicitur mutilatio membri vel debilitatio. dic ꝙ non: vt. l. cui dēs. de edil. edic. ⁊ dic predicta vera niſi de mente diſponentis aliter appareat: vt aliaſ dixi. verbi gratia. dicit ſtatutum qui abſciderit alicui membrū ſimile membruʒ ſibi abſcindatur. modo ſi abſcidit ſibi digitum: ſimilis digitus debet ſibi abſcidi ex relationis qualitate. argu. ad hoc in. l. non nunquā. ſ. ad trebel. ¶ Circa hoc quero vtrum debilitatio[c] membri ſit pena capitalis. Reſpondeo ꝙ non. ille enim cui debilitatur non moriꝛ: vt. l. qua actione. §. ſiquis ſeruum ad. l. acquili. ⁊. l. ita vulneratus. eo. ti. ¶ Sed quero quid eſt debilitare de quo loquuntur quotidie ſtatuta? Reſpondeo membrū dicitur tūc debilitari quādo officium membri aliqualiter impeditur: vt. l. item offilius. ſ. de edi. edic.

p **Ublica.** Quidam habent i littera perimiꝛ alij hēnt permittiꝛ. ſm̄ primā lec. habes ꝙ mortuo accuſato vel accuſata accuſatio extinguitur. ſm̄ aliam lect. dicitur ꝙ reo ſeu accuſato: vel rea defunctis actio permittitur. ⁊ ſic durat. ⁊ ſic iſte littere ſunt contrarie. ſm̄ primaʒ litteram examinabo materiam. ī. eo. l. defuncto. ſm̄ ſecūdaʒ litteram examinabo. ī. e. l. accuſatore.

i **Nterdum.** Pendente iudicio ſuper actione ciuili non poteſt proponi accuſatio criminalis ſuper eodem crimine. h. d. Iſta. l. ¶ Oppo. de. l. ij. §. hoc edicto. ſ. vi bono. rap. ⁊ C. quando ac. ci. preiu. cri. l. i. vbi per actioneʒ ciuilem nō preiudicatur criminali. ſolu. in tantum preiudicatur: quia pendente vno iudicio nō poteſt aliud intentari: vt hic. ſecus eo finito[d]: vt ibi plene dicaʒ in. l. ij. §. hoc edicto. ſ. vi bono. rap. ⁊ per glo. ⁊ doc. C. quando ci. ac. cri. preiu. l. i. ¶ Item opponitur ⁊ videtur ꝙ per actioneʒ ciuilem non preiudicetur criminali. ſed econtra: vt. l. ſi. C. de ordi. iudi. Reſpondeo. ibi loquitur quando a diuerſis partibus proponūtur: vtputa ab vno ciuilis ab altero criminaliſ. hic ꝟo quādo ab eodem proponitur ciuilis ⁊ criminalis. ¶ Item opponitur extra glo. de. l. rerum amotarum actio ob adulterium. ſ. re. amo. vbi illa q̄ eſt ciuilis nō differtur per aliam que eſt criminalis. Dicit dy. ꝙ hic loquitur quando iſte actōes ciuiles ⁊ criminales deſcendunt ex eodem crimine: vt hic. ſecus ſi a diuerſis criminibus. ita dicit Dy. hic ⁊ ibi ego conſueui per illam. l. reſpondere aliter: vt plene dicam in. l. ij. §. hoc edicto. ſ. vi bono. rapt. ¶ Item oppo. extra glo. ſ. de iniur. l. pretor edixit. §. i. vbi dicitur ꝙ iudex nō debet permittere ꝙ per ciuileʒ preiudicetur criminali. Reſpondeo ſm̄ vnam expoſitionem quam ibi ponit glo. illa. l. non eſt contra. ſed cōcordat. ſed ſm̄ lectu. quam ibi ponit Jaco. de are. ē ſpeciale in. l. cor. de ſic. vt ibi videbitis. ¶ Venio ad aliam glo. ⁊ oppo. dicitur hic furto. ⁊c̄. Contra ex furto nō deſcendit publicum iudicium: vt. l. vlti. ſ. de fur. ergo per actionem furti ciuilem non poteſt fieri preiudicium iudicio publico: qꝛ ex ea nō deſcendit publicum iudiciuʒ. ſed hic di-

a ¶ Secūdo quero. vide cy. in. l. reos C. de cuſto. reo. ⁊ in. l. i. C. ꝺ dilatio. ⁊ in. l. ſiquis nō dicā rapere. i. ix. opp. C. de epiſ. et cle. ⁊ in. l. trāſigere in. iiij. q. C. ꝺ trāſa. adꝺ bal. 'i rubri. C. ꝺ iure fiſ. lib. x. ⁊ de pa. te. §. ſiqs aliū. ⁊ in. d. l. reos. in. iij. col. ⁊ ſal. i. d. l. trāſigere. i p̄n. ⁊ an pēa fuſtigationiſ ſit pena capitalis viꝺ bal. ⁊ ſal. i. d. l. trāſigere. qd ꝺ pēa tertie p̱tis bonoruʒ. viꝺ gl. ſ. qꝺ me. cā. i. l. iſti quidē. §. ſi. q dicit ꝙ ſi dicitur capitalis: qꝺ bart. repetit. ſ. de excu. tuto. l. athlete. §. dat remiſſionem p̱ text. in. l. i. C. ꝺ reis po. li. x. ſed forte bñ dicit glo. p̱ tex. iſtū qui dicit ꝙ relegatio nō ē capitalis: ⁊ tñ pōt continere dānat⁹ p̱tes bonoruʒ ī. de 'iterdic. ⁊ rele. l. iij. in fine.

b ¶ Utꝝ digitus: vtruʒ digit⁹ ſit menbrū. viꝺ bar. bald. marti. ſil. ſali. ⁊ odofre. in. l. ſi ſūt liberti. de ſtatu. ho. vide bal. in. c. i. in p̄n. ꝺ no. for. ſide. ⁊ bal. in auc. ſʒ nouo iure. C. ꝺ ſer. fu. io. ꝺ ana. in. c. cū ex iniuncto de here. bal. i. l. reoſ. C. ꝺ accu. ⁊ an mamilla hoīs vel mulieris: ⁊ an barba vel labia: ⁊ an digitus ſit mēbrum. adde bal. in. l. data opa in. xxij. col. q accuſ. ⁊ an ſtatutuʒ puniēs debilitātē mēbrū puniat debilitāteʒ mēbꝝ inutile. vide bar. in. l. i. ad finē. de edil.

acti. vbi autē ⁊ q̄uo cōprehendaꝛ debilitatū mēbrū vide bal i. l. ſi fug. C. ꝺ ſer. fu. ⁊ viꝺ moder. i. c. i quibuſdā. de pe. vbi referunt ꝙ ſiqs ē dānatus ad mutilationē mēbri: intelligitur ꝺ manu. allega. tex. in auc. de mā. p̄n. §. coges iuncta glo. ⁊ fa. tex. 'i auc. vt nulli iudi. §. i. ADDE ꝙ digitus ſit mēbruʒ bar. cōſi. ccj. incipien'. q̄ritur an digitus.

c ¶ Utrū debilitatio. vtꝝ p̱ debilitatione mēbri ipōnaꝛ pena capitalis. dic ꝙ nō ⁊ bñ: qꝛ ñ eq̱pollet morti. fallit tamē quo ad penā irregularitatis. c. ſi. ꝺ homici. in. vj. ⁊ hic adꝺ. c. cū accuſaſti. cuʒ glo. fin. ⁊ ibi moder. ꝺ accu. ⁊ viꝺ bal. i. l. ſi fugitiui i ſi. C. de ſer. fug. vbi hēs poſt cū.

d i Nterdū. ſec⁹ eo finito. finito iudicio ciuili pōt intētari criale. ꝺ quo tamen ſʒ vide imo.

citur contra. quare glo. dicit hic intelligas de tali furto ex quo erit crimen publicū: vt in plagio alicuius ſerui: ⁊ bene dicit. ſ; potes dicere ꝙ hic publicum iudicium accipitur largius. ſcʒ ꝓ quolibet iudicio criminali: quod ad vindictam publicam proponitur: vt dixi. ſ͂. eo. l. i. materiaʒ autem huius. l. dicemus. ſ͂. vi bo. rap. l. ij. §. ex hoc edicto.

Ex. l. ſequenti.

¶ An accuſatus poſſit ſuum accuſatorē reaccuſare: ibi. Pro declaratione. Et an quando primus accuſator proſequitur ſuam iniuriam. ſecūdus poſſit reaccuſare ſuā iniuriam proſequēdo: ibi. Quero quomō. Et quando nomen rei dicatur receptum inter reos: ibi. Quero quādo. Et quare ſit ꝙ cum litis conteſtatio non ſit abſente parte ꝙ accuſatus reſpondet accuſationi parte abſente: ibi. Sʒ. Et an ſi ſit omiſſa exceptio reacuſo meum accuſatorem an valeat ꝓceſſus: ibi. Quero. Et an poſt ſententiam qs poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare: ibi. Quando igitur. Et an cum in accuſatione nō debeat poni dies criminis commiſſi ſi quis ponat ⁊ nō probet debeat cōdemnari: ibi. Venio. Et qualiter reus probabit de innocentia: ſi dies cōmiſſi criminis nō ponitur in accuſatione: ibi. Sed quero. Et an ſi exbannitus accuſetur de alio crimīe iudex debeat ſibi dare licentiam veniendi: ibi. Alterius. Et in caſibus in quibus ſeruus poteſt eſſe in iudicio in illis poteſt procuratorem conſtituere: ibi. Alterius habes. Et an ſi accuſator eſt bannituſ debeat ſuper accuſatione ſupſederi. vide in ſi.

i **S qui reus.** Iſta lex eſt ita difficilis ſicut aliqua que ſit in hoc libro: ⁊ nunquaʒ vidi eam ꝙ nō mihi difficilis videretur. Et diuiditur principaliter in duas partes. prima loquitur vtrum accuſatus poſſet accuſare ſuum accuſatorem pendente iudicio. ſecunda vtruʒ poſſit reaccuſare poſt ſententiaʒ. ſecunda ibi: illud. Iteʒ ſecūda ſubdiuiditur in alias duas partes: quia prima loquitur vtrum poſt condemnationem poſſet de nouo reaccuſare. ſecunda an poſſet proſequi accuſationes iam inchoatas. ſecunda ibi: īchoatas plane. Et breuiter hoc intēdit Receptus inter reos nō poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare[a] niſi fuerit abſolutuſ. ſecus ſi fuerit condemnatus pena que auferat ciuitateʒ vel libertatem: poterit tamen accuſationem inchoatam perficere. hoc dicit. No. tex. ibi conſtitutionibus enim. ⁊c̄. notabilia ſunt clara. ¶ Oppo. ad primam partem ⁊ videtur ꝙ quis poſſit reaccuſare ſuum accuſatorem: vt. l. i. C. qui accuſ. nō poſſunt. ſol. dicit gl. ꝙ nō poteſt eū reaccuſare ꝺ pari vel minori crimine. ſed de maiori crimine poſſet: vt. l. contra. vide glo. que incipit. ſcilicet accuſatorem ſuum. ¶ Ad iſtud oppo. lenocinium eſt maius adulterio: vt. l. athletas. §. ait pretor. ſ͂. de his qui nota. infa. ſed accuſatus de adulterio non tamen reaccuſat de lenocinio: vt. l. ij. §. ſi extraneus. ĩ. de adul. ergo ſolu. precedēs eſt falſa. reſpondet glo. ꝙ ſolu. precedens debet intelligi ante nomen rei receptum inter reos. poſtea eniʒ non poteſt reaccuſare etiam de maiori: vt. d. §. ſi extraneus ⁊ hic. Intelligit ergo gl. noſtra ꝙ nullo modo quis reaccuſat ſuuʒ accuſatorem poſt nomen rei receptum inter reos. ita etiā ſentit glo. magna in diſtinctione Rug. ibi poſita breuiter domini non eſt dubium ꝙ. l. noſtra loquitur[b] poſt nomen rei receptum inter reos: quia tex. dicit hic. is qui reus ⁊c̄. Sed tamen. l. i. C. qui accu. non poſſ. non debet ſic diſtingui: ſ; debemus ſic dicere. ibi loquitur quando accuſatus reaccuſat accuſatorem ſuum de crimine preiudiciali. ad primuʒ ꝙ poteſt indiſtincte. hic vero loquitur quando reaccuſat de crimine nō preiudiciali. ideo quando crimen preiudiciale proponitur ex eo reſultat quedam exceptio peremptoria: vt in iſto exemplo glo. poſito. in. d. l. i. C. qui accuſa. non poſſunt: ⁊ poſito hic in glo. vlti. Sed exceptiones peremptorie poſſunt opponi quandocunqʒ ante ſententiam: vt. l. ſi maritus. §. preſcriptione. ĩ. de adulte. ergo. ⁊c̄. ⁊ iſtud teneas quicquid dicat Pe. ⁊ Cy. ⁊ etiam Rug. hic. ¶ Tertio opponitur de. l. neganda in fine. C. qui accu. non poſſunt. vbi indiſtincte permittitur reaccuſatio. ſolu. ſiquidem accuſatus vult accuſare ſuum accuſatorem: vt procedatur ſuꝑ accuſatione non poteſt: vt hic. Si vero vult accuſare: vt differatur effectus illius accuſationis: hoc poteſt: vt. l. contra. effectus illius accuſationis eſt: quia poſt condemnationem poterit euʒ proſequi. caſus hic in fine. hoc dicit glo. ij. in ſi. ¶ Venio ad alias glo. que tangunt primaʒ partem: ⁊ videtur indiſtincte ꝙ accuſatus poſſet reaccuſare ſuum accuſatorem: vt. l. i. C. de calum. reſpondeo. ibi non accuſat: ſed officium iudicis implorat: vt puniatur ille qui calūnioſe accuſauit. ita dicit glo. ⁊ optime hic: ⁊. l. i. C. qui accuſ. nō poſſunt. vel dic ꝙ ibi accuſando de calumnia proſequitur ſuam iniuriam ſibi factam in accuſando calumnioſe: quod poteſt: vt. l. neganda: vel dic ꝙ ibi loquitur quando vnum crimen qꝺ refertur eſt connexum crimini propoſito. quod poteſt fieri: vt ſtatim dicam. quelibet iſtarum ſo. eſt vera. ¶ Quinto oppo.[c] de. l. ij. §. ſi publico. ĩ. de adulte. vbi refertur crimen etiam poſt nomen receptum inter reos. gl. magna. dicit ibi nō accuſat: ſed excipit. ⁊ ita no. etiaʒ in. l. neganda. Iſta ſolu. nō eſt bona. nam exceptio eſt proprie actionis excluſio: vt. l. ij. ſ͂. de exceptio. ſed in. §. ſi publico illa exceptio propoſita nō repellit accuſantem: ſed facit eum puniri. ergo habet magis vim accuſationis ꝙ̄ exceptionis. dicit Pe. ⁊ bene ꝙ ibi loquitur quando crimen quod refertur eſt cōnexuʒ crimini primo loco propoſito: ſicut eſt adulterium ⁊ lenocinium eiuſdeʒ adulterij. ⁊ hoc videtur etiam ſentire glo. in. d. l. ij. §. ſi extraneuſ quod placet. ¶ Sexto oppo.[d] de. l. neganda. C. qui accu. non poſſunt. vbi indiſtincte accuſare permittitur accuſatorem ſuum de maiori crimine. Aduerte quoniam intellectus illiuſ. l. in nulla parte. C. declaratur. ſed iſte glo. declarant eam. l. illa neganda poteſt intelligi duobuſ modis. Primo quando accuſatus vult reaccuſare ſuum accuſatorem: tunc ſol. contrarij eſt ꝙ hic loquitur poſt nomen rei receptum inter reoſ quo caſu non poteſt reaccuſare etiaʒ de maiori. ibi vero loquitur ante nomen rei receptuʒ inter reos. et ita intelligit ſecunda glo. huius. l. hic in ſi. ſecūdo modo legitur. l. illa ꝙ ibi loquitur quādo accuſatus vult reaccuſare extraneum quo caſu diſtinguitur de miori vel maiori: vt ibi. hic loquitur quando vult reaccuſare accuſatorem ſuū iſta lectura ponitur in glo. ſuper ver. inchoatas. ibi: porro. et poteſt eſſe vera. ⁊ ſm hanc lect. habes ꝙ accuſatus poteſt reaccuſare extraneuʒ de crimine maiori non diſtincto vtrum nomen receptum ſit inter reos vel non. Cōtra hoc videtur tex. in. l. reum. C. de procu. propter quam. l. quidam damnant hanc opi. ſed in veritate iſta opi. eſt vera. nam ſuo nomine etiā accuſatus recept⁹

a i S qui reus reaccuſare. an ħ. l. habeat locuʒ ſi accuſator reconueniaſ ciuiliter. vide bart. ĩ auc̄. et ꝯñter in ꝟſi. quero. ij. vtꝶ actor. C. de ſenten.

b ¶ . l. noſtra loqtur. Sed bal. in. l. i. C. qui accuſ. tʒ contrarium: vt. ibi per eū in. ij. col.

c ¶ Quinto op. vide bal. in. l. negāda. C. qui accuſ. nō poſ. ĩ quibuſdā lec.

d ¶ Sexto oppo. ſʒ an in caſu. d. l. iudex poterit īquirere. vid no. per bar. in. l. ij. §. ſi pub. ꝺ adul.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

inter reos poteſt accuſare.ſecus ſi aliuȝ vellet defendere vel alio nomine accuſare.probatur in.l.penul.ſ.titu.i. ¶ Pro declaratione iſtarum glo. quia docto.hanc materiam non bene ſūmarunt vt hec materia tibi liqueat diſtingue[a] . aut accuſatus vult alium accuſare ante nomen receptum inter reos.aut poſt nomen receptum inter reos ante ſententiam.aut poſt ſententiam. primo caſu aut accuſando proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam:⁊ poteſt indiſtincte:vt.l.neganda.aut non:⁊ tunc aut accuſat de maiori crimīe: aut de minori vel pari.primo caſu poteſt.ſecundo caſu nō poteſt accuſare:vt procedatur.ſed poteſt accuſationem proponere:vt differatur: vt.d.l.neganda.in omnibus tamen caſibus in quibus dicam ꝙ poſt nomen rei receptum inter reos poteſt reaccuſare in illis poteſt reaccuſare ante per iura que.ſ.proxi.dicaȝ.ſecundo caſu aut vult reaccuſare ſuum accuſatorem aut extraneum. primo caſu aut reaccuſat implorando officiuȝ iudicis aut excipiēdo aut reaccuſando principaliter primo caſu poteſt:vt.C.de calum.l.i.ſecūdo caſu aut eſt exceptio peremptoria:⁊ poteſt proponi.aut eſt dilatoria:⁊ tunc ſecus:vt.l.ſi maritus. §.preſcriptioneȝ.ſ.de adulte. tertio caſu dicunt quidam ꝙ indiſtincte non poteſt reaccuſare.ita ſentit glo.hic ⁊ Pe.⁊ Cy.C.qui accuſa. nō poſſunt.l.i.⁊ ibi no. Tu vero diſtingue . aut crimen ꝙ ſecundo refertur eſt preiudiciale ad primuȝ ⁊ poteſt:vt.l.i.C.qui accu.nō poſſunt.ratio: q: ex hoc reſultat quedā exceptio peremptoria: vt.ſ. dixi.aut non eſt preiudicialis:⁊ tunc aut crimen quod ſecundo proponitur eſt primo crimini cōnexum : ⁊ poteſt accuſare:vt.l.ij.§.ſi publico.ſ.de adulte.⁊ no.in.§.ſi extraneus.e.l.aut non eſt cōnexum primo:⁊ tunc aut vult reaccuſare:vt ꝓcedatur:⁊ indiſtincte nō poteſt:vt hic:niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur:vt.l.negāda. C.qui accu.nō poſſunt. aut vult ſolum ſe inſcribere:vt differatur poſt ſententiā:⁊ poteſt: vt.d.l.negāda.in ſi.ſi vero vult reaccuſare extraneū: tunc ſtamus diſtinctioni.l.neganda.aut vult reaccuſare de maiori:⁊ poteſt indiſtincte. aut vult reaccuſare de pari vel de minori:⁊ nō poteſt niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur . poteſt tamen accuſationeȝ proponere:vt differatur:vt d.l.neganda.¶ Expeditus de contrarijs venio ad.q.dixi ꝙ poteſt reaccuſare ſuum accuſatoreȝ ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſeq̄tur. ¶ Quero quid ſi primus accuſator ſuam proſequatur īiuriam.an ſecundus poterit reaccuſare ſuam iniuriam proſequendo.glo.hic dicit . ꝙ nō ideȝ tȝ glo.C.eo.l.neganda.Odof.⁊ Jaco.bal.tenent contrarium ꝙ indiſtincte accuſatus poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem proſequendo iniuriaȝ ſuam:etiam ſi accuſator primus proſequatur ſuam iniuriam.allegat.l.qui cum maior.§. ſi libertus.ſ.de bo.liber.⁊.l.ſiquis in graui.§.vtrū.ad ſylle.hoc etiaȝ tenuit Gui.de ſuza. dicens ꝙ nō eſt congruum ꝙ per.l.aſſiduis.que.l. loquitur ī contractibus:⁊ ſic in ciuilibus determinētur iura que loquuntur in crimīalibus. Dy. reperitur in quibuſdam additionibus ꝙ tenuit glo.in q̄buſdam ꝙ tenuit contra. Jaco.de ra.⁊ pe.tenēt glo.vt refert Cy.in.l.neganda.ꝙ ſicut quando neuter proſequitur ſuam iniuriā:⁊ ſic ſunt in pari cauſa nō permittitur reaccuſatio: ita eadeȝ ratione quando vterqȝ proſequitur ſuam iniuriā: q: in pari cauſa remanent. Cōmuniter ſeruatur contrarium per omnes partes italie ⁊ maxie bononie.ideo aduerte quandoqȝ crimen quod ſecundo obijcitur:eſt cōnexum primo: q: tu accuſas me:⁊ ego te de criminibus factis in eadeȝ rixa:⁊ tunc nō eſt dubiuȝ ꝙ reaccuſatio admittiť: q: propter vnitatem temporis.videtur vnum factum ⁊ vnum delictum:vt not.glo.C. vnde vi.l.i.in ſi.mag.glo.⁊.ſ.dixi. quod quando crimina ſunt cōnexa indiſtincte permittitur reaccuſatio: ſed ſi crimina eſſent ſeparata : vt q: accuſo te de crimine cōmiſſo hodie:⁊ tu accuſas me de crimine cōmiſſo ante : ⁊ tunc habent locum predicte opi.finaliter tamen ego credo ꝙ illud quod cōſuetudo obſeruat:ſit verius q̄ opi. glo.⁊ Jaco. bal.⁊ odofr.dicunt verum per.l.per eos allega. Ad cōtra.reſpondeo:⁊ primo ad.l.aſſiduis: q: ibi quod ſecundo daretur: denegaretur primo. ideo primo nō aufertur.ſed in.q.propoſita vtriqȝ cōceditur ꝙ poſſit accuſare ⁊ nemini aliquid aufertur.ſed ibi alteri aufertur:ſi ſecundo cōcederetur cum nō poſſit vtriqȝ concedi. ¶ Ad id quod diciť ꝙ remanet in pari cauſa:vt dicit Ja. ⁊ Cy.⁊ Pe. Reſpondeo ꝙ paritas cauſe quando vterqȝ proſequitur ſuam iniuriam:nō habe eandem rationem que eſt quando neuter proſequitur.quod patet:q: quilibet proſequitur vindictam ꝓprie iniurie.⁊ ideo proſequitur quodāmodo proprium intereſſe:⁊ ideo admittitur reconuentio ſicut in ciuilibus:vt.l.cum papinian⁹ auč.⁊ conſequenter.C.de ſen. ⁊ interlo. om .iu. nec ob.ſi dicis qui prior appellat prior agat: q: credo ꝙ prius terminabitur prima q̄ ſecūda. ſȝ ſuper vtraqȝ ſimul procedetur:⁊ poterit vtraqȝ accuſatio eadem die terminari ſm materiaȝ conuētōis ⁊ recōuentōis:vt.l.cū pap.⁊ auč.⁊ ꝯñter ⁊ no.i.l.qui prior.de iudi.dicitur hic poſt nomē rei receptum inter reos. ¶ Quero quādo nomē rei dicitur receptum inter reos[b].glo. videtur dicere ꝙ recipitur poſt lit.ꝯteſt.ita no.ſ.de adult. l.ſi maritus.§.preſcriptiōe.⁊.C.de adul.l.adulteram.ideȝ no.ſ.ti.i.l.hos accuſare.⁊.§.i.⁊.l.abſentem.ſ.de penis. Pe.vero videtur dicere ꝙ hoc ſit per lit.conteſt.ſicut enim in ciuilibus facta lit.conteſt. nō poſſunt proponi dilatorie exceptiones:ita in criminalibus:vt.l. perēptorias C.ſen.reſcin.nō poſ.ſed hoc nō videtur verū:q: reo abſente nomen eius recipitur inter reos : vt l.miles.§.ij.ſ.de adul.⁊.l.adulteraȝ. C.de adul. ergo non ſit per lit.conteſta.que requirit partis preſentiam. Alij vt Ja.de are.dicunt ꝙ tunc dicitur recipi inter reos quando contra reum incipit eſſe aliqua preſumptio: ita ꝙ habȝ ſe neceſſe purgare.ſed certe poteſt eſſe ꝙ etiam eſt contra eum aliqua preſumptio ante conteſtationem: ⁊ poteſt eſſe ꝙ nō erit preſumptio contra euȝ vſqȝ ad ſententiaȝ. Dy.vero dicit ꝙ tria ſunt tēpora. vnum ante lit.conteſt.aliud poſt lit.conteſ. quo ad recipitur inter reos: ⁊ eſt tertium tēpus quo recipitur īter reos:quod poteſt ſieri abſente parte.q̄liter autem ⁊ quando hoc ſiat nō dicit. Pe. dicit ꝙ poſt litis conteſta.ſiebat quoddam preceptum ſeu preconium.exempluȝ pateat oibus ꝙ talis accuſatus comparuit ⁊ lit.conteſta.eſt.⁊ dicit ꝙ hoc preconium eſt recipi inter reos. ⁊ dicit ꝙ ſi nō ſieret per lit.cōteſt.diceretur recipi inter reos:ſed diuinare eſt. Ja.bu.dicit ꝙ porrigitur accuſatio:⁊ notarius ponit in ſilza ⁊ omnes citationes quaod reus comparet reo comparēte ponit eum in libro reorum ⁊ omnes citatiōes ſcribit in libro accuſationum ⁊ omnia acta.⁊ tūc dicitur recipi īter reos:ſed nihil eſt : q: multi notarij ſtatim ſcribunt in libro reorū ⁊ omnia acta. quare dico ꝙ propoſita accuſatōne proponunť

a ¶ Diſtigue vtrū accuſatus poſſit accuſare accuſatorē ſuum. vide q̄ dixi poſt bar.in.l.ij.§.i.ſ. ď adulte.no.tñ ꝙ ſi accuſatus vellet reaccuſare accuſatoreȝ ſuū corā iudice incōpetenti q̄ ad recuſatum ꝙ tūc hoc non poterit ſieri: nec tūc hȝ locuȝ auč.⁊ cōſequēter. C. de ſenten.ita nota. voluit bar.ibi i. iij. col . Sed an reaccuſās teneť ſe inſcribere eo caſu quo pria accuſatio nō tenebat . vide bal.i.d. auč. ad ſi.alias in .l.ſi.ad ſi.co. titu.

b ¶ Diciť receptū īter reos.qñ nomē dicitur receptū inter reos.vide bal. i.l.i.in .xvij. col.⁊ i.l.neganda. C. q accu.i pe.co lū.⁊ i.l.q̄ȝuiſ C. ſi pēden. ap.⁊ bar.i.l. .ij.C.vt nē ꝓpu.⁊ ibi ſul. ⁊ bal.in.l.cū mulier. ſolu. ma.in.xi.op. ⁊ ibi ꝑ imol. in.iij.col.⁊ ꝑ bar.i.l.adulterij accuſatus per illuȝ tex.C. de adulte.⁊vide ꝑ bal.i.d.l.q̄ȝuis.vbi dicit melioreȝ eſſe tex.ſm oldr. ⁊ ro.ibi.AD DE Jo.an. plene in ti.ď accuſato . §. primo v̇.Itē ꝯ agentē . in addi. incipiē te receptum.

exceptiones dilatorie: videlicet ꝙ accuſatio non procedat. vos nõ eſtis iudex. ꝛ ſimilia: ꝛ tunc diſcutitur an ſuper accuſatione ſit procedendũ: ꝛ tunc nõ debet recipi inter reos. ſed ſi pronũciat iudex eſſe procedendũ: tũc dicitur recipi ĩter reos: ꝛ põt recipi abſente reo. ꝛ ita loqtur hic. ꝛ in §. preſcriptione. ꝛ de hoc eſt tex. in. l. accuſatiõe adulterij. C. de adulte. nõ ob. l. adulterã[a]. C. de adulte. q: intelligo aliter ꝙ̃ glo. videlicet ꝙ ibi erat accuſatio inchoata per accuſatõis ꝓpoſitionem. ſicut in fine hui⁹. l. ꝛ erat reus abſens inter reos receptus per pronuntiationem: de quo. ſ̃. dixi. fateor tamen ꝙ ſi dicta pronunciatio nõ p̃ceſſit lit. conteſt. habet vim receptõis inter reos. ¶ Sed quero quõ[b] cum. ſ̃. dixerim ꝙ lit. conteſt. nõ fit parte abſente. quid eſt hoc ꝙ tota die videmus ꝙ accuſatus cõparet ꝛ reſpõdet accuſatiõi parte abſẽte: ꝛ poſtea procedit: cũ conteſt. debꝫ fieri per interrogationeꝫ ꝛ reſponſionẽ vtriuſqꝫ partis: vt. l. i. C. de lit. conteſt. Rñ. in criminalib⁹ ſup proceſſu iudex põt aſſumere ſi vult ptes accuſatoris ꝛ eius ptes ſuſtinere: vt dicã. ĩ. e. l. pe. in prin. ita hic quando iudex interrogat reuꝫ ſuſtinet vices accuſatoris. vnde ex interrogatione iudicis ꝛ reſponſione ptis videt facta lit. conteſta. pro hoc: q: nõ refert in litis ꝯteſta. interrogꝫ iudex vel pars glo. eſt Ber. extra de dolo ꝛ contu. c. prout. ꝛ ideo aſſeſſores qñ comparet accuſator faciunt iurare[c] ꝙ non propoſuit animo calũniandi: ꝛ facit ſibi dari licentiaꝫ expediendi ꝓceſſum eo abſente: ꝛ eandem licentiam facit ſibi dari a reo. ſed ſi nõ eſſet data iſta licentia. iudex poſſet interrogare abſente parte: vt dicam. ĩ. e. l. pe. ¶ Quero quid ſi iſta exceptio eſſꝫ omiſſa: q: reaccuſo meum accuſatorem: ꝛ ipſe non excipit an valeat proceſſus. dicit glo. ꝙ ſic in. l. reum. C. de procu. idem in ſi. no. in. l. ij. C. cõmuni. di. ꝛ. l. ſi mancipium. §. i. ſ̃. de euic. nõ habetis hic alia circa primã partem. ¶ Venio ad ſecundaꝫ partem ꝛ oppo. hic dicitur ꝙ ſi per ſentẽtiam nõ p̃diderunt ciuitatem vel libertatem poſſunt reaccuſare de nouo. ¶ Opp. ille qui eſt dãnatus de publico iudicio eſt infamis: vt. ĩ. e. l. infamen. ergo nõ poteſt accuſare: vt. l. qui accuſare. ĩ. ti. ꝓx. ergo male dicit glo. ſo. infamis non poteſt alium accuſare: niſi accuſatoreꝫ ſuum. alium vero non niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriaꝫ: vt. l. qui cum maior. §. ſi libertus. de bo. lib. ¶ Secũdo oppo. ꝙ ille qui eſt ſemel calumniatus nõ admittitur iterum ad accuſandũ: vt. l. ſi cui. §. iſdeꝫ ĩ. ti. ꝓximo. ſol. ibi loquitur quando eſt calũniatus accuſando: hic quãdo eſt calumniatus ſe defendendo. tunc non prohibetur ab accuſando. ¶ Venio ad aliam glo. dicitur hic ĩchoatas accuſationes poteſt proſequi. Contra immo dicit tex. ꝙ ex euentu iudiciorum apparebit vtrũ poſſit: q: ſi fuerit condemnatus nõ poſſet inchoatã proſequi: vt. l. i. C. qui accuſ. nõ poſſunt. hic ꝛ ibi ſunt multe opi. illa eſt vera ꝙ ibi crimen ſecũdo loco propoſitum erat ad aliud preiudiciale. exẽplum ponit glo. ꝛ iſta eſt vera ſolu. ꝛ omnes ſequuntur eam. ¶ Iteꝫ oppo. quomodo poterit proſequi accuſationem inchoatam: ſi perdiderit vitam vel libertatem vel ciuitatem. gl. dicit eſt videndum an pena ſit differenda vel nõ: vt proſequatur accuſationẽ inchoataꝫ. glo. arguit pro ꝛ contra. finaliter glo. dicit aut imponitur p ſententiam pena mortis ꝛ non differtur pena: vt. l. cum reis. C. de penis. ꝛ ideo accuſatus non proſequitur: ꝛ de hac ſententia hec. l. nõ loquitur. Aut nõ imponitur pena mortis: ꝛ tunc aut ẽ crimen quod poteſt proſequi per procuratorem ꝛ nõ differtur pena. aut eſt tale crimen quod non põt proſequi per ꝓcuratorem ꝛ differtur: ꝛ ipſe ſtabit ad proſequendum. quãdo ergo queritur vtrum poſt ſententiam accuſatus poſſit reaccuſare ſuum accuſatorem. ſic diſtingue. aut fuit abſolutus: ꝛ ſine dubio poteſt reaccuſare: niſi propter aliud impediatur: vt hic. in prin. ꝛ. l. qui accuſare. ĩ. ti. i. aut fuit condẽnatus: ꝛ tunc aut illa condẽnatio infamiam nõ irrogat. ꝛ idem: vt. l. q accuſare. aut irrogat infamiã: ꝛ tunc aut vult accuſare extraneuꝫ: ꝛ nõ poteſt niſi ſuam vel ſuoꝝ iniuriam proſequatur: vt. l. qui accuſare. ĩ. ti. i. ſꝫ inchoatas poteſt proſequi: vt hic. ꝛ. l. neganda. C. qui accu. nõ poſſunt. aut vult accuſare ſuuꝫ accuſatorem ꝛ poteſt: vt hac. l. nõ obſtante ꝙ ſit infamis. aut pena ademit ei vitam ciuitatem vel libertatem: ꝛ tunc de nouo nõ poteſt accuſare in accuſationibus antea ĩchoatis. diſtingue aut accuſatio ex qua fuit cõdemnatus erat preiudicialis ad aliam: ꝛ non poterit proſequi illam: vt. l. i. C. qui accu. nõ poſſunt. aut nõ erat p̃iudicialis: ꝛ tunc ſi eſt pena per quam perdit ciuitatẽ vel libertatem poterit proſequi per ſe vel per ꝓcuratorem: vt hac gl. dicitur. aut ĩponitur pena mortis ꝛ nõ poterit proſequi: vt. l. ſicut reis. ꝛ. l. ſi vẽdicari. C. de penis. ſm glo. ſed doc. in hoc paſſu oẽs cõcordant cõiter in contrario. rõ q: eadem ratione per quã differtur deportatio que ẽ mors ciuilis per eandẽ debet differri mors naturalis. nõ ob. l. cum reis. ꝛ. l. ſi vendicaueris. quod eniꝫ ibi dicitur ꝙ mors nõ debet differri: fateor niſi ex cauſa: vt probatur in. l. i. C. de bo. dam. ꝛ. ſ̃. de publ. l. ſi. in princi. ꝛ. l. pregnantis. ĩ. de penis. ꝛ ita tenet Iac. de ra. Pe. Cy. ꝛ Rai. ꝛ omnes. ꝛ hoc puto verũ. ¶ Venio ad queſtiones circa gl. hic in vltima glo. ponitur exemplum ꝙ te accuſabam pro delicto cõmiſſo tali die. quero cum in accuſatione de neceſſitate non debet poni dies cõmiſſi criminis: vt. l. libellorum. §. i. ĩ. tit. proxi. aliquis poſuit diem: ꝛ non probauit diem an debeat ſuccumbere: ꝛ videtur ꝙ non: quia dies de neceſſitate non debeat apponi: vt. l. libellorum. contrarium determinauit[d] Ri. malum. imputet enim ſibi[e]: quia ſe ad diem aſtrixit: vt. l. habebat in princi. de inſti. Pro hoc: quia variatio diei facit videri diuerſam rem eſſe propter temporum varietatem: vt in. c. abbate ſane ante fineꝫ. extra de re iudi. lib. vj. fa. in arg. l. ſi nõ ſortem. §. libertus de condi. inde. ſi facit videri aliud maleficiũ ergo. ꝛc̃. vt. l. denũciaſſe. §. quid tamen. de adulte. ꝛ. l. pretor. §. docere. ſ̃. vi bono. rap. ꝛ hoc puto verum. ¶ Sed quero cum in accuſatione non debeat poni dies criminis d neceſſitate: quomodo reus poterit probare[f] defenſionem ſuam: vt recte concludatur. exemplum. tu accuſas me ꝙ ego vulneraui te tali menſe. Ego volo me defendere ꝛ ꝓbare ꝙ feciſti inſultũ tu: ꝛ ſic volo ꝓbare p meos teſtes ꝙ feci ad mei defenſionẽ. vel dico ꝙ feci ad vindictam incontinẽti: cum ſtatutum hoc permittat: ꝛ produco teſtes ad probandũ

a ¶ Nõ ob. l. adulterã. fac qd no. bar. i ꝓxi. ṽ. ꝛ bal. in. l. i. in. xvij. ꝛ. xviij. col. ṽſi. iiij. q̃ro cũ ſe. C. q acc. b ¶ Sꝫ q̃ro quõ ꝛ an ſi re⁹ accuſat⁹ cõpet accuſatore abſẽte iducat lit. ꝯteſt. bar. hic ꝙ ſic queꝫ ſeqtur. bal. in. l. i. in xvj. col. C. q accu. fac qd no. bar. ſ̃. §. ꝓxi. ꝛ bal. i. l. i. C. de lit. cõteſta. ꝛ i. l. peremptorias. i. v. col. ſen. reſcin. nõ poſ. i. ṽ. quãdo ergo q̃ritur vtrum pact. vtrũ accuſat⁹ de furto poſſit accuſare de hõicidio. bal. i. l. i. in. vj. op. q accu. ADDE an ſi accuſat⁹ de plurib⁹ delictis eodeꝫ libello cõfiteat vnũ de alijs dicat ſe nõ culpabilem per hoc ſit lis cõteſtata. bar. ꝯſilio. cxv. incipiente ſup quo q̃ritur.

c ¶ Faciũt iurare. no. ꝙ ſacias in p̃ncipio iurare accuſatorẽ ꝙ ñ accuſat aĩo calũniãdi. adde bal. in. l. i. C. de iura. calũ. vbi idẽ tꝫ in reo: ꝛ not. p̃cticam hodiernã qd iudi. faciũt ſibi dari licẽtiam tã ab accuſatore q̃ꝫ reo expediẽdi ꝓceſſuꝫ eis abſentib⁹. ꝛ fac qd no. bal. in l. vt pfectius. C. de anna. exce. in. viij. col. ꝛ i. l. iiij. C. d acc. vbi h expreſſe dicit. qd ãt ſi iudex moneret ipꝫ: vt ſingulis dieb⁹ ꝛ horis ñ data iudici tali ſcia. dic ꝙ re⁹ poſſet d tali monitõe appellare qd no. per imol. i. l. q añ calẽdas. d ṽ. ob. ꝛ bar. ad reꝓmendã. i ṽſi. p edicta. pe. de ãch. in cle. i. d fo. cõpe. ad q̃ vide no. p bar. i. l. ĩter accuſatorẽ. in ſi. ĩ. eo. talis practica nõ ẽ bona: vt p bald. i. l. ſi qñ. i. iij. col. C. d teſt. ꝛ ibi dicit bald. ꝙ põt dari licẽtia iudici etiã abſẽte pte ꝙ recipiat iuramenta teſtiũ ꝛ ita dic pra

cticari in cãis crialibus. ꝛ adde pe. de bella ꝑti. in. l. ſtatu liber. ff. d ſta. li. d ¶ Contrariũ determinauit. hic idẽ tꝫ bart. in. l. pantoni⁹. de acq. here. ꝛ gl. in. q. ix. negãda. bal. in. l. i. q accu. in. xxviij. col. bar. i. d. l. denũciaſſe. §. qd tñ ꝛ in. d. l. libelloꝝ. ṽ. vnũ tps. ꝛ bal. in. l. i. C. q accu. adde tñ ꝙ ſi in libello accuſatõis nõ ſit appoſita dies: ſed in capitulis ſic: lꝫ nõ probet ſequtur ꝯdemnatio ſꝫ bal. in l. pe. C. de accuſa. ſꝫ ſi ponitur vna dies ꝛ ꝓbatur de alia nõ ſequitur cõdẽnatio. bal. i. l. ij. in. iij. col. C. de proba.

e ¶ Imputet eniꝫ ſibi. Cõtra iſtã determinationẽ v[?]def tex. ꝛ barto. ibi in ſi. in. l. cũ te. C. de ꝓba. i ṽſi. ſi aſtrigo me ad ꝓbanduꝫ id qd de neceſſitate. ergo nõ debebã ꝓbare ꝛ nõ ꝓbo mihi ñ noceꝫ.

f ¶ Reus poterit ꝓbare. not. qualiter re⁹ dꝫ ſuaꝫ ꝓbare defenſionẽ: ſi in cauſa nõ dꝫ põi dies cõmiſſi cris. vide qd no. in. l. libelloꝝ. p bart. ꝛ doc. ĩ. d acc. ꝛ i. l. pãtoni⁹ d acq. here. ꝛ ad dictã defenſionẽ rei bene facit ꝙ reiteratio delictorum vel pluralitas nõ preſumit. ita dicit bal. i. l. ſi duo. §. i. d arbi. p gl. in l. vulgaris. d fur. ꝛ qd no. bar. in. l. inficiãdo. §. in fane. eo. ti. ꝛ gl. in. d. l. cũ qui. §. in popularib⁹. de iureiu. ꝛ bal. in. l. iij. de ꝓba. ꝛ in. l. i teſtamẽto. C. de teſta. ꝛ vide qd dixi in l. diuus. d cuſto. reo. ꝛ baldus in. l. i. in xv. col. C. de confeſ.

a ¶ Faciat talem interrogationem.adde quod ſali.per.d.l.penul.que niti tur equitati.dixit ꝙ non putat bene iudicem facere ſi prius accuſatorem ad certiorandum reum compellet q̃ʒ reus iudicem certioraſſet de die ⁊ tempore ſue abſentie:vel de alio ſimili:propter quod intentionem accu ſatoris vellet excludere.⁊ hoc ideo ne quid malignaretur circa teſtes ꝙ voluit equitare.d.l.libellorum.que accuſatoreʒ noluit arctari ad ponendū diem vel horaʒ.ar.d.l.i.§.edictiones ⁊ pro hoc facit:q2 petēs ſibi aliquid īpleri debet ꝑ̄us impleuiſſe ꝑ pte ſua: vt in .l. iul.§.offerri.de act.empti.⁊ contra bart.hic tʒ imol.⁊ forte meli⁹ vide bal.i.l.i.in fi.C.de re iudi.

b ¶ Licentiaʒ veniēdi.vtʒ iudex poſſit dare licentiā bannito: vt veniat.adde tex.in.l.relegati.in fine.de pēis.⁊ ibi vide Joan.an.in titu.ꝺ accuſatio.l.tertia parte.in verſi.ſequitur.⁊ verſi.ſi bannitus.⁊ gui.⁊ Cy.in.l.ij.§.non fuit de dolo ⁊ ibi' dixi p⁹ barto.vide omnino bal.ꝺ pa.'conſtā.in verſi.ſed diſpēſari.⁊c̄. Item adde quod tex.in c.ex tranſmiſſa.de reſtitu.ſpolia.dicit ꝙ quis nō tenetur credere ſaluo conducto: vt ſe cōmittat capitali inimico.⁊ habetur in.c.accedēs vt lit nō conteſta.vide ludoui.in.l.iij.§.ſi ſerui.de acquirē.poſſeſſione.⁊ in.l.recuſare.§.ſi quiſ alio ad trebel.⁊ vide glo.iij.queſtione ꝑ̄ma.horta/mur.bart.⁊ Ange.in.l.i.ꝭ.ad.l.iulia.mai.Barto.in.l.ſed ſi filius.§.ſi penā de in ius uocan.dicit ꝙ nō poteſt dari ſecuritas bānito veniendi ad agē.

meā defenſioneʒ.quomodo teſtes mei poterūt probare defenſionem cum teſtes tui accuſatoris probent ꝙ ego te vulneraui:⁊ teſtes mei dicunt ꝙ ego feci ad meam defenſionem.poteſt enim eſſe ꝙ in vno menſe fuerunt plures rixe ⁊ vulneraui te inſultatus a te ⁊ alia vice feci non inſultatus a te.vidi quoſdam aduocatos qui petunt ꝙ vulneratus debeat exprimere diem ⁊ horam cōmiſſi criminis ſeu maleficij:vt reus poſſit ſe defēdere.pro hoc:quia libellus debet eſſe ita certus ꝙ reus ſit inſtructus velit credere vel contendere:vt.l.i.in principio.ꝭ.de eden.⁊ ar.eius quod not.e.l.§.editiones.ſcilicet ꝙ debet edi dies ⁊ conſul:quādo qs vult redarguere de falſo circa diem ⁊ conſulem:⁊ argu.etiam.ꝭ.ꝙ vi aut clam .l.aut qui aliter.§.i.⁊ hoc puto ſatis equū ꝙ vbi equitas mouerit iudicem ꝙ ipſe faciat talem interrogationem[a].argu.l.penul.ꝭ.de inter.actio.⁊ arg.l.certum.ꝭ.de confeſſio.⁊.l.pretor edixit.in principio de iniurijs.⁊ debet iudex hoc facere:quia in libello debent exprimi ea per que defenſio non auferatur reo:vt.l.iij.§.i.ꝭ.de eo qꝺ certo loco.ſi autem iudex accuſatoreʒ nollet cogere ad hoc:tūc ſiquidē delictum ꝓbatur ꝑ meam confeſſionem tantum:tunc intentio rei confitentis eſt optime fundata:quia eius confeſſio debet intelligi ſecundum ſuam intentionem:vt .l.ſiquis intentione.ꝭ.de iudi.⁊ ideo debet intelligi ipſum eſſe confeſſum de illo vulnere:quod probauit poſtea ad ſui defenſionem ſe feciſſe. Si vero crimen probatur contra reuʒ per teſtes tunc ſi reus vult ꝙ eius exceptio concludat:debet eſſe cautus in formādo articulos:vt concludat ſic dicendo ꝙ vna tantum rixa interuenit inter me ⁊ te:in qua fuerunt preſentes teſtes tales in accuſatione aſcripti. Item ꝙ in illa rixa ego fui prius inſultatus a te.teſtes ergo primi ex parte accuſatoris hoc de facili probabunt:ſcʒ vulnus eē factum ſi veruʒ eſt.⁊ alij teſtes poterunt probare defenſionem:vt.d.c.cum Joannes.de fide inſtrumen.in dubio autē ſi non apparet de prioritate ⁊ poſterioritate:quid iuris ſit dixi i.l.non ſolum.§.ſed vt probari.ꝭ.de noui.oper.nūcia. Item dicitur hic inchoatas.quero qualiter dicitur hic prima accuſatio inchoata.dicit Jac.de are.hic per lit.conteſta.ego puto ſatis eſſe inchoatam per ſolam inſcriptioneʒ:vt.l.neganda in fine.C.qui accuſa.non poſſunt.alias inſcriptio quam permittit illa.l.nihil operaretur. ¶ Ulterius quidam determinant per hanc glo.ſcilicʒ vltimam huius.l.vnam notandam qōnem.quidam exbānitus eſt de ciuitate iſta in perſona accuſatur de aliquo crimine de nouo hic.vtrum iudex poſſit ſibi dare licentiam veniendi[b].quidaʒ dicunt de hoc eſſe caſum in auten.de man.prin.§.neqʒ autem homicidium.col.iij.Sed illa.l.nihil facit:quia loquitur de fidantia que datur a parte.ſed queſtio noſtra loquitur de ea que datur a iudice. Preterea ibi loquitur quando datur fidantia:vt effugiat cognitionem delicti qꝺ non pōt fieri.hic vero de fidantia que datur:vt cognoſcatur de delicto.⁊ ideo videtur ꝙ poſſit dari per hunc tex.cum gl.que dicit ꝙ ille qui debet deportari differtur eius pena:vt poſſit accuſare ⁊ permittitur ei ſtare in ciuitate.Old.diſputauit hanc queſtioneʒ ⁊ determinauit ſic.aut eſt

dū ⁊ vide gl.xxiij.q.ij.c.ſiuē alias ſicut.⁊ in.c.ex parte.el.i.de appel.⁊ in.c.ad apoſtolice.de re iudi.in.vj.in glo.in ver.tutam.

c ¶ Quod iudex poteſt.adde quod Ang.in.q.banniti.in.v.q.dicere videtur contrarium maxime in iudice qui ſuperiorem habet.⁊ vide barto.in l.reos in.xij.col.in ver.itē quero an ꝓcura.C.de accu.adde ꝙ bannitus habens ſecuritatē ad tēpus ſemper tamen dicit durare bānitus.vt not.bal.in.l.pe.C.de cura.fur.itē ꝑ hāc glo.habes ꝙ ille qui detinetur in carcere non pōt citari ⁊c̄.vid alex.in.l.cuʒ quis.de i ius vocā.⁊ facit iſta glo.an ſi aliquis bānitus eſt propter contumaciam in vno loco ibi poſſit citari.Jo.and.tenet ꝙ non in ſpec.de accuſa.§.tractandum verſi.quid ſi bannitus.⁊ vide in ſpec.ad fin.de ſepul.viola.et latius ꝑ ang.in.q.bonoñ.in.iij.q.not.do.anto.i.c.de his.de accuſ. ADDE ꝙ ang.cōſuluit de vno qui erat i ſtīcijs florētie qui fuit citatus ad ſniaʒ vt dēret mittere ꝓcuratoreʒ ſi ꝯmode poterat alias eēt cōtumax vide ei⁹ cōſi.lxv.

d ¶ Efūcto d no.hāc l.q2 fac̄ ꝯ illos q faciunt ſuſpendi mortuos.de quo per imo.h ⁊ alex.in.l.ij.C.qui teſ.fa.poſ. ADDE qn̄ heredes tenētur ex dlictis defunctoruʒ io.an.i addi.ad ſpec.§.i.ṽ.qd ſi latro.

tale crimen in quo nō admittatur ꝓcurator ⁊ debet dari fidantia:vt.l.i.§.remouet.ꝭ.de poſtu.vbi deportatus remouetur a poſtulando niſi ꝓpter ſe. Item probatur per glo.iſtam.ſi vero eſt crimen in quo poteſt procurator interuenire nō poteſt dari fidantia per hanc glo.probatur per .l.papinianus exuli.ꝭ.de mi.Si eniʒ ibi eſſet certus caſus de fidantia:tunc ille iuriſconſul.qui reprehendit alterum de inſufficientia deberet reprehendi etiam ipſe de inſufficientia cum tantū poſuerit duos caſus in quibus aliuʒ iuriſconſul.reprehendit de inſufficientia.dico tamē ꝙ fidātia ſi datur eſt ſeruāda:ita dicit ipſe.licet dari nō debeat.ego autem dico ꝙ iudex poteſt [c]dare indiſtincte fidantiam:ſi velit.argu.huius.l.cum ſua glo.nam inueſtigando crimen preſentia pſone multū facit qua trepidatiōe quo vultu loquatur:vt.l.de minore.§.tormenta.ꝭ.de queſtionibus.⁊ ideo cum ſint quedam que per procuratorem nō poſſunt expediri:iudex ſi vult poteſt dare fidantiam per hanc.l.cum ſua glo. ¶ Ulterius habes ex hac gl.ꝙ in caſibus in quibus ſeruus poteſt eſſe in iudicio illis caſibus poteſt dare procuratorem.nam vides ꝙ ille qui amiſit libertatem poteſt dare procuratorem ad accuſanduʒ per hanc generalitatem:ꝙ quicunqʒ habet actionem in ea poteſt conſtituere procuratorem ſiue ſit ſeruus ſiue liber.facit.l.ſi dom⁹.§.penulti.ꝭ.de iniur.pro hoc etiam.ꝭ.rem ra.habe.l.iij.circa princi.ad idem facit de ma.vindic.l.etiam §.abſens.⁊ quod no.in.l.diuus.§.fin.ꝭ.qui pe.tuto.⁊ extra de reſti.ſpolia.c.ex parte. ¶ Item per hanc glo.habes ꝙ ille qui detinetur in carceribus cōmunis propter aliquam condemnationem ſi citatur ibi ⁊ non comparet:imputet ſibi cum poſſit procuratorem mittere hoc tangā.in.l.ij.circa fi.de cuſto.reo. ¶ Ultimo facit.l.noſtra in arg.ad.q.aliquis accuſauit aliquem pendente actione:accuſator eſt exbānitus:an debeat ſuper accuſatione procedi.hic tex.facit ꝙ ſic ibi:inchoatis ⁊c̄.dicam in.l.vrānius.de fideiuſ. Ultimo vide gl.ſuper verbo inchoatas.⁊ dic ibi eſt infamatus:imo ⁊ ſi fuerit infamatus cū accuſatio fuerit inchoata ante damnationem:vt dictum eſt.ꝭ.e.glo.quando accuſabat accuſatoreʒ ſuum. Item iſtud quod dicitur ꝙ poteſt contra alium inſcribere accuſatio.ante damnationeʒ.dicit Pe.eſt verum ante damnationem ⁊ antequā ſit i cauſa concluſum:quod ſatis placet.pro hoc īduco.c.paſtoralis.extra de cau.poſſi.⁊ proprie ⁊ dixi circa hoc i.l.naturaliter.§.nihil cōe.de acqui.poſſe.nō habetis hic alia.

Ex.l.ſequenti.

¶ Pena pecuniaria an tranſeat ad heredes defuncti.

D Efuncto [d] Not.ꝙ defuncto reo eſt extincta pena.ſimile habuiſtis.ꝭ.e.l.iij.p2out eſt in littera perimitur. ¶ Oppo.de.l.ex iudiciorum.in princi.ꝭ.titu.i.ſolu.glo.hic loquitur in reo defuncto ante ſententiam.ſed contraria loquitur in reo defuncto poſt ſententiaʒ.tunc enim remanet pena pecuniaria in quibuſdam etiam caſib⁹ etiam mortuo reo ante ſentētiā durat pena:qui caſus in illa.l.enumerantur. ¶ Item oppo.⁊ videtur ꝙ pena duret indiſtincte:vt.l.defunctus.

C. ſi reus vel ac. mor. fue. ⁊. l. ſi. j̃. de bo. eo. ſolu. hic loquitur in eo qui moritur caſu. contraria loquuntur in eis qui ſe occiderunt vel mortem ſibi conſciuerunt. ¶ Oppo. ⁊ iſtud contra. eſt in ſe. §. ⁊ videtur ꝙ pena pecuniaria īdiſtincte duret: vt. l. fina. C. ſi reus vel ac. mor. fue. ⁊. l. iij. ſi pen. ap. mors inter. Aduerte circa hoc ſunt opi. quidam: vt Hug. fatentur contra. ꝙ hic debet intelligi in pena corporali: ib ī in pecuniaria. alij vt Cyprianꝰ antiquus gloſator dicit ꝙ hoc debet intelligi ī pena corporali ⁊ in pecuniaria. gl. hic non bene ſe firmat. ſed. j̃. titu. proxi. l. ex iudiciorum. in fi. tenet expreſſe opi. Cypriani. Cy. tangit hanc queſtionem. C. ex delict. defunc. l. i. ⁊ ibi dicit multa verba: ⁊ finaliter nihil cōcludit. ego teneo opi. Cypriani quam tenet glo. j̃. proxi. in. l. ex iudiciorum. in fi. ꝙ hic intelligatur de pena corporali ⁊ pecuniaria. hoc probo per. l. ex iudiciorum. j̃. titu. proxi. in principio que dicit ꝙ ex publico iudicio pena nō tranſit contra heredes niſi facta cōdemnatione. ſed in publicis iudicijs etiam eſt quandoqꝫ pena pecuniaria: vt. s̃. eo. l. ij. ⁊. l. ij. j̃. ad. l. iul. de anno. ergo patet ꝙ contra heredes pena pecuniaria non tranſit. preterea eſt caſus recte intelligendo. l. eius qui delatorē. j̃. de iure fiſ. non ob[a]. ll. cōtrarie. videlicet. l. vlti. C. ſi reus vel accu. mor. fue. ⁊. l. iij. C. ſi pē. ap. qa ille. ll. intelliguntur: quando iam lata eſt ſententia a qua eſt appellatum. ſimile habetis in. l. iij. §. idem ſcribit. s̃. de pecu. vbi ex delicto non datur actio de peculio niſi condemnatōe ſecuta. rō quia ſecuta condemnatione iaꝫ incipit teneri ex quaſi contractu. ideo tranſit cōtra heredem.

[a] ¶ Non ob. l. ibi ſimile hētis in. l. iij. §. idē ſcribit no. ꝙ ratiōe quaſi ꝯ̃ctus qui dicitur celebrrat inter defunctuꝫ ⁊ fiſcum pena ī criali tranſit in heredē. ſꝫ bal. ī. l. i. C. ex delictis defun. in. v. colū. ⁊ bar. in extua. qui ſint rebelles. in. v̄. rebellādo. ⁊ facit ꝯ̃ aſſeſſores q faciūt mortuos ſuſpendi: vt debeant puniri de iniuria vide. qđ no. in d. l. ij. C. qui teſta. fa. ⁊ ibi dixi ⁊ p imo. hic.

**In quacunqꝫ.** No. §. eſt iſte. pone caſuꝫ. reus pn̄cipalis mortuus eſt: volo agere contra heredeꝫ ex hoc edicto. an debeo agere coram iudice cauſarum ciuilium. Reſpon. iuriſconſulti ꝙ debeo agere coram iudice cauſarum ciuilium. ¶ Opponitur ſi crimen eſt extinctum. ergo de eo non debet cognoſci: vt. s̃. proxi. ſo. non debet cognoſci criminaliter. ſed poteſt cognoſci agendo ciuiliter contra heredeꝫ in caſibus in quibus poteſt agi contra heredem vtiliter: vt contra defectum vel ſi ad heredem aliquid peruenit: vt. l. i. C. ex delic. defunc. ¶ Secundo extra glo. oppo. ꝙ iudex maleficiorum debeat cognoſcere de re reſtituenda: vt. l. interdum. §. qui furem. s̃. de furtis ſolu. quando principalis delinquens viuit: tunc iudex maleficioruꝫ cognoſcit principaliter de delicto ſecundario ſeu inciderēt de re reſtituenda: vt hic. ⁊. l. ſolemus. §. latrūculator. s̃. de iudi. tene bene menti.

Ex. l. ſequenti.

¶ Ictus fuſtiuꝫ an īfamet: ibi. Aduerte. Et an dānatus de crimine publico ſit īfamis: ibi. Quero. Et an damnatus ex inquiſitione ſit infamis: ibi. Item quero vtrum. Et an damnatus pena alicuius ſtatuti ſit infamis: ibi. Ulterius. Et an confeſſus crimen ſit infamis: ibi. Et ibi. Quero. Et damnatus de paucis verbis iniurioſis ſit infamis: ibi. Quero vtrum. Et quis poſſit ſuper īfamia diſpenſare: ibi. Quero quis. Et an ciuitaſ poſſit infamiā irrogare. vide in fi.

i **Afamem.** Damnatus publico iudicio eſt īfamis. ſecuſ ſi priuato: niſi ſit tale crimē cuius ciuilis actio infamaret. hoc dicit. Et diuitur in duas partes. primo ponit vnum dictuꝫ in publicis iudicijs. ſecundo aliud in iudicijs priuatis. ſecūda ibi. itaqꝫ. ⁊ ē iſta. l. multum notāda

¶ Nota. ꝙ condemnatus de maleficio ſit infamis. dicitur hic ꝙ damnatus publico iudicio ſit infamis. contra. s̃. de ritu nuptia. l. palā. §. ſi qua dicit glo. ibi eſt infamis in veritate. ſed non habetur tanquā infamis quo ad matrimonium: et bene dicit. ¶ Item oppo. j̃. e. l. fina. vbi damnatus ex publico iudicio nō eſt infamis. ſo. ibi ſpālis caſus eſt in patre. ¶ Item oppo. dicitur hic ꝙ damnatus de priuato crimine: non eſt īfamis contra. damnatus de crimine priuato cōmuniter cohercetur in corpus: vt. l. vlti. s̃. de iniur. ⁊. l. vlti. s̃. de fur. ergo videtur infamis: vt. l. ictus s̃. de his qui notan. infa. dicit glo. ꝙ hic dicit dānatum: intellige non punitum: tunc enim eſſet īfamis ex genere pene. ¶ Aduerte videte lꝫ quis ſit punitus ⁊ ex punitione ſequatur ictus fuſtiuꝫ vel alia cohertio in corpus: non tamen eſt infamis: niſi cauſa precedens ſit talis ex qua infamaretur ſi ordinarie dānaretur: vt. l. ictus. in text. ⁊ glo. vnde hic non curo ſit punitus vel nō: quia ictus fuſtium non infamat: niſi precedat cauſa habilis ad infamiam inducendaꝫ. Item dicitur hic niſi id crimen ex ea accuſatione deſcēdat ⁊c. ⁊ ſic innuit ꝙ crimen ex accuſatione deſcendat. contra immo accuſatio deſcendit ex crimine: vt inſtitu. de ob. que ex deli. naſc. in rubro ⁊ nigro ⁊. l. ex maleficijs. de actio. ⁊ obl. huius timore gl. exponit hoc duobus modis: vt in ea habetis.

¶ Item oppo. dicitur hic veluti furti vi bono. rapto. iniuriarum innuit ꝙ actio vi bono. rapt. deſcendat ex crimine priuato. contra immo deſcendit ex crimine publico cum raptus ſit crimē. l. iulia. de vi publi. vel vi priua. vt. j̃. ad. l. iulia. de vi publi. ⁊ vi priua. dicit gl. intellige de tali rapina que non cadat in crimen publicum: vt. l. ſi quis ex domo. s̃. de fur. vt ſi aliquis iuit ad domum cauſa rapiendi ⁊ neminem iuenit. ¶ His expeditis venio ad queſtiones glo. ¶ Quero dicitur hic damnatus de crimīe publico eſt īfamis quero an ſit veruꝫ ſiue ciuiliter ſiue criminaliter agatur cum in crimine poſſit agi ciuiliter: vt ī. l. qui nomine. j̃. de fal. dicit glo. ſiue ciuiliter ſiue criminaliter condemnetur ſemper eſt īfamis. ita dicit glo. quidam reprehendunt hanc glo. nam cum in iudicijs publicis agat actione in factum ciuiliter: vt. l. qui nomine. j̃. de falſis. actio in factum non infamat. ideo datur contra patrem vel patronum que non infamat: vt. l. non debet s̃. de dolo. ⁊ ideo ſi ciuiliter condemnetur non ē infamis. ita dicit Jaco. de ra. videte actio in factum que datur contra patrem vel patronum tēperatur verbis: vt bone fidei mētio fiat: vt. l. nō debet in fine ſupra de dolo. quaſi dicat cōtra patrem concluditur per medium bone fidei: quia bone fidei non congruit: vt ipſe cuꝫ aliena iactura locupletur: ideo non infamat. ſed actiones ī factum que nō temperantur verbis. ſed directo oriuntur ex delicto alterius infamant: quia ſufficit ꝙ habeant cauſam publici iudicij: vt hic dicitur. licet non ſit publicum iudicium. ideo gl. bene dicit[b]. Item dicitur hic niſi ſit crimen ex quo actio ciuilis infamat. quero que ſunt crimina ex quibus actio ciuilis infamat: ⁊ que nō. tu habes hic glo. que ponit exempla clariſſime. Extra gl. procedo: ⁊ quero vtrum ſit aliquod crimen publicum quod non infamet. glo. vacillat de. l. iul. de vi priua. finaliter determinat ꝙ infamat. ita no. in. l. ſi preſes. j̃. de penis. ¶ Item quero[c] vtꝝ damnatus ex inquiſitione ſit infamis. glo. s̃. de de ſuſpec. tuto. l. iij. §. preterea. videtur tenere ꝙ non ⁊ Dy. ibi dicit ꝙ illa glo. non eſt alibi. ſed

[b] i Infamē bn̄ dicē dicē cy. ⁊ bal. in. l. ſꝫ tutor. C. de inter. matri. in fi. ꝙ ꝯfeſſ. in actōe ciuili famoſa eſt infamis.

[c] ¶ Itē quero De hac. q. ⁊ ſol. vide in. l. etiā. C. d fur. ⁊ ang. in. l. ſi vacātia. in fi. C. de bo. va. li. x. ⁊ bal. i. l. ictus. de iſa. ⁊ ibi ēt bar. in fi. ⁊ adde bal. in. l. edita. C. de edē. in. vij. col. et ſpec. in ti. de ſen. §. i. v̄. qđ de iſtis. p ſali. in. l. ea quidem. v̄ ſi. que pp: ⁊ v̄. vlti. quero de accu. ⁊ bal. i. l. certa. C. q ſi puo. non eſt neceſ. ⁊. in. l. i. C. de calū. ⁊ in. l. ſi. C. d ſuſpec. tu. gl. ⁊ bart. in. l. i. C. ſi tutor ſi geſſ. ⁊ vide bal. ⁊ ang. in. l. ij. de infa. ⁊ glo. in hac materia in. l. ij. C. de req. reis. ⁊ gl. i. c. ſuſpe. d acc.

a ¶ Inquiſitio ſuccedit. Adde quod voluit bal. in auč. ei qui. aliaſ qcunqȝ in fin. de epiſc. ⁊ cle. dū dicit ꝙ bāniti q̄ȝq̄ȝ perdant ea que ſunt iuris: tñ non ſunt infames: niſi de facto. facit qđ no. in. l. i. C. de mō mulc. ⁊ in. l. iu reiur. in pe. col. C. de teſti. dicit tñ ꝙ tales dānati ſm veram opi. nō ſunt vere infames infamia iuris: q: bānuȝ nō eſt pena ſed mulcta ꝑꝑ cōtumaciam. ⁊ vide ang. ⁊ imol. hic. ad fin. ⁊ bal. in. l. ictuſ fuſtium de i-fa. bal. ꝑ illuȝ tex. ⁊ gl. in. l. fi. de req. re-is. bal. in. l. i. C. de calum.
b ¶ Dy. ſic te nuiſſe. Adde bar. vbi ſcri-pſi in. l. i. ſ. e. ⁊ ꝙ nō ſit in famis reperi tur dy. ꝯſu luiſſe: vt re-fert bart. in ſuo ꝯſi. inci. ſed io. vbi di cit hanc eſſe cōem opi. et ibi ponit an dānat⁹ abſ̄s efficiaſ infa-mis. de quo per ſpe. in ti. de ſen. §. i. v̄. qd de iſtis. ⁊ qđ hētur i. l. fi. đ req. reis ⁊ vide bal. in l. i. C. de ſer. reipu. manu. ⁊ qđ no. bal. in. l. ēt. C. de fur. ⁊ in. l. ac-ta. C. qñ pro uo. vbi etiaȝ cōdēnato eẍ ordieȝ ex for ma ſtatuti. et bal. in. l. i. C. đ cal. ⁊ i. d. l. ēt de fur. C. ⁊ plene per bal. in. l. cum mulier. in añ pe. ⁊ vlt. col. ſ. ſo. ma. ⁊ vi de bal. in ad-di. ſpec. in ti. de ſen. ꝑla. i iiij. col. cū ſe.
c ¶ Ut ſoluat qñ qs ingriſ de delicto ne efficiaſ infa-mis dȝ prio ſoluere. ⁊ ſic vide. l. ſi reuſ parat⁹ de ꝑ-cu. adde bal. in. l. i. C. đ do lo. ⁊ bar. i. l. ea que. C. de cōdi. inde. in fi. ⁊ in. d. l. ſi reus. ꝑ bald. in. l. vtiqȝ. de rei ven. vide aliā cautellā. pro euitādo ifamiā. i. d. l. fur. ſ. de iſa. in. §. alieno. in fi. vbi bar.

idem tenet in. l. vltima. C. de ſuſpec. tuto. ⁊. l. ij. C. de modo mulc. Cy. tenet opinionem Dy. in dicta. l. fina. C. de ſuſpec. tuto. tali ratione quando iudex grauat reum plus debito videtur ſuꝑ infamia diſpenſare: vt. l. quid ergo. §. pena grauior. ſ. de his qui not. infa. ſed inquirēdo iudex grauat reum: quoniam de maleficijs non debet ſine accuſatore cognoſci: vt. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ī. de mune. ⁊ hono. Ex hoc concluditur ꝙ non ſit infamis. Contrarium videtur tenere. Oldr. ⁊ Andre. de piſis. ratio: quia non debet inſpici ordo procedendi: quia ſi hoc eſſet verum: nullus hodie condemnatus etiaȝ per accuſationeȝ eſſet infamis: quia ceſſat ordo antiqu⁹ vt. ī. l. proxima. ego aliter dico: ⁊ ſic. quādoqȝ qs eſt damnatus ex inquiſitione: ⁊ punitus aliqua cohertione q̄ eū infamat: ⁊ tunc eſt infamis: vt. l. ictus fuſtium. vnde illi qui hodie mitriantur: puto ꝙ ſint infames. licet mitrientur ex inquiſitiōe ſi autem non eſt punitus: ſed ſolum condemnatus. aduerte quandoqȝ inquiſitio permittiſ tanquam iudicium per ſe ſeparatuȝ a iudicio publico. exemplum in. l. nullum. C. de teſti. ⁊ quod ibi nota. in vltima glo. vbi dicitur ꝙ ille qui tulit falſum teſtimonium damnatur officio iudiciſ. quia aures iudicis offendit. non autē. l. cor. de fal. ſȝ ſolū: q: aures iudicis offendit officio iudicis puniſ: tūc non infamatur. rō: q: nō eſt dānatus publico iudicio. ergo non eſt infamis: vt hic. Si vero inquiſitio ſuccedit[a] directo in locum actionis publici iudicij: tunc damnatus eſt infamis: ⁊ ꝓbo per tex. cum glo. in. l. athletaſ. §. calumniator ſ. de his qui notan. infa. videbitis. ī. e. l. vlti. per locum a ſpeciali. nam ibi eſt ſpeciale in patre ꝙ non efficitur infamis. ergo in contrarium ē ius commune. preterea licet varietur modus procedendi non variatur pena: vt. l. nec expreſſum eſt in. l. ī. eo. Item penam ipſam. l. imponit que ex poteſtate iudicis non dependet: quia queſtio facti in arbitrio iudicis non eſt iuris auctoritas: vt l. i. §. i. ad turpil. preterea non diſpenſatur ſuper infamiam ex modo procedendi: ſed aliter cauſa cognita: vt. l. quid ergo. §. pēa grauior. ſ. de his qui notā. infa. preterea verba edicti pretoris dicunt damnatus publico iudicio eſt infamis: vt l. i. ſ. de his qui no. infa. ſed damnatus ex inquiſitione eſt dānatus de publico iudicio. ergo ⁊c. ſuccedit enim inquiſitio in locum accuſationis: vt. l. ij. §. ſi publico. ī. de adulte. ergo eiuſ naturā ⁊ officium aſſumit: vt. ſ. ſi quis cautio. l. ſi euȝ. §. qui iniuriarum. non obſtāt contraria in. l. i. C. ſi tu. non geſ. quia non dicitur ꝙ non ſit infamis. non obſtat glo. in contra. alle. quia debent intelligi ſecundū hanc diſtinctionē. non obſtat quod dicitur ꝙ propter grauamen: iudex videtur diſpenſare cum infamia: quia grauamen conſiſtēs in ordine procedēdi non diſpenſat cū infamia: vt. ī. e. l. ordo. ¶ Ulterius quero vtrum damnatus pena alicuius ſtatuti ſit īfamis. communiter aduocati dicunt ꝙ non: quia conditio non infamat: vt. l. ceſſat. de actio. ⁊ obligatio. ſed in caſu propoſito dānatus eſt cōdictione ex. l. ergo ⁊c. ⁊ iſtud dicunt quidam Dy. ſic tenuiſſe[b]. Aduerte: vt alias dixi regula eſt ꝙ damnatus publico iudicio eſt infamis: vt. l. i. ſ. de his qui notan. infa. ⁊ probatur hac. l. ſi ergo aliquis damnatur ex forma ſtatuti videndum eſt an ſit damnatus publico iudicio. de hoc dixi. ſ. e. l. i. ⁊ ſi reperitur dānatum publico iudicio eſt infamis. alias non.

¶ Quero vtrum confeſſus de crimine ſit infamiſ ſi non eſt ſecuta ſententia. glo. in. l. ictus fuſtium videtur tenere ꝙ ſic. Idem azo in ſumma. ⁊ idē videtur tenere Inno. extra de pe. c. ſuper his qđ videtur probari per. l. quoniam. ſ. de his qui notan. infa. In contrarium videtur tex. in. l. ſi reos ſ. de procu. vbi dici videtur in tex. ꝙ cōfeſſus de crimine non ſit infamis. Aduerte confeſſus de crimine extra iudicium in duobus tantum caſibus eſt infamis. primus ſi poſt confeſſionem ſecuta eſt caſtigatio: vt. l. ictus fuſtium cū ſua glo. Secundus ſi hoc confitetur paciſcendo de crimine: vt. l. quoniam ⁊ videtur colligi ex verbis p̄toris. in. l. i. ſ. de his qui notan. infa. que dicunt damnatus pactuſue. alias ſecus. Si vero confitetur in iudicio non eſt infamis. nam edictū pretoris requirit ad hoc vt quis ſit infamis ꝙ ſit de crimine damnatus: vt. l. i. de his qui notan. infa. modo in accuſatione criminali confeſſus de crimine non eſt damnatuſ nec habetur pro damnato: vt. l. ſi confeſſus. ī. titu. ij. ergo nō eſt īfamis. ſed in ciuilibus cum confeſſus habeatur pro cōuicto ⁊ condemnato: vt. l. i. C. de confeſſ. dicerem eum infamem. ⁊ ſic intelligo glo. predictas ſi poſſent ad hoc adaptari. alias male dicerent. non obſtat. l. ſi reus. ſ. de procu. quia aliud ē cōfiteri. aliud ſoluere. ille eniȝ qui confitetur vel cōfitetur vt damnetur. vel vt habeatur pro damnato. merito cum ſit damnatus efficitur infamiſ ex edicto pretoris. ſed ſi vult ſoluere: tunc non confitetur: vt condemnetur vel pro condemnato habeatur. ſed vt propter ſolutionem iudiciuȝ euadat. ⁊ iſte non eſt infamis ex edicto pretoris quia non eſt damnatus: ſed videtur magis abſolutus. abſoluetur enim ab inſtantia iudicij: vt inſtitu. de perpe. ⁊ tempo. ac. §. fi. ⁊ ideo remediuȝ eſt: ſi aliquis debet damnari: vt ſoluat[c] ante condemnationem: vt iudicium euadat: ⁊ ſic abſoluetur: quia ſoluit ⁊ non erit infamis: vt. d. l. ſi reus. ſ. de procura. ⁊ tene menti hanc practicam. Item dicitur hic damnatus de crimine iniuriaȝ eſt infamis[d]. ¶ Quero vtrum damnatus de crimine iniuriarum pro modicis verbis iniurioſis fiat īfamis. Rñ. tex. videtur ꝙ ſic. in. c. cū teſt. eẍ de re iudi.: ⁊ ideo tūc ne aliquis ſit īfamis erit remedium ꝙ ſoluat anteq̄ꝫ cōdemnetur: ⁊ tūc abſoluetur: q: ſoluit: vt. l. ſi re⁹. ¶ Quero quis poſſit ſuper īfamia diſpēſare. Rñ. tex. dicit ꝙ ſolus princeps[e] vel ſenatus: vt. l. i. §. pe. ſ. de poſtulā. Idem dicemus de papa in terris eccleſie: quia poteſt cum īfamibus diſpenſare. idē in collegio cardinaliū vacāte paſtore. ſecus in regibus ⁊ p̄ncipibus. ita tenet. Inno. in. d. c. cū teſt. de re iudi. ¶ Quero vtrum ciuitas vna poſſit īfamiam irrogare vel ſuper īfamia diſpenſare. videtur ꝙ nō: quia ciuitas vna nō poteſt fecere ſtatutuȝ ſuper his que nō ſunt ſue iuriſditionis: vt. l. fi. ⁊ ibi no. ſ. de iuriſ. om. iudi. ⁊. l. cum vnus. §. pe. ſ. de ho. auč. iudi. poſ. ſed cauſa infamie non eſt de iuriſditione ciuitatis cum ſit reſeruata principi: vt. l. i. §. pe. de poſtu. ergo. ⁊c. ſol. dicerem[f] cū quelibet ciuitas Italie hodie ⁊ precipue ī Tuſcia dominum nō recognoſcat in ſeipſa habet liberum

d ¶ Eſt infamis. vide in. l. decuriones. ex qui. cau. infa. irro.
e ¶ Solus princeps. vtrū princeps poſſit reſtituere infamē. adde qđ frā. de piſis diſputādo dixit ꝙ ſic: niſi illa infamia ſit contracta certo loco. qa de ea nō videnſ legūlatores cōſideraſſe. ar. l. cū acquil. de trāſa. ⁊ all. tex. optimū i. c. dño guerrā. in. ti. hic fi. lex cōradi: ibi vel a rege. ⁊ fuit cōſultū verone ꝑ ſingulares viros. ⁊ vide ꝑ arch. ij. q. iij. c. nundū per pau. đ liaza. ⁊ per imol. i. c. veniēs de fil. preſby. et aliqd in. c. diuerſis fallacijs de clericōiu. ⁊ i. c. ſū mus pōtifex de ſen. ex. ar-chi. xj. q. i. c. ſiqs. ⁊. xij. q. in. c. eos. ſȝ an poſſit peti per procu. vide per ſpe. in ti. de reſti. in inte. §. ſi quis ſt. v̄ñ. qd de co. alexan. de imol. ADDE ꝙ Bal. conſuluit ꝙ ep̄s clericuȝ dānatum de crimine falſi nō pōt reſtituere: q: reſtituere fame eſt de reſ. p̄ncipi. adđ eiuſ conſi. ccc. iij. libro.
f ¶ Sol. dicerem. Qđ an ſit verȝ ⁊ an poſſit ſuꝑ infamia diſpenſare. adđ qđ idem voluit bar. in. l. iij. i fi. de teſti. ſȝ ꝯriuȝ voluit i. l. i. §. đ qua. ſ. de poſtu. ⁊ i. l. acta. §. ob ampliāda. ſ. de iudi. ⁊ adde qđ ex verbis bal. in. l. gñaliter. C. de ſen. paſ. dicte cōtrarietates poſſent reduci ad cōcordiā. vȝ ꝙ ciuitas pōt reſtituere honorē illi⁹ loci: non āt famaȝ ſimpliciter: ⁊ ita etiā in hoc vltio intelligiſ qđ voluit in. d. l. acta. ⁊ viđ bal. in. c. iiu-ria. de pa. iura. fir. ⁊ bal. i. l. ij. i vl. col. C. de pe. iudi. ⁊ bal. i vl. ⁊ añpe. char. in. l. cū mulier. ſol. mat. ⁊ bar. i. l. fi. C. de ſen. paſ. ⁊ de hac. q. vide ino. in. c. cū ea. verſus fi. de re iudi.

populum ⁊ habet merum imperium in ſeipſa. ⁊ tantam poteſtatem habet in populo: quātam īperator in vniuerſo: vt. l. hoſtes. ⁊ ibi nota. ſ. de capti. an autē tales infames pſīt cōficere inſtra. dicam. ſ. ad. l. iul. repetū. l. eadem.

o **Rdo.** No. ꝙ licʒ varietur ordo procedendi nō tamē variatur poteſtas. l. tene menti.

Ex. l. ſequenti.

¶ Trina citatio q̄liter fiat: ibi. Procedo. Et an hodie dilatio triū dieꝝ ſit ampliata: ibi. Quero. Et cum citatur reus: debet ſibi mitti tenor citatiōis: ibi. Pro declaratōe. Et an ſit neceſſe ꝙ actor compareat. ⁊ rei contumaciaʒ accuſet: ibi. Itē. Et accuſato nō comparente quid faciet iudex. vide in fine.

i **Iter accuſatorez.**

Difficilis. l. eſt. ⁊ habet duas lectu. in gl. ſm primam. lectu. l. iſta diuiditur in duas parteſ principales. primo vnum dictuʒ ponit. ſecundo ponit aliud dictum diſtinctum ⁊ ſeparatuʒ a primo dicto. ⁊ ſecundum iſtam pone caſum. Et ſm hanc lecturam primo no. ꝙ quilibet admittitur pro abſente ad allegandas cauſas abſentie. de hoc tamen dicam in. §. ad crimen. ideo hic obmitto. ¶ Secundo nota. ꝙ trina citatio non ſufficit ad faciendum aliquem condemnari. ⁊ ſm hanc lectu. habetis in littera nec. Secunduʒ aliam lectu. hec. l. diuiditur in duas partes. primo ponit vnum dictum. ſecundo ponit effectum illius dicti: ⁊ ſecundum hoc debetis habere in littera: ne per triduum ⁊c̄. ⁊ ibi eſt ſecunda pars ſm hanc lectu. ¶ No. ꝙ abſens poſt trinam citationem non condemnatur: ſi aliquis alleget cauſaſ abſentie. ſecus ſi non allegaret cauſas abſentie. Uides ergo ꝙ hec ſecunda lectura contradicit prime. quare pro declaratione quero que iſtarum ſit verior. quidam tenent vnam: ⁊ quidam tenent aliam. ⁊ glo. ſe nō firmat. tu vero dicas ſic ſi quidem intelligis noſtram. l. ꝙ accuſatio eſſet propoſita de crimīe cuius pena eſſet a relegatione ſupra: in qua abſens non poteſt damnari: tūc prima lect. procedit ſine ſcrupulo: quia poſt trinam citationem non damnabitur reus vel accuſator. Si vero intelligas in crimine: cuius pena eſt a relegatione infra: in qua abſens poteſt dānari. Hic aduerte. aut tu vis reum abſentem cōdemnare ſolum ex illa cauſa: quia ter citatus nō comparet: ⁊ tunc nō poteſt fieri. ⁊ hoc modo ꝓcedit prima lectu. Si vero velles eum damnare: quia citatus nō comparet ⁊ iudex contra euʒ abſentem de maleficio plenas probationes inuenerit. tunc abſens poteſt condemnari: vt. l. abſentē ſ. de pēis. niſi aliquis accuſator iuſtas cauſas abſentie allegaret: quia tūc expectaretur: vt hac. l. ⁊ hoc modo ſecūda lec. procedit. ¶ Procedo vlteri⁹: dicitur hic nec poſt triduū per ſingulos dies ⁊c̄. quero qualiter[a] fiat iſta citatio. tres opi. ſunt. quidam dixerunt ꝙ citatur tribus diebus nouem vicibus. ſcʒ per ſingulos dies ter. alij itelligunt ꝙ intelligatur de. ix. dieb⁹ ⁊ per ſingulos dies citetur ſemel. ⁊ ita videtur ſentire glo. vide glo. que incipit: alias neqʒ. Tertia opi. eſt Jac. de are. qui intellexit hanc. l. aliter. ſcilicet ꝙ per noueʒ dies citetur tribus vicibus. ⁊ ſic tribus citationibus. ⁊ poſt ſingulas citationes expecteſ per tres dies. ⁊ ſic erunt nouē dies ⁊ tres citationes. ⁊ expone tex. ſic ne poſt triduum. ſ. expectatus per ſingulos dies ⁊c̄. ⁊ hāc opi. videtur etiaʒ tenere Spe. in titu. de ac. §. i. ver. ſed qualiter citatio. ⁊ hoc placet mihi[b]: quia. l. abſentem. ſ. de pe. dicit ꝙ ad inſtar priuatorum iudicioruʒ ſit citatio in criminalibus. ſed in priuatis ſit citatio illo modo ſcilicʒ per tres denunciationes. vel pro omnibus vna: vt. l. ad peremptorium cū. l. ſeq. ff. de iudicijs. ⁊ l. tres denūciationeſ. C. quomo. ⁊ quando iu. ergo ⁊c̄. hoc ſeruat cōſuetudo. ad predicta facit quod no. C. de accu. l. ſi accuſatoribus. ¶ Quero vtrum iſta dilatio trium dierum hodie ſit ampliata: vt debeat eſſe. x. dierum vel xxx. ſicut in ciuili: vt. l. properanduʒ. §. i. C. de iudi. ⁊ in autē. qui ſemel. C. quomodo ⁊ quādo iu. glo. que eſt hic videtur tenere ꝙ ſic. Aduerte iſtud non videtur eſſe verum. nam ex identitate rationis non inducitur legis correctio: vt probatur. C. de appellatio. l. precipimuſ. ⁊ l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri. ⁊ no. in auc̄. quas actiōes C. de ſacroſan. eccle. cum ergo dilatio ſit mutata in ciuilibus: non debet intelligi mutata in criminalibus. licet ſit eadem ratio. Reſpō. dico hanc glo. dicere veritatem: nec ſit mutatio per hominem. ſed per. l. antiquam que dicit ꝙ eodeʒ modo debet dari dilatio in criminalibus ſicut in ciuilibus: vt. l. abſentem. ſ. de pe. ſed in ciuilibus dātur. xxx. dies. ergo ⁊ in criminalib⁹. ad hoc fa. quod no. in. l. quod vero. ff. de leg. que dicit ꝙ. l. ſiquis ſeruo. C. de fur. que ē. l. noua trahitur ad filium per. l. antiquas. ¶ Pro declaratione q̄ro quando citatur reus ad quid debet citari: ⁊ vtrum debeat[c] ſibi mitti tenor accuſationis vel inquiſitionis. videte in ciuilibus vtrum libellus debeat mitti cum citatorio eſt queſtio ſatis prolixa quam Cy. refert in autē. offeratur. ⁊ cōmuniter tenemus ꝙ nō. ⁊ idem dico in criminalibus. naʒ dico ꝙ debet quis citari: vt veniat reſponſurus accuſationi: nec eſt neceſſe ꝙ mittatur copia ſeu tenor accuſationis. probatur extra de accuſ. c. lʒ in beato petro. Contra. tamen ſeruatur in curia peruſina. pro cuius obſeruatione eſt glo. ordinaria in. c. i. extra de dila. lib. vj. Secūdo quero vbi debet citari iſte reus. dicunt quidam ꝙ debet citari perſonaliter. ita ꝙ ad eius noticiam perueniat. ⁊ hoc refert Spe. tenuiſſe. Odofr. vt refert in ti. de accuſa. §. i. ver. ſed nunquid ſufficit. veritas eſt ꝙ ſufficit ꝙ citetur ad domum. vel alibi: ita ꝙ veriſimile ſit: ꝙ ad eius noticiam peruenerit. hoc probatur. ſ. de requi. re. l. i. ¶ Item quero vtrum ſicut in ciuilibus requiritur ꝙ in quolibet termino actor repreſentet ſe ⁊ rei contumaciam incuſet: vt reus ſit contumax. ita eodē modo ſit neceſſe[e] in criminalibus. Reſpon. ꝙ ſʒ cōſuetudinem italie vbi iudex recipit licentiam ab accuſante ⁊ ab accuſato perficiendi proceſſum. ⁊ ſic iudex ſumit locum accuſatoris: vt dixi in. l. is qui reus: non eſt neceſſe ꝙ accuſator ſe repreſentet cum ibi ſit iudex qui eius perſonam repreſentat. ſed alias eſt neceſſe ꝙ ſe preſentet cum in iſtis procedatur ad inſtar iudiciorum ciuilium: vt dicta. l. abſentem. ¶ Ulterius quero[f] accuſato non comparente quid faciat iudex. Reſpondeo ſiquidem eſt crimen in quo imponitur pena a relegatione. ff. tunc iudex non procedit ad condemnationem: ſed procedit ad annotationem bonorum: vt. l. i. ſ. de requir. re. in criminibus vero quorum pena eſt a relegatione infra iudex examinabit teſtes: ⁊ procedet ad condemnationem habita fide de maleficio: vt. d. l. abſentem. ſ. de penis. ſed ſm ſtatuta Italie etiam elapſo termino bāni indiſtincte habetur pro confeſſo ⁊ tanquam confeſſus condemnabitur. predicta in accuſato abſente. Sed quid fiet[g] accuſato

a ¶ Iter accuſatorē q̄ro qualiter. not. de mō citandi. ⁊ vide imol. in. l. q an ca lēdas. de. v. ob. ⁊ qd no. bar. in ex̄ua. ad repri. i. v. ⁊ per edicta. Itē no. ꝙ ſtatutū pōt dare certū mōʒ citādi ſʒ bal. i. l. i. i. ij. col. C. quō ⁊ qn̄ iu. ꝑ bald. p⁹ gl. i. l. ſi accuſatorib⁹. i. ij. col. ⁊ ibi cy. C. de accuſ.

b ¶ Plʒ mihi. abſ̄teʒ pt citare iudex in crīalibus vna vice pro oibus. qd tenuit bal. in. l. ij. in vl. colū. ad ſi. C. quō ⁊ qn̄ iudex. vbi ſequitur archi.

c ¶ In autēti ca. vide not. bar. in. d. auten. q ſemel. in. i. col.

d ¶ Utrū debeat. vtrū in citatione debeat mitti copia iquiſitōis vide ꝑ bar. i ex̄ua. ad rep. mē. i v̄bo ſuper dicto crimine. Pe. de anch. i cle. i. de for. cōpe. imo. h ⁊ ſali. i. l. abſ̄teʒ. C. de acc. bal. in l. ij. C. de exhi. re. aliqd ꝑ imo. in. l. ſi ſi nita. §. ſi plures. i. vj. col. de dā. infec: ſed gl. in. c. ꝑ terea. de dil. c. vij. q. ij. c. ſi primates tʒ ꝙ dʒ mitti de quo hēs pluref remiſ. in rub. C. de edcn. ⁊ vide bar. in ex̄ua. ad repri. i. v. ſuper dicto crimine.

ADDE ꝙ panor. i. d. c. lʒ dicit dictū bar. poſſe ꝓcedere qn̄ qſ citaſ de propiquo. alias ſecus p. c. ſi primates. v. q. ij. non ob. d. c. lʒ: q: dic ꝙ ibi cria fuerūt expſſa i citatione.

e ¶ Sit neceſſe. Adde bal. in. l. ſi tutor. C. de iterdi. ma. vid imo. hic ⁊ bar. i ex̄ua. ad, repri. i. v. neglexit.

f ¶ Ulteri⁹ q̄ro vtrū reus dēat pſonaliter citari vel nō. bar. i ex̄ua. ad rep. in v. ⁊ ꝑ edicta bal. i. l. ⁊ p⁹. i ꝓn. de iudi. ⁊ ibi bart. ⁊ q̄ dixi poſt cū. i l. i. in ꝓn. ff. ſi qs ius dicē. ⁊ cy. alias ſali. in. l. abſ̄tē C. de accu. ⁊ que dixi poſt bart. i. l. i. C. de req. reis. bal. in. l. ſi accuſatoribus C. de accu.

g ¶ Sʒ qd fiet. qd fiet ꝑ iudicē abſ̄te accuſatore. Adde bart. poſt gl. in. l. papi. §. i. de inoffi. teſta. ⁊ imol. in. c. lʒ de loca. ⁊ ad de melioreʒ ter. i. l. q̄uis idubitati. C. de adulte. ⁊ bar. in ex̄ua. ad repri. i. v. neglexerit. ⁊ Imo. hic.

a c Uſtodias. hanc. l. limita inquātuꝫ vult ꝙ aduocati debent citari ad videndū iudicia nō habere locū in teſtib⁹ torquēdis ſm bart.. in. l. diuus. §. index. j. de qſti. ⁊ ad hac. l. vide bar. in. §. reus in ca. l. ⁊ i. l. ſi. co. ti. de qſti. ADDE ꝙ bal. cōſi. cclxxv. iij. li. dicit ꝙ cū aliqs grauiſſime torqueť bene eēt adhibere medicos: q2 alij moles carne alij duri.

b ¶ Obſeruat cōis conſuetudo. ideꝫ tꝫ bart. in. d. l. ſi poſtulauerit. §. queſituꝫ. hic. alias in verſi. quero que eſt ratio huius diuerſitatis. dicas ꝙ iſtud ē diuinare: ſed eſt no. fauore abſolutōiſ vt in ſimili i l. fina. C. vbi ſena. vel cla.

c ¶ Pōt renunciare. adde ꝙ bald. in l. ſi accuſ. C. de accuſa. videtur velle ꝙ poſſit renunciari: ⁊ ꝙ repertus i fragranti crimine poteſt renūciare dilationibus ſuis: quia nulla debet ſibi dari dilatio. ſm bal. in. l. vt vim de iuſti. ⁊ iu. vide gl. in. l. ictus fuſtiuꝫ. i pn. ff. de infa. iuxta finem. in vltimo. ver. vtrū re⁹ poſſit renūciare dilatōibus ſibi datiſ: vt ci ti⁹ ꝯdēneť. ⁊ in eo qđ tenꝫ bart. qđ not. adde bal. i. l. i. C. de ꝓfeſ. in. xi. colū. ⁊ bald. in. l. pactū iter he. ſ. ꝺ pac. vbi dicit ꝙ nō pōt renūciari defenſionibus. ⁊ idē bal. i. d. l. i. plus dicit vꝫ ꝙ ſi ſit renunciatio iurata non valet ⁊ i propoſito vide qđ no. bal. in. l. raptores. de epiſ. ⁊ cle. et i autē. habita. C. ne fili⁹ ꝓ pa. ſꝫ ꝯtra bar. ſꝫ tꝫ bal. in ſi. ff. de ferijs. i quo vide ro. in rub. de arbi. i. vj. char. pōt tm̄ reus in criminalibus renunciare exceptionib⁹ declinatorijs fori. ſm bal. in. d. l. i. C. de pac. ⁊ bal. in auē. iubemus. C. de iudi. ⁊ vide gl. ⁊ ang. in. l. i. de fur. balne. ⁊ in. l. i. C. qui accu. in. ꝟ. ⁊ ꝑmitto. ⁊ imo. hic ⁊ bal. in. l. cū reis. C. de penis. ⁊ in. l. i. in. xx. col. C. qui accu. nō poſ. ⁊ dicit ang. in. d. l. pactū inter heredē. ff. de pac. ꝙ qñ certū eſt reuꝫ nullū hēre defenſionem ꝙ valet renūciatio. vnde infert ibi ꝙ qñ iudex maleficioꝝ facit renūciare termio ⁊ defenſionibus debet facere reū confiteri ſe nullā aliam hēre defenſionē quare renūciat: q2 defenſiones nō hꝫ. vnde ſentit ipe ꝙ iſta renūciatio ſaltem ſit vtilis ꝗtum ad terminū: ꝗtuꝫ vo ad defenſiōes certuꝫ

re abſente. Breuiter dico ꝙ poſſunt duo queri. primo quid fiet abſente accuſatore contra ipſuꝫ accuſatorem. ſecundo quid fiet abſente accuſatore de ipſo proceſſu. Ad primum dico ꝙ ſi accuſator abſens eſt legitime citatus poterit procedi contra eum ad penam de qua dicit tex. in. l. q crimen. C. qui accu. nō poſ. poterit etiaꝫ cognoſcere de eius calūnia ⁊ de calūnia eum cōdēnare ſi eſt pena a relegatione infra. nec allegatio pro eo iuſta allegatur: quia tūc expectaretur: vt hac. l. Sed ſi eſt pena a relegatione. ſ. tunc fiet ānotatio bonorum ſicut dictuꝫ eſt in reo. ſ. Si vero queris quid fiet de proceſſu. aduerte ꝙ proceſſū poteſt iudex preſentem abſoluere ab inſtantia. Item poteſt proſequi proceſſum ſi vult ⁊ abſoluere vel condemnareum prout reperiet eū culpabilem: vt. j. e. l. pe. dicam plene. j. titu. i. l. libellorum. in ſi.

s **Eruus.** Dicam cras in. §. ad crimen.

Ex. l. ſequenti.

¶ An examinationi reorum debeant eſſe aduocati: ⁊ quid ſi nō ſunt: an vicietur proceſſus. ⁊ an diebus feriatis poſſit ꝓcedi in cāis carceratoꝝ.

c **Uſtodias.** Diuidit hec. l. in duas partes. primo loquitur qui debent adeſſe examinationi reorum. ſecūdo loqtur quo tempore dꝫ fieri exāīnatio reoꝝ. ſcđa ibi. ⁊ feriatis. ¶ Primo oppo. ad prin. ⁊ videtur ꝙ conſuetudo hoc non obſeruet ꝙ conuocentur aduocati quando examinantur rei. dicit glo. intellige ꝙ conuocentur patroni cauſarum non aduocati ipſius rei. ⁊ ita obſeruatur bononie. ita dicit glo. ⁊ dicit vex etiam ꝙ olim obſeruabatur. Iſtud dictum gl. videtur contra. l. ſi poſtulauerit. §. queſtioni. j. de adulte. vbi dicitur ꝙ aduocatus ipſius rei debꝫ adeſſe queſtioni. hoc etiam glo. tenet in. l. legis virtus. ſ. de legi. Breuiter veritas ē iſta ⁊ ita obſeruat communis conſuetudo[b] ꝙ examinationi reorum hoc eſt diſputationi: an ſint examinandi ⁊ torquendi bene interſunt aduocati. ita intelligitur. l. ſi poſtulauerit. §. queſtioni: ſed ipſi queſtioni ⁊ examinationi non debent intereſſe: ita tenet glo. in auten. de teſti. §. quia vero in gl. ſuper verbo aduocatorum. ⁊ hoc videtur velle glo. C. de iure calum. l. ij. circa princi. in glo. ſup verbo vtriuſq;. dum dicit aduocatum non debere partem inſtruere. hoc etiaꝫ probatur ad ſimilitudinem teſtium: quia partes adſunt iuramento teſtium non examinationi que fit in ſecreto. ⁊ hoc puto veruꝫ ⁊ conſuetudo obſeruat. ¶ Quero quod ſi iſti aduocati ad hoc non fuerunt adhibiti an propter hoc viciabatur ꝓceſſus vel ſententia. puto ꝙ non. argu. eius quod nota. in. l. cum ſententiam. C. de ſenten. facit quod not. in l. i. C. de ſenten. aduer. fiſc. la. ¶ Uenio ad ſecū

eſt cā eē inutilē cuꝫ nullas defenſiōes hēat: vt ipſe preſupponit. ⁊ ſic videtur dicere idē qđ bart. hic pro certo iſte tex. nō ꝓbat opi. bar. q2 hic non differtur ꝓbatio ſnie cōdēnatorie: pꝫ q2 reus nō poſſet renūciare: niſi q2 ſic ſtatutū eſt in caſu iſto. vnde tex. iſte ꝑ bar. allegat⁹ nō ꝓbat opi. eius niſi itelligatur cōiuncta gl. in ver. volēte. quā bar. examiat ſꝫ in verſi. ſin. cuius quidē declaratio magis eſt violare iſtū tex. qꝫ declarare et in propoſito inquit bal. in l. i. C. qui accu. qđ re⁹ nō pōt in crīb⁹ renūciare defenſioni que reſultat ⁊ fūdatur ſuper iuregentiuꝫ: ſed executionibus que iducunť a iure poſitiuo cōi vel ſtatutario bñ pōt renūciari alle. gl. in. l. ſi accuſatorib⁹. ſ. all. C. de accuſ. Aduerte tm̄ ꝙ lꝫ ipſe bal. dicat ibi ꝙ illa executō tolli nō pōt q̄ fūdit⁹ tollit crimē tm̄ idē videť dicendū ſi modificaret penā dūmō ſit fundata i iure ex q̄ videť ꝙ concluſio bar. ſꝫ falſa ſit. ⁊ vid q̄ hēs in materia. i autē. iubemus. C. de iudi. i cāu ꝑdicto. ang. qñ certuꝫ ſit nullas reū ꝺfenſiōeſ hēre ⁊ ſic ꝑ r̄nūciatione termini nō auferť defenſio ꝑ q̄ optie fac qđ dicit bal. i. l. i. §. officilius ff. de req. re. q ibi ꝯcludit ꝙ ſtatutū in cā crīali pōt auferre reo defenſiōes ⁊ exceptiōes q̄ reſpiciūt apices iuris. ⁊ ſi negociū ꝑncipale. ⁊ forte idē poſſet dici i renunciā. vꝫ ꝙ qꝫuis defenſio ꝯpetens ſit i troducta de iure ciuili. ſi tamen reſpiciat renūciacris in totuꝫ non poſſit ei renunciari. hoc ꝓbatur: q2 appellatio formalis eſt introducta de iure ciuili. l. i. ff. de appel. ⁊ tm̄ illa renūciatio tolli nō pōt. l. nō tm̄. ff. de ap. item pro hoc facit regula vulgaris. l. liber hō. ff. ad. l. acq. que hꝫ ꝙ nēo ē dñs mēbroꝝ ſuoꝝ. ſed qñ certū eſt reū hēre defenſi. tūc ſtat ang. cū bart. ꝑ. d. l. pactū inter he. ſed ſi eſt dubiū. dicit ꝙ vꝫ ſi reus fateref ſe nō hēre defēſiones per. d. l. i. ff. de furi. balnea. pro quolibet intellectu vide in. d. autē. iubemus. C. de iudi.

dam partem ⁊ opponitur ꝙ diebus feriatis nemo trahitur inuitus: vt. l. i. ⁊. ij. ſ. de ferijs. ſolu. glo. intelligit hoc volente reo. vel aliter illud qđ ibi dicitur: loquitur in perſonis non detentis in carcere que perſone non poſſunt occupari circa meſſes vel vindemias. in iſtis autem detentis in carcere iſte ferie non obſeruantur ꝓpter ſe: niſi forte diceremus obſeruari propter aduocatos: ⁊ alias perſonaſ que debent adeſſe. tamen iſtud erit ſpeciale hic ꝙ volente reo etiam accuſatore inuito procedet iſtis diebus feriatis. ¶ Iteꝫ opponi. ſ. de fer. l. ſi feriatis. ſolu. hoc intelligo de ferijs inductis ob neceſſitatem hominuꝫ non in honorem dei: niſi in caſu ſpeciali in. l. prouinciarum. C. de fer. ſed hodie ſecundū ſtatuta Italie communiter ferie meſſium vel vindemiarum ad caſus criminales non porriguntur. ¶ Ulterius dr̄ hic ꝙ iſtis dieb⁹ feriatis inocētes dimittat nocētes differat. Quero que eſt ratio hui⁹ diuerſitatis. Reſpōdeo ratio forſan eſt: quia cum iſta examinatio fiat volente reo ⁊ aliter non: vt. ſ. dixi iſtis ferijs ⁊ dilationibus poteſt renunciare[c] ad ſui commodum: vt abſoluatur. ſed ad ſui damnum: vt citius condemnetur: non poteſt renunciare. iſti ergo qui damnantur ad morteꝫ non videtur ꝙ poſſint iſtis dilationibus inductis a. l. ſeu a ſtatuto renunciare: vt hic. pro hoc. l. nō tā tum i infra de appell. non tm̄ hoc pro certo dico.

Ex. l. ſequenti.

¶ Que ſit ratio ꝙ ex parte rei non admittitur ꝓcurator in criminali: ibi. Quero. Et que ſit ratio ex parte actoris: ibi. Uideamus. Et an in caſib⁹ in quibus abſens poteſt damnari an poſſit ꝓcurator interuenire: ibi. Sed primo. Et an in accuſatione priuati iudicij admittatur ꝓcurator: ibi. Quero. Et an ad vnum articulum poſſit conſtitui procurator: ibi. Secundo. Et an cum per ſtatutum imponitur pena pecuniaria pro homicidio poſſit interuēire procurator: ibi. Quero extra. Et quas excuſationes debet proponere qui cōparet ad allegādas cauſas abſentie: ibi. Quero ⁊ intro. Et quas exceptiones poſſit opponere procurator i crimine publici iudicij: ibi. Quero quas. Et an debeat admitti ꝓcurator ad examinandum exceptioneꝫ ſuper qua dubitatur in facto: ibi. Quero quid. Et quid ſi exceptio veniat examinanda ſeparatim a crimine: ibi. Quero. Et ſi procurator qui nō debuit admitti: fuit admiſſus faciat proceſſum corruere. vide in ſi.

a **Ccuſatore.** Hic hētis tres lras et ſm vnā habetis iudicante. alij habent inchoata. alij iudicata. Scđm priās duas litteras hec. l. dicit ꝙ accuſatore defuncto iudex pōt⁹ proceſſum proſequi et ipſuꝫ finire ⁊ terminare. Cōtra hoc vr̄ expreſſe in. l. libelloꝝ. in ſi. j. ti. i. ⁊ ibi dicā. Secundum tertiā litteraꝫ habes ꝙ res iudicata ab

d a Ccuſatore. iudex pōt. no. accuſatore defuncto que lit. ꝓſecutio fiat. facit quod no. bar. in. l. iter accuſatorē. in ſi. ſ. e. an oia acta

alio poteſt executioni mandari per preſidem ẽt accuſatore defuncto ⁊ nõ petente. hoc eniꝫ facit ex ſuo officio. vide gl. que incipit: alias iudicãte.

**Ad crimen.** Hic. §. diuidit̃ in duaſ partes. pria loqtur de eo qui venit ad proſequendũ crimẽ publicuꝫ. ſecunda de eo qui venit ad allegandas cãs abſentie. ſecũda ibi. ſed excuſationes. Iteꝫ prima ſubdiuiditur in duas ptes. in prima loqtur de ꝓcuratore ex parte actoriſ. ſecũda in procuratore ex pte rei. ſecũda ibi: multomagis. Itẽ ſecũda ſubdiuiditur in duas partes. prima ponit dictũ. ſecunda effectũ illius dicti. ſecunda ibi: ⁊ ſi iuſtaꝫ. ⁊ breuiter hoc dicit. in crimĩe publici iudicij nõ põt interuenire ꝓcur. ad allegandas cãs cauſe. ſed ad allegandas cãs abſentie admittet̃. h.d. Notabilia hẽtis ex his que dixi in ſũmario. Uenio ad declarationem materie que eſt multuꝫ ꝓfunda: ⁊ habꝫ multas opi. ⁊ habet modicas. l. ¶ Quero primo anteq̃ opp. quare procurator non admittit̃ ad crimen publici iudicij. dicit gl. in reo potiſſime eſt ratio: q: procurator dꝫ dãnari: vt. l. i. C. de ſen. ⁊ ideo nõ eſſet congruũ ꝙ ꝓcurator damnaretur ad mortẽ vel ad aliã penaꝫ iſta ratio nõ eſt bona. nam quod dicit̃ ꝙ procurator damnatur vel abſoluit̃ eſt verum: quãdo ĩ ꝓcuratoreꝫ poteſt cadere ſentẽtia. alias nõ: vt. l. vlti. C. de iniur. ⁊ plene no. in. l. nihil. C. de ꝓcu. pro hoc quod no. in. §. publice. ⁊ facit. l. ij. C. de accuſ. que eſt ergo rõ videte ex parte rei. aſſignãtur iſte rõnes per doc. iudicia nõ debent eſſe deluſoria: vt. l. ſi pretor. in prin. ſ. de iudi. Sed ſi ꝓcurator interuenerit ex pte rei iam ſequeret̃ iudicium eẽ eluſorium: q: reus ſi videret ſe damnari nunq̃ cõpareret: ⁊ abſens nõ põt damnari: vt. l. abſenteꝫ. ĩ. de penis. ¶ Iteꝫ alia ratio eſt ne maleficia remaneant impunita: vt. l. ita vulneratus. ad. l. acql. Adde aliam rationeꝫ: ideo nõ admittitur procurator etiã ex parte rei: q: ipſe diligentius defendet cauſam ſuaꝫ q̃ procurator: vt. l. i. in fine. ſ. ad carbo. ¶ Uideamus rationẽ ex parte accuſatoris. dicebat Ja. bu. ratio eſt quando crimen eſt publicuꝫ: ⁊ ſic accuſatio competit cuilibet de populo nõ poteſt conſtitui procurator: q: hec cauſa ita pertinet ad procuratorem ſicut ad cõſtituentem: vt. l. lꝫ. ⁊ ibi no. ſ. de procu. hec ratio eſt bona nõ tamen eſt generalis: quia concludit quãdo accuſaret tanq̃ quilibet de populo. ſed pone ꝙ accuſator accuſaret proſequẽdo ſuam iniuriam. iſta ratio ceſſat: vt. d. l. lꝫ. quid ergo. dicunt alij ratio eſt: quoniam ſi accuſator reperiretur in calũnia condemnaretur in ſimilitudine ſupplicij. Item accuſator debet detineri in carceribus[a] ſicut accuſatus: vt. ĩ. ad turpil. l. i. §. i. ⁊ C. de accu. l. ſi. vnde ſunt eedẽ ratões in accuſatore que in accuſato dicte ſunt. ſatis hoc plꝫ de iure cõi. ſed cum hodie de iure ſtatutorum non puniatur accuſator in pena talionis: nec ponit̃ ĩ carcerem accuſator ſicut accuſatus: iſte rões ceſſant. Sed alia ratio eſt q: veriſimiliter diligenti⁹ aget cauſam ſuam per ſe q̃ per procuratorẽ: qa quis ꝓprio dolore mouetur ad agenduꝫ diligẽtius cãm ſuam q̃ alienã: vt. l. ij. §. ſi. ĩ. de adult. ⁊ ſic eedẽ rõnes habẽt locũ ex parte accuſatoris ⁊ accuſati. ¶ Op. in crĩe ſuſpecti tutoris põt interuenire ꝓcurator: vt. l. nõ ſolum. §. ſi. ſ. de ꝓcur.

ſed crimen ſuſpecti tutoris eſt publicũ: vt no. ſ. e. l. i. ⁊ probatur in. l. iij. §. cõſequens. ſ. de ſuſp. tu. ergo male dicit iſte. §. huius timore dicit gl. hic dꝫ intelligi de tali crimine publico cui⁹ pena ſit a relegatione. ſ. quantũ ad ꝓpoſituꝫ puto ꝙ hec ſol.[b] nõ ſit bona. nam quandoqꝫ accuſat̃ aliquis de ſuſpecto ſolũ: vt remoueat̃: tunc iſta cã dicitur ciuilis nõ crĩalis: quoniã per eaꝫ nihil applicatur reipublice: vt. l. iij. ſ. de ſepul. vio. Item agitur ad vtilitatẽ priuatam. ſ. pupilli. ergo ẽ ciuiliſ. ſed. §. noſter. loquitur qñ criminaliter accuſatur quis. ⁊ ꝙ hoc ſit verum ꝙ illa cauſa dicat̃ ciuilis canoniſte habẽt expreſſius q̃ noſ. caſus ẽ in. c. tue. de procura. ⁊ de teſti. c. ex pte. ⁊ ibi glo. ſed ſi poneremus ꝙ tutor accuſaret̃ ſuſpectus: vt puniretur: tũc eſſet cauſa criminalis: q: agitur ad vindictam: vt. l. i. ſ. de ſuſpe. tuto. cũ. l. ſequẽ. ⁊. l. i. §. ſolent. de offi. prefe. vr. ⁊ C. de admi. tu. l. niſi. ⁊. l. ſi liberti. tũc iſto caſu nõ admitteretur procurator ſicut in accuſatione iniuriaꝝ. ſed ſicut nec in alijs accuſationib⁹ priuatoꝝ criminũ vt. ĩ. videbitis. ¶ Secundo op. de. l. ſed ⁊ he. §. i. ſ. de procu. vbi libertus accuſat̃: vt ingratus: vt reuocet̃ in ſeruitutem ⁊ admittitur ꝓcurator. ⁊ dicit glo. eodẽ modo vbi pena ĩponitur ĩfra relegationem. hic ſupra. hoc nõ plꝫ ad. l. illam: qa ibi imponitur pena ſupra relegatis: q: ſeruit⁹ q̃ eſt mors: vt. l. ij. ſ. e. ⁊. l. capitaliũ. ĩ. de penis. ⁊. l. ſeruitutẽ. ⁊. l. ꝙ attinet de regu. iur. quare dic ꝙ ibi qñ actio eſt ciuilis: q: ad partis cõmodum redigitur in ſeruitutem. hic loquitur in crĩalibus. ¶ Tertio op. de. l. ſeruum quoqꝫ. §. publice. ſ. de procu. vbi dicit̃ ꝙ vbicunqꝫ abſens põt condemnari admittit̃ procurator. ſed in quibuſdaꝫ crĩbus põt dãnari qs abſens: vt. l. abſenteꝫ. ĩ. de penis. ergo ⁊c̃. hui⁹ timore glo. ſtat in ſo. prima ꝙ hic. §. reſtringat̃ qñ in crĩalib⁹ venit ĩponẽda pena ſupra relegationẽ. ſecus ſi infra relegationem. arg. l. i. ĩ. an per alium cã appellationis. vide illã. l. Iſtam opi. tꝫ gl.[c] in hoc. §. ad crimen. ⁊ latius in. §. publice. ⁊ latius in. l. i. ĩ. an per aliuꝫ cã appel. ⁊ hãc opi. tenet Ja. de are. Odo. Jac. bu. ⁊ Guil. de cu. dñs Ra. ⁊ oẽs quaſi Ja. de ra. videt̃ tenere cõtrariũ. ⁊ eũ ſeqtur Pe. ⁊ Mar. ſili. qa. Ja. dicit ꝙ in crĩe publici iudicij vel non publici nõ curo nõ poteſt interuenire ꝓcurator: niſi qñ cauſa eſt pecuniaria. vnde ſi pena imponeret̃ relegationis nõ poterit interuenire ꝓcurator. ⁊ illud vſqꝫ quod ponitur in. l. i. ĩ. an p aliuꝫ cã appella. ponit̃ incluſiue ſm eos. ⁊ per illũ tex. hãc opi. probãt. ⁊ ꝙ ponatur incluſiue: probat̃ ibi dũ dicit capitalis. nã capitalis cauſa eſt q̃ adimit vitã libertatẽ vel ciuitatem: vt. ſ. eo. l. ij. ⁊ dicunt ipſi ſi vſqꝫ poneret̃ excluſiue ille. ver. ſed ſi ea nihil ĩportaret. quoniã cum dicit capitalis cã oĩa iſta cõprehendit. ita dicũt ipſi. preterea probatur per hunc tex. q gñaliter loqtur de crĩe publici iudicij proſequẽdo: nec dicit de qua pena. Itẽ probat̃ per. l. ij. C. de ꝓcur. cũ dicit rẽ pecuniariã. ⁊c̃. ergo ſi nõ eſt pecuniaria nõ põt interuenire ꝓcurator. preterea dicũt. caſus eſt in. l. vlti. C. de iniur. vbi eſt ſpãle in perſonis illuſtribus ꝙ admittit̃ ꝓcurator in crĩe iniuriaꝝ. ergo in cõtrariũ eſt ius cõe. ſed in crĩe iniuriarum põt ĩponi pena relegationis: vel alia infra relegationeꝫ. ergo ⁊c̃. vt. l. vlt. ſ. de iniur. ita dicũt ipſi. Ex. i. l.

facta cum ipſo accuſatore ipſo mortuo pereant. vide gl. vbi bal. in. l. i. C. ſi reus vel accu. mor. ſue. a¶ Detineri ĩ carcerib⁹. Adde ꝙ de ptãte ordinaria papa vel ĩperator nõ põt procu. admi. ex parte rei. tex. eſt in. c. venienſ. extra de accuſatio. iõ nec delegat⁹ põt. c. i. de offi. iudi. li. vj. iũcta gl. in. ṽ. crĩali. ⁊ iõ non tenet reſcrip. ꝙ procur. admittatur: vt in. l. fin. ſ. de iur. ⁊ imo. hic. in cã tñ capitali admittit̃ ꝓcur. ad probati. notorij: vt no. bal. in. l. ij. C. vt ne. ꝓ ua. Item adde nota. per bar. in. l. i. in prin. de dã. infecto. ⁊ baldus in. l. eleganter. §. ſi dolo. ff. de dolo. qui dicũt ꝙ ſi dubitat̃ an vulnuſ ſit letale poterit interuenire procura. ſub conditio. ſi appuerit vulnus non eſſe letale. quod nota. Item vbi agitur de crimine poſt mortem: vt damnet̃ memoria hominis admittit̃ procura. ſm glo. xxxiiij. q. v. c. ſane. ꝓ hoc: quia talis eſt ſententia declaratoria cuꝫ pena ĩ talibus criminibus. vt in. l. iulia maieſ. ⁊ ſimilibus ſit impoſita ipſo iure nimirũ ſi admittatur ꝓcura. vt in ſimili not. bal. in. l. reos de accu. ⁊ in terminis pe. de ancha. in. d. l. ſeruũ. §. publice. iteꝫ adde ꝙ vbi admittitur procura. cõdemnatur dominus non pro cur. gl. ⁊ docto. i. l. nihil. C. de procu. ⁊ in. l. ij. C. de accuſ. ⁊ in. l. ſeruuꝫ. §. publice ad ſi. ff. de ꝓcur. iteꝫ adde ⁊ tenementi perpetuo. quidam dicunt ꝙ ad hoc: vt admitatur defenſor in cã crĩali requiritur ꝙ non tantũ pena ſit pecuniaria. ſed ꝙ defenſor cõfiteatur contenta in inqſitiõe allegãt tex. ⁊ ibi no. in. l. q ſeruuꝫ

de inter. ac. Iteꝫ quid ſi in iure cõi pena ſit corporalis: vt pro homicidio ſed per ſtatutũ facta eſt pecuniaria vtrum poterit iteruenire procu. vide Gui. de ſuza. in ſua. q. ĩcipi. q. talis eſt: cõtinetur ĩ ſtatuto ciuitatis. ⁊ bart. in. l. i. in. i. col. ſ. co. Item vtrũ in actiõe populari ciuili admittat̃ ꝓcur. vide bal. in. l. aduerſus. ⁊ qd ibi poſt eũ dixi. C. de furti. ⁊ qd in tutore. vide bal. in. l. reoſ C. de accuſ. in. xi. col. ⁊ ĩ l. pe. C. de aucto. pſtan. ⁊ vtrobiqꝫ dixi poſt euꝫ: ⁊ an ius accuſandi ex ꝓuato de licto poſſit in aliũ cedi. vide per bal. i. l. per diuerſas. i. xvj. q. C. man. ⁊ q̃ ibi poſt eũ. ADDE qd ſi pẽa erat arbitraria ⁊ effecta ẽ pecũiaria ponẽdo ĩ bãno ꝙ ſi ñ cõparet an ꝓcurator poterit iteruẽire vide pe. de ancb. conſi. cclxxiij.

b¶ Puto ꝙ hec ſo. idẽ in priuato crĩe qñ ex genere pene rõ eadẽ eſt: vt eſt tex. in. l. ſi. in pñ. ⁊ ibi bal. C. vbi ſena. vel clariſ.

c¶ Tenet gl. ⁊ hanc cõem opi. ſeq videtur etiã bar. in. l. ſi. C. de iiur. ⁊ de materia vid cy. referentẽ plures opi. in. l. ij. C. de procura.

reos.C.de accu.nō dicit plꝰ niſi ꝙ opi.gl.ſeruaꝛ
per cōſuetudinē Italie. Ad.§.publice rn̄det ꝙ
ille.§.nō diuidiꝛ in tres ptes: put gl.legit.ſ; to-
tus ille.§.loqtur in eo q venit ad allegandū cās
abſn̄tie.iſta eoꝝ opi.reprobaꝛ a nr̄is modernio-
ribus.nā in.§.publice.dr̄ inocentiā excuſantem
⁊ ſic loqtur de eo q venit ad excuſandū inocētiā
nō ad excuſandas cās abſn̄tie: ſed ad allegādas
cās cauſe.⁊ ita dicebat Ja. bu.ad.l.i.j.an p aliū
cā appel.rn̄debat Jac. de are.vide illū tex. du;
dicit capitaliſ.⁊ expōit tūc ſtricte accipe.p ea q̄ ve
re ingerit penā mortis vel ſanguis: vt. C.de trāſ
ac.l.trāſigere.poſtea addit de aliis capitalibꝰ q̄
ꝯtinēt dānationē in metallū vel deportationez.
Jn.ꝟ.ſed ſi ea.ita dicebat Jac.de are.Ol.⁊ oēs
illi q tenēt opi.gl.nō ob.§.ad crimē q loqtur ge
neraliꝛ: q; diſtiguiꝛ p alias.l.eodē mō rn̄deo ad
.l.ij.C.de ꝓcur.nō ob.l.vlt.C.de iiur. ꝯiuncta.l.
vlti.ff.de iniur.q; ad illā rn̄det Gui.de cu. ſic id
qđ dr̄ i gl.nr̄a ꝙ qn̄ pena iponiꝛ a relegatōe ifra
pōt iteruenire ꝓcurator: itelligo in pena ꝓuatia
vt relegatōis vel remotōis ab ordie ⁊ iterditōis
⁊ ſi.ſed qn̄ iponiꝛ pena afflictiua in corpꝰ: vt ictꝰ
fuſtiū: ⁊ ſi.tūc nunq̄ pōt iteruenire ꝓcurator.ita
loquunꝛ ꝯtraria.⁊ ſi dicis qūo in.l.cōtraria.ff.vl.
de iniur.ff.qn̄ iponiꝛ pena exilij vel alterꝰ iterdi
ctiōis. Rn̄.ſufficit ꝙ poſſet iponi pena afflictiua
⁊ ꝙ ſit dubiū.⁊ iō cū in crie iniuriaꝝ poſſit ipo-
ni pena afflictiua arbitrio iudicis in dubio n̄ po
terit itervenire ꝓcurator.qđ dicemꝰ.cōiter tene
mus opi.gl.nr̄oruz ⁊ minie imutanda ſunt q̄ in
terꝑtationē certā ſemp habuerūt: ⁊ ſic iudicarē:
tn̄ qcqđ eēt tenendū gr̄a diſputatiōis ⁊ forte de
iure.j.dicā. ¶ Sed pmo q̄ro.pone ꝙ in cā vbi in
ferꝛ pena mortis pōt abſn̄s dānari ſicut eſt in tri
bꝰ caſibus.vnꝰ eſt.j.ad.l.cor.de ſic.l.lege cor.ꝟ.
⁊ q; hoc crimē.alꝰ eſt.C.de pe.l.ne diu. expſſe i
q̄daz cōſtitutōe hērici iperatoris quā ipſe fecit i
ciuitate piſarū i qua ſtatuit ꝙ in crie leſe maieſta
tis abſn̄s pōt dānari.poterit ne tūc[a] iteruenire ꝓ
curator.dices tu caſus eſt ꝙ ſic.i.§.publice. Ad
uerte qn̄ qs pōt ꝯdēnari abſn̄ꝛ ⁊ ql; q vult allega
re.p eo cās inocentie admittiꝛ: vt i.§.publice.ip
ſe ēt iudex ſi nēo allegaret ꝓ eo dꝫ q̄rere de eius
inocentia: vt.l.i.in fi.j.de qōni.⁊.l.ſi nō defēdaꝛ
j.de peniſ.⁊ eſt iſta regula vbicūq; pōt ferri ſn̄ia
diffinitiua in abſn̄tez: tūc iudex de facto pōt ſup-
plere ⁊ q̄rere eiꝰ defenſionē: vt i auc.q ſemel. C.
qūo ⁊ qn̄ iu.⁊.l.āpliorez.de ap. l; gl. dicat ibi ꝙ
eſt ſpāle in cā ap.⁊ male dicit: q; hoc eſt ius cōe
hoc ēt ſentit Jnno.in.c.veniēſ.ex̄ de accu.⁊ ego
dixi plene hoc i.l.iiij.§.hoc aūt iudiciū.ff.de dā.
iſec.in repetitōe mea.tn̄ l; gl; admittaꝛ ad alle-
gādu; pro eo cās inocētie : iſte nō eſt ꝓcurator
q hoc facit.ſicut dr̄ in.l.nō tm̄.j. de app. ſi enim
vellet facere aliquē actū p quē fieret ꝑiudicium
reo abſn̄ti nō poſſet.rō: q; ad crimē publici iudi-
cij fruſtra ꝓcurator iteruenire: vt hic ⁊ in.§. pu
blice nō loqtur de ꝓcuratore: ſed gn̄aliꝛ de quo
libet.nā ſi ꝓcurator eēt preiudicare poſſet dn̄o:
qđ tn̄ nulla.l.reperiꝛ.⁊ ꝙ hoc ſit verū ꝓbatur in
l.i.j.an per aliū in cā ap.ſn̄ia pōt ferri abſn̄te pte
vt.l.fi.§.illud.C.de tē.ap.tn̄ in cā appellationis
in crie capitali ꝓcurator nō admittiꝛ.dico ergo
ꝙ i.q.ꝓpoſita nō admittiꝛ procurator q poſſet
dn̄o obeſſe ⁊ ꝓdeſſe.caſus eſt hic.⁊.j.an p aliu;
cā app.l.i.ſ; poſſet venire tāq̄ ql; ad allegandū
ꝓ abſn̄te cās inocētie cris: vt in.§.publice. Hoc
ꝑmiſſo in.q.q̄ eſt iter vltramōtanos ⁊ gl. dico ꝙ
vr̄ ꝙ vltramō.dicāt meliꝰ q̄ glo.ꝙ in cribus nō
poſſet iteruenire ꝓcurator: niſi vbi iponiꝛ pena
pecuniaria ⁊ illud vſ; poniꝛ icluſiue.caſuſ eſt ibi
⁊ qa gn̄aliꝛ loquiꝛ hec.l.ad.§.publice.rn̄.gl; pōt
interuenire: ꝯcedo ꝙ pōt interuenire ad excuſā
dum eū.nō tn̄ tanq̄ ꝓcurator: vt poſſet dn̄o ob
eſſe ⁊ ꝓdeſſe: ⁊ hoc gr̄a diſputatōis ſit dictū.pre
terea caſus eſt.ff.de iniur.l.vl.cōiuncta.l.fi.C.de
iiur.nō ob. rōes guil.vt dicā.j.i ſe.q. ¶ Op.de
l.reoſ.C.de accu. Rn̄.ibi loqtur de eo q venit ad
allegandū cās abſn̄tie.ſm gl. ¶ Itē op.de.l.iter
accuſatorē.ff.e.Sol.eodē mō.q; ibi venit ad al-
legandū cās abſn̄tie. ¶ Itē op.de.l.lutius.j.de
app.⁊.l.ſi cuiuſdā.C.de accu.⁊.l.ſeruꝰ.ff.e.⁊.l.
ſciendū.So.dicūt quidā ꝙ in illis.ll.admittitur
dn̄s ad defendendū ſeruū pro ſuo itereē.videte
fateor[b] hāc ſo.ꝙ dn̄s admittaꝛ pro ſuo itereē ea
dem rōe pr̄ pro filio.abbas.p monacho.arg.ad
hoc.ff.de libe.ho.exhi.l.i.qđ eſt notandū pp ſta
tuta quarundā ciuitatū que dicūt ꝙ ſiqs accuſa
tus vel inqſitus de crie declinauerit iuriſditionē
ptātis vel capitanei poſſet ipune offendi.qđ er-
go faciet clericus inqſitꝰ nō declinabit ipſe.ſ; ab
baſ vel ſupior.⁊ eodē mō pater declinabit pro fi
lio pro ſuo intereſſe.⁊ ſic penam euitabūt.poſſu
mus ēt dicere alio mō ⁊ eſt verum ⁊ conſuetudo
approbat: accuſati ponunꝛ in vinculis ⁊ in vin-
culis agūt cauſam: vt.j.ti.ij.l.ij. mō qn̄ quis eſt i
vinculis admittiꝛ procurator pro eo ad allegan
dum cās cauſe.ergo in crie capitali.per.l.ff.alle-
gatam. Itē probatur rōe: q; oēs rōnes ſupra di
cte ceſſant: q; iudiciū nō erit eluſoriū. Item per
alios ⁊ p ſe maturius defendet cauſaz ſuā q̄ per
ſe tantum: q; alij magis poterunt adeſſe. ⁊ ideo
poterit interuenire procurator etiaz in crie capi-
tali.⁊ hoc eſt veꝝ ⁊ conſuetudo approbat. licet
Odof.dixerit cōtra. ¶ Quero dr̄ hic publici iu-
dicij: q̄ro qđ in accuſatione priuati iudicij.gl.ar
guit pro ⁊ contra.finaliter dicit. ⁊ ſic tenet glo.
idē in priuatis dūmodo iponatur pena ſupra re
legationē.⁊ ita tenerē cōſulēdo: quia hoc ſeruat
conſuetudo.ſed gratia diſputationiſ dico.⁊ hoc
omiſi.ff.ꝙ ſi iponitur pena relegatōis ꝓcurator
nō pōt iteruenire.caſus eſt in.l.vlti. C. de iniur.
cōiuncta.l.vlti.ff.de iiur.non ob.rō Guil.de cu.
qui dicit ꝙ ſufficit ꝙ ſit poſſibile ꝙ iponaꝛ pena
afflictiua.nā quando i poniꝛ pena pro delicto:
arbitrio iudicis : illa pena videtur determinata
que pro tali delicto conſueuit iponi: vt no. in.§.
pena grauior.l.qđ ergo.ff.de his qui no.iſa. vn̄
poteſt eē taliſ pſona que debet relegari.⁊ tamen
nō pōt interuenire ꝓcurator.preterea pena rele
gationis eſt qn̄q;: vt qs debeat certo loco mora
ri: vt.l.relegatorū.circa prin.j.de iterdic. ⁊ rele.
ergo eadē rō eſt in relegato que eſſet in deporta
to: q; nunq̄ veniret: vt poneretur in certo loco.
¶ Secūdo quero vtrum ad vnū tantū articulu;
poſſit cōſtitui procurator in cā capitali.⁊ iſta qđ
eſt in gl. hic. Dy.vr̄ tenere ꝙ ꝓcurator poſſet cō
ſtitui ad oēz articulū preterq̄ quo ad ſn̄iaz. Spe
cu.tangit in ti.de ꝓcur.§.i.ꝟ.ſed nunquid.⁊ eſt
glo.ordinaria extra de accuſa. c. l; ⁊ Jnno. hoc
ponit in.c.veniens.eo.ti. Breuiter puto ſi ille ē
in carceribus[c] poteſt conſtituere procuratorem
ad omnem articulum preterquā ad ſententiam:
vt dixi.ff.ſed ſi nō eſt in carceribus nō poſſet cō-
ſtituere ꝓcuratorem etiam ad vnum articulū p
regulā: quia a quo remoueꝛ genuſ ⁊ quelibet eiꝰ
ſpēs: vt.l.i.in fi.de ſuis ⁊ legi.na; hic indiſtincte
dicitur ꝙ ad crimē publici iudicij proſequendū
nō poteſt iteruenire procurator.ſed examinatio
vnius articuli eſt examinatio cris.ergo etiam ad
vnu; articulū tantum nō pōt conſtitui procura-

a ¶ Poterit ne tūc. qn̄ pt ferri ſn̄ia in abſn̄tē: an tūc admittaꝛ ꝓcu.⁊ ꝯcludit ꝙ non. vide bar.in cūa. ad repri.i.ꝟ. itelligiꝛ.⁊ vide qđ no.bar to.i.l.is q reus.i vl.colū. ff.e.⁊ idē cō ſuluit dy.vt refert io.an. in addi.ſpec. i ti.de ꝓcu.⁊ do.an.i.c.veniēſ de accu. itē adđ ꝙ regula hꝰ.§.fal lit qn̄ vniuer ſit as accuſat vel accuſaꝛ. ſcđz bar. i.l. ij.i vl.reſpō. alias. q. j.ti. i.⁊ gl.in.l. ſ; ſi ac.in gl.fi. de iius voc. ⁊ in materia huiꝰ.§. vide imo. i.c.l; in beato petro. đ acc. ⁊ bar. in.l.ſiqs apđ .§.ſi plures. ff.iudi.ſol.
b ¶ Videte fateor. Adde bal.idē tenē tē in.l.filius. de hiſ q ſunt ſui vel alie. iur.⁊ i.l.reoſ in.viij.colū. C.de acc.ad de bar.i.l. ꝓcu.§.ꝓcu.ff. rē ra.ha.⁊ iđ ſali.i.l.ij. C. de accu.vel i l.reos.ēt mo der.in.l. cū i iuria.§.tutor j.de appel.⁊ bar. i.d.l.ij. ⁊ qđ no. āg. in.l.ab admi niſtratore.C de leg. ⁊ viđ no.bar. i.l.ſi qs ſub ꝯditi one.ff. de cō di.iſti. ⁊ viđ āg.i ꝯſi.xxxv iij.icipi.ruſi.
c ¶ Eſt in carceribꝰ. reus icarceratus pōt ſe p ꝓcu. defēdere. ad de bart.i.l.ſi tm̄.ff. de ap. ⁊ ibidē vtrū reꝰ carceratꝰ poſſit p ꝓcu. ꝯpere odof. ⁊ gui.đ ſuza. t; ꝙ ſic.vt re fert gandi.in tractatu maleficioꝝ.i.l.ſi cuidā.C.e.et bal.i.l. ſeruū quoq;.§.publice.de ꝓcu. dicit ꝙ ad q̄ſ dā actꝰ pote-
rit interuenire : ad quoſ dā nō: vt i actibꝰ pſonalibꝰ: vt tortura.ſn̄ia. ⁊ litē ꝯte.vide eu; i.l.cos.§.qđ ſup his. C.đ ap.⁊ i.l.reos C.de accu.⁊ ad merita cāe puta opponere exceptōez ꝑemptoriā.p ducere teſteſ inſtrumēta : ⁊ ſimilia: dic̄ ēt bal.in dcō §.publice.ꝙ forte ꝑēptoriā.ſi poterit opponere: ſ; dilatoriā ſic. ſpec.in ti.de ꝓcu.t; ꝙ ad merita cauſe admittaꝛ: qđ itellige qn̄ reus eſt in carcere.ſecꝰ ſi alius ꝓ eo : vt no.cy.i.l.reos.⁊ ibi bal. C.de accu.⁊ hāc opi.ꝙ ad merita cauſe idiſtincte poſſit admitti.t; io.an.in ti. đ ꝓcu.§.i.⁊ inquit ꝙ nō ſolū procu.ſed ql; cōiūctus ⁊ fortiꝰ cōiuncta pſona dꝫ admitti etiā ad plenaz ref capitalis deteti in carceribꝰ excuſationez: vt ꝯclu. do. clxxxix. alias.cci.pe. de anch.i.d. §.publice.d. flo.⁊ abb.in. .d.c.veniēs. tenēt ꝯ bar.⁊ vide qđ not. Jnno.i.d.c. cū dilecto filio. de teſtico.⁊ bal.i.d. l.reos.i.xiij. col.⁊ bal.i.l. .iij. C. ad. l. fal.de plagi.

tor. ¶ Quero extra gl. quid ſi pro homicidio i-
ponitur pena pecuniaria per ſtatutum an pote-
rit ꝓcurator interuenire. Breuiter ex genere pe
ne iudicatur crimē capitale vel nō. plene dixi. ſ.
eo.l.ij. Cum ergo pena ſit pecuniaria poterit in
teruenire procurator. ita tenet Dynus. hoc ver
ex parte rei: ſed an ex parte accuſatoris poſſit in
teruenire procurator eſt videndum an ſit crimē
publicuꝫ vel non: vt plene dixi. ſ.e.l.i. ⁊ ſi eſt pu
blicuꝫ non poteſt interuenire procurator ſimpli
citer: niſi ſecundum diſtinctionem dicet. ſ. de p
curato. ¶ Quero quid ſi in defectuꝫ pene pecu
niarie imponitur pena corporalis? Reſpondeo:
vt dixi. ſ. eo.l.ij. ¶ Quero ⁊ intro materiaꝫ.l.no
ſtre: ⁊ tango ſecundam partem. Dicitur hic ꝙ
excuſationes abſentie ⁊c. ¶ Quero[a] quod eſt of-
ficium iſtius excuſatoris quas excuſationes pro
ponet Inno. in c. veniens. extra de accuſa. dicit
ſic. quidam eſt ſimplex excuſator ſine mandato:
⁊ iſte non poteſt proponere excuſationē: niſi cir-
ca factum: vt quia eſt infirmus ⁊ fuit impeditus.
⁊ ſi. ⁊ de tali excuſatore loquitur hic. ⁊.l. inter ac
cuſatorem. ſ.e. ⁊.l. liberto. in fine. de nego. geſt.
Excuſator vero circa ius: vtputa nō venit: quia
non tenetur venire: vt tu es excommunicatus: ⁊
ſi. excuſationes circa ius nō poſſunt proponi ꝑ
ſimplicem excuſatorem: ſed oportet ꝙ habeat
mandatum. probatur in. d. c. veniens. ⁊ de dolo
⁊ contuma. c. dilecti. Aduerte ad euidentiaꝫ pre
mitte ꝙ talis excuſator qui nō habet mandatū:
non curatur an ſit mulier[b] vel minor: vt nota. in
dicto. §. publice. Item non tenetur cauere de ra
to. ita nota. in.l. in eo ꝙ. §. i. j. de reg. iur. ⁊ In-
nocenci. in c. veniens. Dico ergo ſic ꝙ quedam
ſunt excuſationes neceſſarie. que impediunt reū
venire velit nolit: vtputa infirmitas. vel eſt ab
alio incarceratus: vel non poteſt tranſire ꝑ iter.
Iſte cauſe poſſunt allegari per quēlibet. nec re-
quiritur ꝙ caueat ð rato: quia velit nolit abſens
pur ſic eſt. Quedam ſunt excuſationes probabi
les[b] que eum excuſant a veniendo probabiliter.
poſſet tamē venire ſi vult: vtputa: q: in illo loco
hēt inimicitias: ⁊ ſic excuſatur a veniēdo: vt.l. de
etate. ad trebel. ⁊ de lega.l. ſciendum. §. i. tamen
ſi vult venire poteſt. tunc taliſ excuſator ſimplex
non admittitur ſine mandato ad allegandum
talem excuſationem: quia neſcit quid ille abſens
velit. Quedam ſunt excuſationes mere volunta
rie: vtputa: tu nō es meus iudex. hoc caſu ſi vult
reus poteſt prorogare iuriſditionem. ideo accu
ſator non poteſt proponere ſine mandato cum
hoc conſiſtat in voluntate abſentis. ita debent i-
telligi predicta. c. ⁊ dictum Innocē. Vidi ꝙ pre
dictarum excuſationum: quedam poſſunt pro-
poni ſine mandato. quedam non. ¶ Quero pro
curator habens mandatum: quas exceptiones
poterit proponere in crimīe publici iudicij. Ad
uerte quedam[c] eſt exceptio dilatoria ex quo nul-
lo modo crimen tangit: vtputa dico ꝙ libellus
non procedit: tu non es meus iudex. Item ac-
cuſator non poteſt accuſare: et ſi. vt per totum ti
tu. qui accuſare non poſſunt. iſta poſſunt propo
ni per procuratorem per regulam.l.i. §. viſus. ſ.
de procurato. nec obſtat iſte. §. quia loquitur tā-
tuꝫ in iſtis exceptionibus per quas crimē exami-
natur. Quedā ſunt exceptiones q̄ lꝫ opponan-
tur ad proceſſum. tamen tangunt crimen. verbi
gratia opponitur exceptio rei iudicate: non po-
teſt procedi: quia de crimine iam eſt condemna
tus vel abſolutus: vel nō poteſt accuſari: quia in
terfectus poterat impune occidi[f] ex forma ſtatu
ti. tunc quid iuris ſit aduerte. Iſtam queſtioneꝫ
diſputauit Iaco. de are. ⁊ finaliter ſic determina
uit. Aut eſt notorium illam exceptionem eſſe ve
ram ⁊ admittitur procurator. alias ſecus. argu.
ad hoc in.l. fulcinius. §. ſi quis actione. quibus
ex cau. in poſſ. ea. coniuncta.l. eo tempore. ſ. de
pecu. ⁊ quod dicit in ſolu. cōtrariarum.ll. arg. ꝑ
hoc.l. q cū maior. §. ſi libert[9] de bo. lib. hoc etiā
tenet Dy. in.l. reos. C. de accu. ⁊ hoc tenet Iac.
de bel. in quadam. q. quam diſputauit: ⁊ ita con
ſuluimus piſis do. fran. tig. ⁊ ego etiā cōſului in
ciuitate iſta. ⁊ addidi talem rationem. ratio hui[9]
eſt quando eſt notorium ꝙ non debet procedi
iudex ex ſe nemine petente debet abſoluere reuꝫ
vt. d.l. qui cum maior. §. ſi libert[9]. ⁊ quod ibi no.
ſ. de bo. liber. ⁊ quod nota. in.l. vbi pactum. C.
de tranſactio. ſed quando eſſet dubium: tūc nō
admittitur procurator ne factum procuratoris
poſſit reo nocere: vt. ſ. vidiſtis. Si vero eſſet ex-
ceptio peremptoria: tūc procurator ſine dubio
non poſſet interuenire: quia diſcutitur crimen:
quia pronunciatur ſuper crimine nō ſuper ea. vt
l. i. C. de ordi. iudi. ¶ Quero quid ſi eſt dubium
de illa exceptione propter ius nō propter factū:
vt quia nō eſt dubium an quis ſit exbannitus: ſꝫ
eſt dubium an ſit exbannitus de iure an poſſit in
teruenire procurator ad examinationeꝫ illius ex
ceptionis ⁊ ad examinandum illud dubiuꝫ. Re-
ſpon. nō. ſicut enim cum eſt dubium ſuper facto
non poteſt interuenire procurator: vt. ſ. dixi. ita
non poterit interuenire: ſi eſt dubium ſuper iure
quod probo per.l. cum prolatis. ſ. de re iudi. et
quod no. ſ. de legi.l. non poſſunt. ⁊. C. de legi.l.
cum de nouo. ⁊ in prima conſt. C. §. quibus. vbi
expreſſe dicitur dubietas ſuper iure equiparatur
dubietati ſuper facto. ⁊ ibi no. in glo. ¶ Quero
quid ſi iſta exceptio dubia quam dixi non poſſe
examinari per procuratorem veniat examinan-
da ſeparatim a crimine. Iſta eſt queſtio de rana
geſe que fuit iter. d. Ia. bu. ex vna parte. ⁊ ia. de
bel. ex parte alia que talis eſt. quidam ranageſe
nomie fuit interfectus. filius eius accuſauit occi
ſoreſ. illi excipiebant ꝙ poterat occidi: quia erat
exbannitus: reperiebatur cancellat[9] de banno. ſꝫ
erat dubium an cancellatio valeret: quia iudex
maleficiorum modicum ſciebat. Conſilium ciui
tatis cōmiſit examinationem illius exceptionis
tantum collaterali: queritur an poſſit interueni-
re procurator coram collaterali. Iaco. bu. diſpu
tauit hanc. q. ⁊ determinauit ꝙ ſic. ⁊ ratio finaliſ
quam ipſe fecit eſt talis. Exceptio que tangit cri
men quandocūqꝫ venit examinanda ſeparatim
a crimine in ea poteſt interuenire procurator: vt
l. i. ⁊.l. preſes. C. ad.l. fal. de plagia. ſed iſta excep
tio venit examinanda ſeparatim a crimine: quia
tantuꝫ de ea cognoſcit collateralis. ergo ⁊c. Ia.
de bel. diſputauit contrarium. ⁊ ratio potiſſima
fuit iſta. Illud quod dicitur ꝙ quando exceptio
que tangit crimen venit examinanda ſeparatim
a crimine poteſt interuenire procurator. eſt ve-
rum quando examinatur ad alium finem q̄ ad
examinationem ⁊ deciſionem criminis. ita loqui
tur.l. i. ⁊.l. preſes. C. ad.l. fal. de plagia. ſed quan
do queſtio examinatur ſeparatiꝫ a crimine tamē
tendit ad excludenduꝫ crimen ſeu tendit ad de-
ciſioneꝫ cris vr̄ vna cauſa ⁊ vnū iudiciū cū crīe ⁊
corā eodē iudice dꝫ examinari: vt.l. arbitro. ⁊.l.
ab arbitro. ſ. q ſatiſ. cog. ⁊. j. a q. app. non lꝫ.l. ſi.
pro hoc. C. de iudi. in autenti. ad hec. ⁊ ita fuit
obtentum ⁊ determinatum: quod ſatis mihi pla
cet ⁊ pro iſta parte multa conſilia venerunt.

a ¶ Quero. ⁊ vid qd dꝫ fa cere talis ex-cuſator. per bar. in.l. qſi-tum. ff. de re iudi. ⁊ bar. ſ adde ang. in diſpu. ſua bo noñ. qdem ⁊ bal. i.l. reos. in pe. col. C. de acc. pau. de liaꝫa. in c. rainutiuſ. de teſta.

b ¶ Sit muli er. in. vij. col. ⁊ not. ino. in c. veniens de accu. ⁊ ang. i .l. exigēdi. in princi. C. de procu.

c ¶ De rato. bal. i.l. exige re. C. ð ꝓcu. in. ṽ. iij. qro hic ⁊c. ⁊ i. xx iij. col. bal. in l. reos. in pe. col. de accu.

d ¶ Excuſatio nes. probabi les no. ꝙ qñ reuſ eſt i vin culis poteſt i qualꝫ cā cria li interuenire ꝓcur. idē vo luit bar. in.l. nō tm̄. de ap pella. ⁊ vide apoſt. ſequ. ⁊ imol. ⁊ mo. i l. cū iniuria. de ap. ⁊ bar. in.l'. reos. in vij. col. C. de accu. ⁊ bart. j. e.l. i. ij. col. in. ṽ. quero.

e ¶ Aduerte q̄dam. Vide bal. in.l. i. i. col. qño ⁊ qñ iu. ⁊ bal. in.l. reos. in. xij. col. ⁊ ſe. ð ac cuſa.

f ¶ Impune occidi. Et ſic in exceptōne bāni. adde q̄ hñtur i apo. in.l. ſuū quo ꝙ. §. publice de procura. bal. in. c. i. §. iiuria. de pa. iur. fir. bar. ⁊ bal. in.l. vbi pactū. C. de trāſac. ⁊ an q̄ libet admit-tatur: vt ali-qs eximatur de bāno ad i pediendū exe cutionē bāni vide bald. in rub. C. ð iur. fiſ. lib. x. ⁊ ad bart. ſ adde bal. i.l. i. i. ij. col. qño ⁊ qñ iu. ⁊ bal. in.l. ꝑemptor. C. ſent. reſcin. nō poſ. ⁊ i.l. reos. in. xiij. col. in. ṽ. iteꝫ qro an pro. cu. cōver. ſe. C. ð accu.

¶Quero gdᵃ ſi ꝑcurator non debuit admitti: ꝛ fuit admiſſus: R̷. hāc.q.format glo.i.l.q̄uis.C. de adul.ꝛ in hac.q.dubito. Ego cōſueui dicere aliaſ.aut ꝑcurator fuit admiſſus ex pte accuſatoris: aut ex pte rei. Si ex pte accuſatoris valet ꝓceſſus.rō q: ps ꝛ iudex pōt remittere accuſatori penā calūnie: ꝛ ſolū pp penā calumnie erat ꝙ deberet admitti ꝑncipalis. Si vō ex pte rei: tūc nō pōt interuenire: niſi poſt cāe ꝯcluſionē: vt.l. q̄uis. Nūc dubito ꝛ forte eſſet melius dcm̄ ꝙ ꝓceſſus nō valeret: q: vna de rōnib⁹ q̄re ꝑcurator accuſatoris non pōt iteruēire eſt q: diligēti⁹ agit qs ſuā cām per ſe q̄ꝑ p alium. eēt eni in detrimentum rei pu. ꝙ pp ꝑcuratoris factū re⁹ abſolueretur. Preterea ꝓ hoc iſte.§.q dicit ad crimē publici iudicij fruſtra ꝛc̄.ꝛ ſic nullo mō poteſt interuenire. ſecus ſi poſſet iteruenire ſi nō repelleretur exceptiōe: qa tūc nō eſſet fruſtra: ꝛ hoc niſi poſt cāe ꝯcluſionē: vt.d.l.q̄uis.ſ̄ hētis alia circa hūc .§.q fuit repetit⁹.ꝑ.d.bar.die.xxij.mēſis octob.

Ex.l.ſequenti.

¶Accuſat⁹ de furto ꝙ non cōmiſit nō infamatur: ꝛ q̄ ſit euidens calumnia.

g **Eneri.** ᵇSnīa iiuſta p̄rē3 ꝓſeq̄ntem necē filij nō infamat.

h.d. ¶No.ꝙ p̄r accuſat de morte filie ſine metu calūnie. ¶Scđo no.ꝙ iniuſta ſnīa ꝑſidis p̄rem nō infamat. ¶Ad ꝑmū no.op.de.l.ſi p̄r.j.de adul. Sol.de euidenti calūnia tenet: vt ibi.alias nō: vt hic. ¶Ultio no.ꝙ accuſatus de furto qđ nō cōmiſit nō infamat. Glo.nr̄a t3 contrariū.ꝛ hic plene: vt in ea notatum hēs: ꝛ vide dcām glo. ¶Quero dicis ꝙ p̄r tenet de euidenti calūnia. q̄ro que dicat euidens calūnia. R̷.illa q̄ apparet ex actis vel legittimis ꝑſumptōib⁹. ꝓbatur in.l.l3.de leg.i.vbi d̄r euidens ꝙ ex ꝑſumptionib⁹ ꝛ ꝯiecturis p3.facit.l.ſiqs locuples.de ma.teſ.ergo ſnīa fuit nulla. Itē induco in ar.ad .q.ſcitis ꝙ ſeru⁹ nō infamat: q: famā non h3: vt l.ſi.j.de va.ꝛ extra.cog. Et mō dic ſiqs accuſat ſuū ꝛ calūnioſe ď publico crīe īfamat: vt hēs: q: hoc ē ſpāle in p̄re.ergo ī cōtrarium eſt ius cōe.

¶De accuſatōibus ꝛ inſcriptionibus. Rica.

¶Continua rubricā ſic. Dictū eſt.ſ̄.de pub.iudi.verū q: publica iudicia exercent ꝑ accuſationes.iō ponit rub.de accuſatiōib⁹. Itē q: in accuſatiōib⁹ ponit inſcriptio.iō ſeqtur de inſcriptōibus.de qbus hētis.j.e.l.libelloꝝ.ꝛ.l.ſi cui.i ꝑn.

n **On eſt permiſſum.**

Quia.l.iſta gloſat ꝑ ſequētem.iō hic nihil dico.ſed dicam in.l.ſeq.

Ex.l.ſequenti.

¶An mulier poſſit accuſare de morte mariti. ꝛ an ſpuria ꝛ naturalis filia admittat ad vindicādū necē parentū. Et q̄liter itelligat ꝯiūcta ꝑſōa.

a ¶Quero qd Cy.in.d.l.q̄uis.poſt Frā.accur.t3 iſtaʒ opi.ꝛ cano.no.i.c.i.de iudi.in.vi.ꝛ tenēt ꝙ ꝓceſſus valeat.ꝛ idē do.de ro.cōclu.ſua.cli.bal.i.l.ſeruū quoq3.§.publice.de ꝑcu.q dicit ꝙ ꝓceſſus fact⁹ anteq̄3 exceptio opponat ſemꝑ ſit validus: ſ3 in quacūq3 parte iudicij repellit procu.ꝓſecutionē cāe. ſicut in exceptōe excōica.q̄ ſemꝑ ī quacūq3 pte iudicij repellit agentē: ſ3 iudiciū ꝑus habitū ratuʒ manet.c.pia ď excep.i.vi.ꝛ vid qđ no.ꝑ bar.i.l.ab ſentis.§.ſi qſ poſt.de ꝯdi.inde.ꝛ dictā opi.Bal.t3 Jo.an.i.d.c.i.poſt innoc. adde qđ no.bal.i.l.ita de mū.C.de ꝑcu.vbi t3 idē v3 ꝙ ꝓceſſuſ valeat q̄3uis ipſe aliter loquat in.l.l3.in.iij.col.C.de ꝑcu.vbi no.etiā dicit ꝙ poſt nega.ꝛ lit.ꝯte.pōt re⁹ opponere ipſi iudici in grenti ꝙ nō pōt ingrere.ꝛ ſic de nullitate inqſitionis oppōere adde bal.i.l.reos.i.viij.col.de accu.ang.vō i.d.l t3 ꝙ iſta exceptio pōt opponi p⁹ li.cōte.niſi crimē eēt liqdatuʒ de quo cum ibi vide.

b g Eneri.ſecūdo nota.inq̄3tū allegauit gl.i.ſi ſemina.C.ad turpil.q̄ ponit q veniunt appellatiōe ſuoꝝ ex materiā ſuitatis.iō dic aut nos loqmur quoad mādatum.ꝛ vt in glo.ſ3 no.ꝑ bar.ſ̄.l.ꝑri.aut noſ loqmur qñ qs vēit ad ďfendendū: ꝛ dic vt in.l.i.ꝛ.ij.ď lib.cā.ꝛ i.l.i.i ſi.cū ſeq.de iniur.aut ꝑncipaliter vēit quiſ agēdo ꝛ appellatiōe ſuorū veniēt oēſ emācipati.l.i.i ſi.cū.l.ſe.ď iniur.ꝛ ibi no.Ang.ex aūt has ꝑſonas ibi enūeratas veniēt oēs vſq3 ad quartū gradū.ꝑ.l.peti.circa medi.C.de aduo.diuer.iu.ꝛ ibi bal.ad dicta oino.vide.iiij.q.ſi.c.i.ꝛ belliſſime in ꝓpoſito ingt Spe.in ti.de aduo.§.obijcit.ꝛ.§.i.de accu.§.iij.v̄.i.ꝛ.ij.ꝛ de reſcrip.ꝑntata.in.§.noie quoꝝ ipetrantis.ꝛ ibi etiā ponit q admittant ad impetrandū reſcriptū abſq3 ſpāli mandato: quos enūerat etiā Ang.i.d.l.i.in ſi.de iniur.ite3 vide que hēntur in.l.ij.in ſi.de accu.ꝛ in.l.i.C.ſi rector ꝓuin.ꝛ do.Ant.in.c.de cetero.de teſti.ꝛ ad glo.in.d.l.ſi facta.vide guil.poſt glo.ſ̄.de in ius vo.in.l.iij.§.pentes.vide etiā late bal.in.l.i.in.xxj.col.C.qui accu.

De accuſationib⁹ꝛ inſcriptionibus. Rub.

c Ertis accuſare. Et ad materiam quis poſſit accuſare: an adulatoreſ ꝛ facilis litigator poſſit accuſare.ꝛ videtur caſus ꝙ ſic in.c.ſimiliter.in v̄.litigabūt.iij.q.v.gd de inimico.vide Ang.ꝛ Imo.in.l.is q reuſ.ſ̄.ti.i.in pe.char.ꝛ glo.ꝛ Bal.in rub.C.de accu.ad idem vide ro.in ſin.xxxvij.ꝛ accuſatio dicit illaudabilis.ij.q.vij.ſiqs.de quo vide no.in.c.i.i glo.i.ij.q.vi.vbi accuſatores appellāt emuli.ꝛ.d.c.ſiqs.allegat Ab.moder.in.c.ex parte.in ſi.extra eodem.

c **Ertis.** Nota hanc notabilem.l. No.bene] tex.ibi veluti ſi morte ꝛc̄. ¶Op.d̄r hic ꝙ mulier nō pōt accuſareᶜ: niſi ī iſtis crib⁹. Cōtra i.l.in qōnib⁹.j.ad.l.iul.maie. So.ꝙ hic d̄r ꝙ mulier nō p̄t accuſare.fallit ī caſib⁹ hic poſitis. Itē fallit ī alijs caſib⁹ pp īmanitatē crinis q cāus ponunt ī gl.ꝑ ordinē quā vide. Itē d̄r hic ď teſtō p̄ri liberti.ſed gd ad ꝓpoſitū.nōne ď quoꝝ teſtō pōt mulier accuſare: vt.ſ̄.ꝑri.ergo ad qd fuit poſit⁹ iſte verſ. So.hic alia rō videbat īpedire mulierē: q: ꝯtra eū cogi iuita nō poterat dicere teſtimoniū .ergo eodē mō videbat ꝙ nō poſſet accuſare ꝙ hic remouet. Hec rō nō eſt bōa.ſi.n.nō pōt dicere teſtimoniū.ergo magis v̄r admitti ad accuſandū: vt in ꝑn.hui⁹.l. Quare dic ſm̄ Jac.de are.ꝙ hic ſenatuſcōſultū nō fuit neceſſariū: q: nō ſolū pōt accuſare ex hoc ſenatuſcōſulto: ſ3 ēt ex ꝑn.l.de iure cōi ex ꝑcedēti regula. ¶Quero vtrūᵈ mulier poſſit accuſare de morte mariti. R̷.ꝙ ſic.na3 de morte ſoceri pōt: vt in ꝑn.huius.l.ꝯiūcta.l.lege iul.ſ̄.ď teſti.ergo multo magis de morte viri: q: eſt ꝓpingor: vt.d.l.iul. Itē vos videtis hic.ꝛ.ſ̄.l.ꝑri.ꝙ ſiqs ꝓſeq̄ret ſuā vel ſuoꝝ iniuriā pōt accuſare.ꝛ tex.dicit ď liberis ꝛ pentib⁹. ¶Quero gdᵉ de filia naturali: vel ſpuria.vtrū admittat ad vindicandū necē pentū. Breuiter hāc.q.tangit Inno.in.c.nōnulli.ex̄ de reſcrip.circa ſi.ꝛ ibi ſinaliter ſe nō ſirmat. Ego dico ꝙ filia vel p̄r naturalis: vel m̄r naturalis admittit.ar.l.iij.ſ̄.de lib.cā.vbi v̄r tex.ſed de ſpurijs pōt dubitari: qa filij ſpurij nō ſunt noīandi: vt in auc̄.ex ꝯplexu.C.ď īce.nu.ꝛ in corpe vn̄ ſumit. Ite3 dubito de filio ſacerdotis: vel monachi: q: illi ſunt nefarij: ꝛ nō pn̄t demonſtrare p̄rem: vt.l.vulgo.ꝛ qđ ibi not.ſ̄.ď ſta.ho. Finaliter ego credo oēs iſtos admittēdos tanq̄ꝑ idoneiores q̄ſi ꝓpēſiore dolore ad hoc accedat.ar.l.ij.ī ſi.j.de adul. Pro hoc ego video ꝙ ad m̄rimoniū iſti tales naturales ꝛ ſpurij dicunt ꝯſanguinei ꝛ affines: vt no.i.l.nō facile.§.affines.ſ̄.ď gradi. Preterea.ll.loq̄ntes de hac materia loquunt quodā vocabulo naturali .ſ.pentū ꝛ liberoꝝ: vt hic.ſ3 qñ.l.iſtis vocabulis vtit nō attēdim⁹ diſpoſitiō3 iuris ciuilis: vt.l.tutelas.ſ̄.de cap.di. Preterea iure naturali oēs liberi ꝛ legitimi naſcebant: vt ī auc̄.q.mo.na.effi.ſui.§.l3.cū ergo.l.vtat vocabulo naturali: vt hic p3.ꝛ.l.tutellas.ergo ꝛ tales liberi admittēt.ar.ꝑdictoꝝ iuriū. ¶Scđo q̄ro quid in alijs crimibuſ non mortis vtꝝ poſſit accuſare de publico crine cōmiſſo in p̄re: vel ſimiles ꝑſonas.hic eni nō loquit: niſi de morte ꝛ de teſtō.certe puto ꝙ idem ar.l.i.ꝛ.l.ſeq.ſ̄.de lib.cau.ꝯiuncta.l.lege iuli.ſ̄.de iniur. ¶Quero cū dicat in.l.ſed ꝛ hec.ſ̄.de ꝑcu.ꝙ ꝯiūcta ꝑſona admittat ꝓ ꝯiūcta ad agēdū ſine mādato q̄liter itelliget ꝯiuncta ꝑſonaᶠ.

d ¶Quero vtrū.ꝑ bal.i rub.C.q accu.ꝛ ibi dixi ꝛ Cy.ꝛ bal.i l.de crine.c.ti.ꝛ qñ qſ admittat ad vindicandā ſuoruʒ iniuriam adde glo.in.c.i.§.hoc āt qui ſeu.dapoſ.

e ¶Quero gd adđ bar.in.l.cū ſcim⁹ de agri.ꝛ cē.ſi.li.xi.ꝛ bar.ꝑ illū tex.i.l.hos accuſare.§.oib⁹.in vi.col.j.c.ꝛ imol.in.l.ex facto.§.ſiqs rogatus.ad tre.ꝛ facit ſi ſtatutū dicit ꝙ pēa remittitur ſi offenſus hūit pacē a filijs offenſi vtrū filius ſpurius poſſit facere pacē.ꝯcluditur ꝙ naturaliſ pōt: ſpurius nō.ꝛ q: ius vindicādi mortē defūcti ſpectat ad heredes.l.i.ꝛ.ij.C.de his q.vt idi.ſed tales nō pn̄t eē heredes.ergo ꝛc̄ ꝛ vide cy.ꝛ bal.i.l.qſq.C.ad.l.iuli.maieſt.ꝛ ad bart.ſ̄ adde bal.in.l.i.in xxij.col.C.q accu.in v̄.q ad ſcđ3.vide bal.i.l.id qđ paupib⁹.i.x.col.de epi.ꝛ cle.ꝛ in.l.negāda.ad ſi.C.q accu.

f ¶Cōiuncta ꝑſona.q̄ dicat ꝯiuncta ꝑſona.imol.in.c.michael de ſi.ꝑſby.i.c.nōnulli.ď reſcrip.ꝙ ſilius ſpurius non pōt ſine mādato expiri: q: nō dicit ꝯiuncta ꝑſona.ꝛ ad ea q̄ no.bar.ſ̄.vide oīno Inno.i.d.c.nōnulli.ꝛ ang.in.l.i.ꝛ.ij.C.de lib.cā.ꝛ qđ no.Spe.in ti.de aduo.§.obijcitur.ꝛ.§.i.ꝛ ī ti.de accu.§.i.ꝛ ī ti.de accuſa.§.iij.ver.i.ꝛ.ij.vide.l.cui corū.§.affinita.de poſtu.ꝛ ibi Bar.ꝛ Imo.in.l.ex facto.§.ſiqs rogatus.ad treb.Bar.ꝛ Bal.in.l.cū alienā.C.de leg.bal.in.l.pe.§.egredientes.de aduo.diuer.iudi.ꝛ in.l.i.in ſi.ff.de poſtul.ꝛ in.l.i.ꝛ.iij.ď iudi.imol.Bal.in.l.i.C.q accu.ꝛ aduerte: q: ꝯiuncta ꝑſona in linea trāſuerſali non dicit vltra.iiij.gradū.tex.ē i.l.pe.§.quartū gradū.ď aduo.diuer.iu.q āt dicāt primiores ꝯſanguiei: recurre ad bar.i.l.ſi terti⁹.ď aqua plu.ar.ꝛ bal.i.l.exigēdi.ad ſi.C.ď pc.bal.i.l.ſi.§.ſi.C.ď fur.ꝛ ꝙ ſpuri⁹ ñ admittat ſine mādato.voluit bal.in.l.id qđ paupib⁹.in.x.col.de epi.ꝛ cle.Bal.in.l.cū acutiſſimi.C.de fideicō.imo.in.d.l.ex facto.§.ſiqs rogatus.ꝛ que dicantur

XXXX

neceſſarie pſone habeẽ in.l.i.⁊.ij.§.de in ius vo.vt eãt.⁊ in.l.benignius de lib.cã.vide bar.in.l.lex cornel.in pñ.ff.de iniur.⁊ in.l.cum ſcimus.de agri.⁊ cenſi.li.xi.ADDE ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ ↄiunctis uſqȝ ad quartũ gradum:⁊ illis de domo.permittatur vindicta ꝙ ſpurius poterit vindictã ſumere: vt voluit bal.conſi.cxix.v.lib.

itelligeẽ ne ſm iſtã.l.certe ſatis vr̃ facere ad hoc qd no.in.l.ſi femina.ᵃC.ad turpil.tñ Innoc.videtur dicere ꝙ cõiuncta pſona intelligatur vſqȝ ad illũ gradũ quo põt ſuccedere.ita no.ipe i. d. c.nõnulli.de reſcrip.⁊ forte tenetur.

Ex.§.ſequenti.

¶ An adultus ſine curatore poſſit accuſare occiſſores pr̃is:ibi.Querit.Et qñ tutor accuſat cuius noie accuſet: ibi. Ex.Et an tutor cũ accuſat tanq̃ tutor ⁊ ↄſanguineus defuncti hñ accuſet: ibi.Quero.Et an ſindicus ꝓ vniuerſitate poſſit accuſare.vide in fi.

**Pupillus.** Uides ꝙ pupilli pñt accuſare de morte pr̃is cũ conſilio tutoꝝ:vt hic videtis.¶ Op.ꝙ non pupillus accuſet ſed tutor:vt.l.ij.C.q accu.nõ poſ. Glo.dat plures ſolu.ſed illa eſt ṽa.aut pupillus eſt maior infante:⁊ põt accuſare cuȝ auctoritate tutoris.alias tutor accuſat.¶ Querit glo.qd de adultoᵇ.certe dicũt qdam ꝙ adultus poterit accuſare cũ non ꝓhibeatur niſi pupillus. Sed cõtra hoc facit.l.in teſtimoniũ.§.de teſti. vbi mior xx.ãnis ad teſtimoniũ nõ admittitur in crĩe publici iudicij. Hug.hic fateẽ ꝙ non admittaẽ :niſi ſit.xx.annoꝝ.hoc tȝ Ja.de ra.⁊ Pe.vt refert Cy.in.l.ij.C.qui accu.nõ poſ.⁊ Ja.but.⁊ oẽs.⁊ Spe.in ti.de accu.ver.qd de accuſa. ¶ Quero hic ꝑmittit exeq de morte aui ⁊ de teſtõ pr̃is.qd ergo de teſtõ aui ⁊ de morte pr̃is.dicit glo.ideȝ ⁊ multo magis.¶ Extra glo.q̃ro dr̃ hic ꝙ tutor accuſat:q̃ro quãdo tutor accuſat cuius noie accuſat:Tex.in.l.ij.C.q accu.non poſ.videẽ dicere ꝙ accuſat ſuo noie non noie pupilli. cõtrariũ videẽ in.l.polla.C.de his qui.ut indi. vbi videẽ dicere ꝙ accuſat noie pupilli. ſed glo.in.d.l.exponit ꝙ accuſet noie pupilli.i.noie ſuo ad vtilitateȝ pupilli. Ego dico ꝙ tutor põt accuſare tutorio noie pupilli.cãus eſt in.l.polla.⁊.l.tutorẽ. Non ob.d.l.ij.qa fateor ꝙ inſcribit ſe noie ſuo: tamen noie pupilli accuſat.ſimile ꝙ vnꝰ accuſat alter ſe inſcribit:vt.l.vl.C.de iniur.Et iſtaȝ opi.tȝ Ric.mal. qd puto veꝝ d iuꝛ.Quid ergo faciet aduocatꝰ cautꝰ qñ tutor accuſat.R̷.dicet talis tutor accuſat:ſi dicet tutorio noie.⁊ ex hoc ſuabiẽ vtraqȝ opi.Si.n.dȝ accuſare tutorio noie ex hoc ꝙ dic̃ tutor itelligiẽ tutorio noie:vt.l. cũ pꝰ.§.i. §.d admi.tu.⁊.l.ſi poſt mortẽ. in pñ.§.qñ ex fac.tu.Sed ſi non poſſet accuſare tutorio noie intelligeretur ꝓprio noie:prout põt.¶ Quero qd ſi tutor accuſat tanq̃ tutor pupilloꝝ:⁊ tanq̃ conſanguineꝰ talis defuncti:an admitteẽ talis accuſatio. Certe ſic:q: ex utraqȝ parte põt accuſare: ſed ad petitioneȝ cõuenti teneẽ eligere quo iure accuſat:qa itereſt cõuenti:quia ſi tanq̃ tutor accuſat non teneẽ niſi de euidenti calũnia:vt.l.tutorem:⁊.l polla.prealleg.ſed ſi accuſat tanq̃ cõſanguineus teneẽ de calũnia ſicut qlibȝ ex̃neus. ideo cũ intereſt ↄuenti debet eligere:vt.l.ſi duobus.§.de ſolu.facit.l.quotiẽs.in pñ.⁊ quod ibi no.§.de admi.tuto.¶ Ultimo q̃ro vtruȝ ſindicuſᶜ pro vniuerſitate poſſit accuſare Dy. conſuluit hanc.q.⁊ determinauit ꝙ ſindicus pro vniuerſitate non põt accuſare ſindicario noie:ſicut nec tutor tutorio noie.naȝ eqparanẽ ſindicus ⁊ actor:vt.l.i.§.qbꝰ.§.qd cuiuſqȝ vniuer.no. Itẽ equiparaẽ actor ⁊ ꝓcurator:ut.l.item coꝝ.§.ac

ᵃ¶.l.ſi femina.q̃ ponit q veniãt appellatiõe ſuorũ ex materiam ſuitatiſ.ideo aut nos loqmur quo ad accuſandum ⁊ dic.vt i.d.glo.ſcdȝ no.ꝑ bar.hic.§.pxi.aut nos loqmur quã do qs venit ad defendendũ.⁊ dic :vt in.l.i.⁊.ij.de li.cau.⁊ in.l.i.in fi.cũ ſe.§.d iniu.aut ꝑncipaſr venit qs agendo ⁊ appellatiõe ſuoꝝ veniunt oẽs enumerati in.l.i.i fi.cũ ſe.ff.de poſtul.⁊ ibi ang.no.⁊ ex illas pſonas ibi enumeratas veniunt oẽs vſqȝ ad quartũ graduȝ.p.l.petit.circa me.C.de aduo.diuer.iu.⁊ ibi bal.ad ꝑdicta .vide oio.c.i.iiij.q fi.⁊ no.ſpec.d aduo.§.obijcitur .⁊.§.i.de accu.§.iij.ver.i.⁊.ij de reſcrip.ꝑſen.§.ratiõe qualibet impetrãtis.vbi etiã admittãtur ad ipetrãdũ reſcriptũ pro alio ſine ſpãli mandato quos enumerauit etiã ang. i.d.l.i.i fi.Iteȝ vide ꝙ hetur i.l.ij.in fi.de accu.⁊ i.l.i.C.ſi rector ꝓuici.⁊ do.ant.i.c.de cetero de teſti.⁊ ad glo.in.d.l.ſi femina.vide guil.⁊ bart.i.l.i.poſt glo.§.in ius vo.vt cant.late per bal. in.l.i.C.q accu.in.xxi.col.

ᵇ¶.§.pupillus.q de adulto. vtrum adultꝰ poſſit accuſare.adde no.ꝑ barto.i.l.d pub.in pñ.de op.no.nũ. guil.de ſu. in.l.i.

C.de ꝓci.impe.off. Bal.in rub.C.q accu.i.iij.col.⁊ i.l.ij.e.ti.bar.in.l.qa.accu.j.eo.an aũt accuſatio facta ab iſtis pſonis ĩhabilibꝰ ſit ipſo iure nulla.vide bar.in.l.i.§.accu.j.ad turpil.ADDE Jo.an.in ti.de accuſatore.§.i.v.ſed qd de pubere.⁊ ibi vide rõnem diuerſitatis quare minor etas ſufficit in accuſando q̃ȝ in teſtimoniũ ꝓhibendo.

tor itaqȝ.e.ti.ſed per procuratorẽ nõ põt qs accuſare:vt.§.ti.i.l.pe.§.ad crimen.ergo ⁊c̃. Breuiter quãtum ad ꝓpoſitum puto ꝙ ſindicꝰ poſſit accuſare noie vniuerſitatis:ſicut tutor nomĩe pupilli:vt.§.dixi.ar.ad hoc.l.orphanotrophos .C.de epi.⁊ cle.ꝑ hoc ẽt facit.l. tam collatores. C.de re mili.li.xij.ſed illa.l.loqtur magis in ſindico vniuerſitatis accuſate q̃ accuſantis.

Ex.l.ſequenti.

¶ An in accuſatõe debeãt inſcribi ãni dñi ⁊ imꝑatoris nomẽ:ibi.Quero.Et an in accuſatione debeat poni locꝰ loci:ibi.Quero ex.Et qd ſi ſũt duo caſtra eiuſdem nois:an debeat expreſſo nomine demõſtrari:ibi.Scdo.Et q̃liter dbeat certificari locus :ibi. Quero. Et quid ſi aliqs fuit vulneratꝰ in vno loco in alio eſt mortuꝰ qs locuſ debeat inſeri:ibi.Sed q̃ro. Et qd ſi exiſtens in vno loco ꝑcutiat cũ baliſta exiſtẽtem in alio loco qs locus inſpicietur:ibi. Ulterius. Et qs locus cõſinabitur:cũ aliqs mittit gentem ad vicinã ciuitatem cõtra ſtatutũ ſue ciuitatis:ibi. Item.Et cũ volo accuſare aliquẽ q: aliquã ciuitateȝ occupauit.quẽ locũ debeo apponere in accuſatione: ibi.Quero.Et an ſit veꝝ ꝙ mẽſis nõ dies debeat inſeri:ibi.Circa tp̃us.Et ſi qs de die fugauit aliquẽ:⁊ illũ pſecutus eſt vſqȝ ad ſonũ campane ⁊ vulnerauit quis locꝰ debeat inſeri:ibi. Sed q̃ro. Et qd ſi aliqs fuit vulneratꝰ ante natiuitatẽ ⁊ accuſator poſt natiuitatẽ.⁊ diciẽ de hoc anno de mẽſe decẽbris:an ꝓcedat accuſatio:ibi.Quero aliqs.Et an cũ aliquis per annũ tenuerit aliquã ciuitatatẽ occupatã debeat poni mẽſis: ibi. Sȝ pone.Qualiter aũt circa pſonam debeat formari accuſatio.vide in fi.

ᵈ **Ibellorum.** Uidiſtis d materia qui accuſare nõ poſſunt.hic incipit de materia accuſationis. ¶ Op.de duobꝰ modis.⁊ videẽ ꝙ debeat inſeri dies ⁊ hora:vt.l.aut q aliter.§.i.§. quod vi aut clam.Glo.nõ ſoluit:vt ibi. ¶ Secũdo oppo.ꝙ perſona nõ ſit inſerenda:vt.l.iij. in pñ.j.de appel.Glo.non ſoluit.tu dic ꝙ ideo nõ debet inſeri pſona:q: ex actis prime cauſe apparet pſona cũ qua lis eſt mota.hic vero nõ apparet pſona que accuſatur:niſi in libello apponatur. ¶ Quero vtrũ debeant ſcribi ãni domini ⁊ nomẽ impatoris.Glo.videẽ velle ꝙ ſic:vt hic ⁊ no.in.l.i.cauſis.C.eo.ar.in auc̃.vt prepo.no. ĩpera.in pñ.Ueritas eſt ꝙ tex.hic hoc non decidit:nec vtimur iſta ſolẽnitate : ſed ãni dñi ⁊ nomen impatoris:ſcriptũ eſt in ꝑncipio q̃terni notarij videntur hic repetita:non tamẽ vtimur illa ſolennitate. Diciẽ hic cõſul.q̃ro de quo conſule hic loquaẽ:Rñdeo dicunt qdam de cõſule apõ quem accuſatio produciẽ.hoc eſt falſum:vt apparet ex tex.vbi accuſatio ꝓducitur corã pretore:vel ꝑſide:⁊ tamẽ nomẽ conſulis apponebatur:quare dic ꝙ hic loqtur de conſulibꝰ populi romani:q hodie non ſunt in vſu:⁊ ita dicit glo. ¶ Quero de qua die hic loquaẽ:Rñdeo de die dati libelli:non de die cõmiſſi criminis.nam ille non debet inſeriꝰ:vt hac.l.ſed dies dati libelli in criminalibꝰ debet inſeri ab accuſatore in ciuili a reo:vt in auc̃.de exhi.re.§.ſuſcepto.tamẽ iſta ſolennitate nõ vtimur:ſed notarius ipſe ſcribit diem in qua accuſatio porrigitur:⁊ illud ſufficit.

ᶜ¶ Utrũ ſindicus. adde bar.in ex̃ua.ad repri.i v.vel legitime ⁊ vide glo.i l.ſed ⁊ ſi hac d in ius vo.⁊ bal.i.l. polla.d his qui.vt indi.⁊ i.l.ij.C.q accu.⁊ in.l.ſeruuȝ quoqȝ.§.puplice.de procu.⁊ in.l. reos.C.de accuſa.⁊ qualiter rñdebit i terrogatoris neceſſarijſ no.in.c.preſentium.de teſti.in. vi.⁊ ang.⁊ imol.in.l.pe.§.ad crimẽ.de publi.iu.in.xi.char. ADDE qũo cõuenienda ſit vniuerſitas ſi delinqt ange.ↄſi.clxv. Jo.an.in addi.ad ſpec.in ti.de accuſatore.§.i.ṽſi.itẽ duoſ. vbi tȝ.⁊ ita dicit ꝑ quã pluref fuiſſe ↄſultũ ꝙ ſindicus ſi põt noie vniuerſitatis accuſare ſȝ nomine ſuo ad vniuerſitatiſ comodum.

ᵈ l Ibelloꝝ nõ dȝ inſeri.Si tamẽ fuerit inſertus dȝ ꝓbari:vt no. maxime bal.i.l.i.C.q accu.cum tp̃s appoſitũ ſit de ſubſtãtia probatiõis.l.ob carmẽ.§.de teſti.qd itelligẽ verũ: niſi dixerit i fine accuſationis ꝙ nõ intẽdit ſe aſtrigere: niſi ad ea q̃ ſufficiũt ad victoriaȝ cãe:vt not.ange.in.l. in cãis.C.d accu.ꝑ.l.diuꝰ.de re iudi.⁊ l.ꝑtor.§.doctum vi bo.rap.

¶ Quero ex glo.hic dicit ꝙ ponitur locus tp̃us ex pſona.pmo ergo quero vtrũ in accuſatiõe dʒ apponi locus[a] loci:vt in tali domo:⁊ i tali camera:an ſufficeret ſoluʒ dicere in tali loco. videt ꝙ ſufficiat dicere in tali domo:q: aliud eſt dom⁹:⁊ aliud eſt camera:vt.l.i.§.eo.ãt tecto.ſ.ad ſille. ⁊ tñ hic non dicit niſi de domo. Breuiter dico ſi qñqʒ factum de quo qs accuſatur eſt vniformiter punibile in q̃cunqʒ parte loci crimẽ fiat:tunc ſufficit ponere domuʒ:nec habem⁹ ponere locũ loci:vt hic.ſed ſi non eſſet punibile vniformiter Vbi gratia.poteſt homo ingredi palatiuʒ ciuitatis in aula inferiori:ſed in ſuperiori non ſine pena:tũc ſiqs vellet accuſare me de introitu palatij dʒ dicere ꝙ intraui in ſuperiorẽ aulaʒ. ⁊ ſic dʒ ponere locũ loci:vt concludat. ar.l.de pupillo. §.q nunciat.ſ.de ope.no.nunc. ¶ Secũdo q̃ro hic dicitur ciuitas:qd ſi ſunt duo caſtra:vel due ciuitates eiuſdem nois[b] vtrũ debeat expreſſo nomine demonſtrari. Breuiter dico ſic.ſiqdeʒ vna tñ ciuitas ptinet ad iuriſditionẽ iudicis coram quo fit accuſatio:⁊ intelliget de illa ciuitate caſtro:vel villa que ad eius iuriſditõeʒ ptinet.hoc probat in.l.q cõditio.§.fi.ſ.de cõdi.⁊ demon. Sed ſi ambo caſtra: vel ciuitates equaliter ſpectant ad iuriſditionẽ illius iudicis. Vbi gratia.in ducatu ſunt duo caſtra:⁊ quodlibet vocat gualduʒ:⁊ in iſta ciuitate ſunt plures ville eiuſdẽ nominis:ſed diuerſificant per agnomen:tũc dʒ declarari ⁊ certificari:ita ꝙ certus ſit libellus de q̃ villa:vel ciuitate ſentiat.alias libellus nõ valʒ tã q̃ incert⁹ ⁊ obſcurus:vt.l.ita fidei.circa fi.j.de iure fiſ.lʒ faciat in cõtrariũ.l.que cõditio.§.i.ſ.de condi.⁊ de.ſo.vt ibi .facit.c.fi.extra de reſcrip. ¶ Quero dixi ꝙ dʒ inſeri locus.q̃ro qualiter[c] dʒ certificari.cõiter aduocati dicũt ꝙ dʒ poni locus maleficij cert⁹ ponendo duo cõfinia:vt.l. forma .j.de cenſi.qđ puto verũ niſi ille locus ſua demõſtratione eſt ita cert⁹ ꝙ alia demonſtratiõe non idiget ſi dico in palatio ptãtis:vel capitanei:vel in eccleſia.naʒ tũc non eget alia demonſtratiõe: vt.l.i.circa fi.ſ.de do.ple.ad idem.l.q fundũ.in fi.de cõtra.emp. ¶ Sʒ q̃ro aliquis percuſſit ticiũ in platea qui poſtea morit in alio loco accuſatur de homicidio.quero qs locus[d] debeat inſeri: R. locus percuſſionis:nõ loc⁹ vbi moritur:q: ibi videtur interfect⁹ vbi eſt pcuſſus:ut.l.ait lex.ſ.ad le.acql.⁊.l.i.§.ex incẽdio.ſ.de incen.rui.nau.⁊ ex hoc ſtatim ſeqtur ad multa.nam ſi maior pena imponit in platea q̃ alibi.certe locus vbi qs percutitur inſpicit non loc⁹ vbi moritur. ¶ Ulterius q̃ro[e] qd ſi aliqs exiſtens in platea cũ baliſta pcuſſit aliquem ex plateam qs locus inſpicietur Pe.in ſimili.C.vbi de poſ.agi opor.l.i.videtur tenere ꝙ debeam⁹ inſpicere locũ vbi erat percutiens.ar.d.l.ait lex.ſ.ad le.acql. Certe mihi nõ videt hoc eſſe verũ.naʒ in homicidio inſpicim⁹ locũ vbi quis pcutitur:q: ex actu percutiendi qs punitur:ex quo ſeqtur poſtea mors. Dicit eniʒ homicidium a cede ſeu a cedendo:vt.l. ita vulneratus.ſ.ad legẽ acquil.ideo inſpicitur loc⁹ vbi quis percutitur.ſed in q̃ſtione propoſita debemus aduertere ad verba ſtatuti. Aut enim ſtatutum punit ſagittantẽ:vt ſi quis ſagittauerit contra aliquem puniatur in tantum:tunc eſt verum Pe.quia actus ſagittãdi fuit factus in loco vbi erat pcutiẽs.ſ.in platea.ideo ille locus inſpicit. Si vero ſtatutum punit percutiẽtem: quia dicit ſiquis percuſſerit puniat in tantũ:tũc actus percutiendi fit extra plateã:licet ſagittatio fiat i platea.percutere enim eſt tangere cutem que fit extra plateam:ideo ille actus inſpicitur:⁊ ille loc⁹ vbi quis percutitur punit.ideo ille locus debet inſpici.puto tamẽ ꝙ de cautella fit ꝙ vtroqʒ caſu uterqʒ locus inſerat. ¶ Item quero dicit ſtatutum huius ciuitatis.ſiquis miſerit gentem cõtra aliquã terram vicinam puniat in tantũ. accuſatio fit contra mittentẽ gentem qs locus confinabitur.ſi confinabim⁹ locuʒ vnde mittitur eẽt nimis durum.ſi confinabitur locus per quẽ iuit gens adhuc eſſet durũ:quia forte iuit gens per plura loca.ſi cõfinabimus locũ ad quem iuit forte non eſt loc⁹ delicti:veritas eſt ꝙ locus ad quẽ mittitur confinari debet:quia in iſtis que habẽt cauſam ſucceſſiuam tẽpus ⁊ loc⁹ perfecti delicti debet inſpici:ut.l.ſemp.§.annus.ſ.quod vi aut clam. ¶ Quero uolo[f] accuſare aliquem qa occupauit aliquã ciuitatem quomodo formabit accuſatio:ita ꝙ procedat cũ debeat inſeri ciuitas ⁊ domus: Reſpõdeo quãdo maleficiuʒ reſpicit vniformiter totã ciuitatem:nõ puto ꝙ ſit neceſſe q̃ demonſtret locus particularis ciuitatis.ar. l.de pupillo.§.qui nunciat.ſ.de ope.no. nunci. Predicta in maleficijs que cõmittunt in faciendo.Sed quid in maleficijs que comittunt negligẽdo ſeu omittẽdo qualiter ponetur loc⁹. Ego reperi Dy.dicentem in vno cõſilio ꝙ in alijs maleficijs negatiuis non debet apponi locus ⁊ nihil allegat. Breuiter puto ſic dicẽdum[g] negationes ſeu puationes nõ cognoſcũtur niſi reſpectu habitus:vt.l.ſi decem.de ſolu.⁊.l.decẽ. de uer. ob.⁊.ſ.de iu.⁊ iu.l.mãumiſſiones.aut ergo illđ quod eſt omiſſum ſeu neglectũ debebat fieri certo loco:vt ſindicus ciuitatis debebat denũciare maleficia in curia poteſtatis ⁊ malefactores ibi preſentare:vel aliquis debebat fecere cuſtodiaʒ in tali loco ⁊ non fecit: tunc debet inſeri locus: vbi debebat fieri:quia eſt ibi omiſſum ⁊ neglectum:vbi debebat fieri ⁊ non alibi . argumẽ. ad hoc.j.de re mili.l.deſertorem.§.quis ſtationis. ⁊.§.ſequenti. Si vero illud quod debebat fieri non habebat locum determinatum:tunc nõ debet inſeri locus:quia non eſt. Nec obſtat.l .iſta: quia vt videbitis ſtatim.j.eadẽ.l.verſi.ſed ſi aliud. Iſtud quod dicitur de loco ⁊ menſe ⁊ ſimilibus intelligitur in adulterio ⁊ maleficio ſimili ſiue poſitiuo. ſecus in diſſimili : vt ibi videbitis. Et hec ſufficiant circa locum. ¶ Circa tem

a ¶ Apponi locus.vtrũ locus debet põni.adde Bar.in.l.de pupillo.§.q opus.de oper.no.nũcia.Quid aũt ſiqs cõmiſerit maleficium in mari:qs locus confinabit.vide Bal.in.l.ſi teſtamentũ.C.de his q.vt indi.⁊ quid ſiqs preſtitit opem:vel auxilium qs locus cõfinabitur.vide Bar.in.l.in furti.ſ.de fur.⁊ vide ad hic dicta que habes poſt Bar.in.l.qđ ait lex.§.i.j.de adul. Quid in mãdante qs locus ⁊ dicas. vide in.l.nõ ſolum.§.ſi emancipato.de iniur.adde ꝙ ſi accuſatur teſtis d falſo debet poni loc⁹ iuramẽti non depoſitiõis.ſm bal.in.l.i.ad fi.C.de ſac.ſan.eccl. Item in crimine falſi pceditur licet locus nõ ponatur:clamdeſtine committit:vt nota.inſti.d publi.iudi.in pn.⁊ alibi nõ reperitur ſʒ Bal.in.c.i.circa fi.qui.mo.fe.amit.⁊ quãdo teſtis cõmittit falſum tacẽdo veritateʒ qs locus debet poni i libello. vide bal.in.l.preſbyteri.C.de epi.⁊ cler.⁊ bal.in.l.illa iſtitutio. de heredi.inſtitu.⁊ in.l.ij.d epi.⁊ cler.et qd ſi maleficium eſt cõmiſſuʒ in cõfinibus duaruʒ ciuitatũ. vide Dy.et Bal.i.l.fine.§.i.de lib.agno.⁊ per Bal.in.l.ij.C.vbi de crimi.agi opor.p do.anto.i.c.ſi.in prin.d fo.compe.⁊ bar.in.l.iuriſperitoſ.§.cũ oſtẽdim⁹.de excu.tu.⁊ ad materiam vid bal.periſtuʒ sex.⁊ glo.in.l.i.C.vbi d cri.agi opor.⁊ i conſi.incipi.in puncto p.ponitur ꝙ ticius accuſauit ſeiuʒ ⁊c. bal.i.l.actor in vltima colũna.C.de pba.bal.i.l.nullũ.C.de teſti.an inqſi.reqrat locus ⁊ tẽpus. vide bal.in.l.iubemus.in.ij.col.C.de pba. ADDE Alex.cõſi.cli.⁊.clxxij.ij.volu. vbi q̃ ſit ponẽda in libello in crĩnali per Ro.cõſi.lx. vbi dicit ꝙ in mandato dato ad accuſandũ neceſſe eſt ponere diem ⁊ locũ cõmiſſi delicti.

b ¶ Eiuſdeʒ nominis.Quid ſi ſint duo loca eiuſdẽ nois:an vicietur.adde Bar.in.l.quotiẽs.j.de ver.ob.⁊ iſta faciũt ad.q.de citatõe facta de vno cum duo ſint eiuſdem nois.de quo per Bal.in.l.cũ quem temere.ſ.de iudi.⁊ cũ Bar.hic tranſit Ang.in.l.ſi in rem.ſ.de rei vẽ.vide Bar.in.l.ita fidei de iure fiſ.⁊ in.d.l.q̃ cõditio.§.fi.vbi aliter videt loqui.

c ¶ Quero qualiter.adde bar.in.l.demonſtratio.⁊ ibi de cõdi.⁊ demon. adde.l.cũ pater.§.fi.de leg.ij.⁊ ibi p Imo.⁊ vide in.l.i. de lib.⁊ poſthu. aretinus refert in ſuo tractatu maleficiorũ cõtrariũ fuiſſe in facto terminatuʒ hic bononie.dũ ibi eſſet.

d ¶ Quis locus.vide cy.in.l.quid de crimine.l.C.de accuſationi.

e ¶ Ulterius quero. Qñ quis ſagittauit aliquem cum baliſta quis loc⁹ inſpiciatur. p Cy.⁊ Bal.i.l.i.C.vbi d cri.agi oporte.p do.Anto.in.c.ſi.de fo.cõpe.adde que dixi i.l.ait lex.j.d adul. Bal.i.l.ſiquis nõ dicã rapere.de epi.⁊ cle.in.vi.col.vide Io.an.in ſpecu.de inquiſitio.§.nunc tractemus.in pn.quid ſi aliqs rapuit puellam in vno territorio et eam cognouit i alio.baldus in.d.l.ſi quis non dicam rapere.in prin.C.d epi.⁊ cleri.⁊ quid ſit i cõgregante gẽtes i vno territorio ⁊ in alio deſtruit eccleſiaʒ.viđ bal.i.l.ij.C.de eunuchis. ADDE an maleficium inceptum in vno loco ⁊ finitum i alio poſſit i vtro q̃ loco puniri bal.cõſilio ccxi.iiij.lib. de his qui.vt indig.⁊ in.l.actor.in ſexta colum.C.de probatio.⁊ in.l.pſbyteri.C.de epiſco.⁊ cleri.

f ¶ Quero volo.vtrum in delictis negatiuis reqratur locus ꝙ ſic.viđ gl.in.l.ſi mora.in ver.ne facta.ſolu.ma.quã imo.dicẽ ad hoc not.vdie Io.an.in Spec.de accuſa.in.iiij parte.Bal.i.l.i.ad finem

g ¶ Sic dicendum.ſi autẽ non apparet dies accuſationis porrecte:vel inquiſitionis formate:an vicietur proceſſus.vide no.Bar.in extrauag.ad reprimẽ.in verſi.inquiſitionis:⁊ an dies omiſſus in accuſa.poſſit ſuppleri in pbationibus.vide que dixi poſt Bar.in.l.i.§.idem ſcribit.ſ.depo. vide Bar.in.l.ſi preſcſ.ſ.de penis.

pus quero[a]. hic dicit ꝙ menſis nõ dies debet inſeri. quero an eſt ver ſimpliciter? Reſpõdeo aut factum de quo qs accuſatur eſt vniformiter punibile in q̃cunqz parte menſis: tũc non debet inſeri dies. ſed ſi in aliquo die illius mẽſis illud factum nõ eſt punibile: tũc inſeri debet dies: vel q̃lificatio iuris: ita vt cõcludat illud eſſe delictum verbi gr̃a. nam q̃dam ſunt delicta in feſto ſancti Herculani q̃ in alio tẽpore nõ ſũt delicta: tũc debet iſeri dies. Idẽ dico de hora: qa p ſtatuta terrarũ q̃dam ſunt delicta aliqua hora que alia hora nõ ſũt delicta: iõ hora dz inſeri. alias nõ cõcluderet ꝙ ſit delictum. arg. pro hoc. l. eũ actum. ꝛ qõ no. ff. de nego. geſt. ꝛ l. actor. C. de pba. ꝛ qõ no. in. l. nõ ſolum. §. ſed vt pbari. ff. de oper. no. nũcia. ꝛ extra de reſcrip. c. ſi. in de. ad idem facit. ff. de incẽ. rui. nau. l. i. §. ſi. Eo tamẽ caſu quo dixi ꝙ quis nõ cogit diem: neqz locũ inſerere in accuſatiõe cõcedo ꝙ ad petitõem partis iudex poteſt cogere declarare de qua die intellexit: vt reo ſit defenſio: vt dixi in. l. is qui reus. ff. ti. i. non tamen per hoc accuſator cogit ad probandũ diẽ: ſed cogit declarare: vt re[9] poſſit ſe defendere: ꝛ hoc eſt qõ dicit tex. neqz aũt diem: neqz horã iuitus comprehẽdet ꝛc̃. ¶ Quero aliqs[b] percuſſit aliquez vno tẽpore ex qbus pcuſſionib[9] eſt mortuus alio tẽpore: dz certe iſeri tps pcuſſionis nõ mortis: vt. l. damni. §. ſabini. de dã. infe. ꝛ l. huic ſcripture. §. i. ff. ad. l. acql. cum ſi. ¶ Sed q̃ro aliquis inſultauit aliquẽ de die: ꝛ fugauit illũ p magnũ ſpaciũ: ita ꝙ eũ percuſſit de nocte poſt pulſationẽ campane qõ tempus ponat in accuſatõne glo. in. l. qui ꝺ crĩne. C. eo. videt velle ꝙ inſultus cõfundatur cũ percuſſione: ꝛ idez ibi Cy. q ponit hanc q̃õnem: vt inſpiciat tẽpus percuſſionis. Ego dico ꝙ debem[9] inſpicere verba ſtatuti qualiter dicãt ſi qdem dicũt ſi quis percuſſit: tũc iſpicitur tẽpus percuſſionis. Sed pone ꝙ dicat ſi qs fecerit inſultuz cõtra aliquẽ ꝛ ſecuta eſt percuſſio puniat in tantũ: tunc iſto caũ inſultus punitur p̃ncipaliter: ſed agrauatur ꝓpter percuſſionem: tũc debet poni locus inſult[9] ꝛ tẽpus inſultus: nõ locus ꝛ tẽpus pcuſſionis. ar. eo: ũ que. ff. dixi. debet enim inſpici qd punit lex: vel ſtatutũ. ¶ Quero aliqs percuſſit aliquẽ per aliquos dies ante feſtũ natiuitatis. demũ porrexit accuſationem per aliquos dies poſt feſtũ natiuitatis: ꝛ dixit ſic. talis accuſat talem de eo ꝙ hoc ãno: ꝛ ꝙ de p̃ſenti menſe decẽbris eũ percuſſit ꝛc̃. Quero cum ãnus mutet a die natiuitatis: an libellus iſte[c] ꝓcedat ita ꝙ cõprehẽdat maleficiuz cõmiſſum ante natiuitatem: videt ꝙ non: q: non fuit hoc anno. Ja. but. poſuit hanc q̃õnem. inſti. de act. in p̃n. ꝛ ibi dicit ipe. debetis ſcire ꝙ duplex ẽ ãn[9]. vn[9] legalis q eſt. ccclxv. diex: vt. l. cũ heredes. §. ſtichus. de ſta. lib. ꝛ l. ita vulnerat[9]. ff. ad leg. acql. ꝛ iſto modo loquẽdo qcquid eſt factũ iter iſtos. ccclxv. dies põt dici factum hoc ãno. Quidaz eſt ãnus cõmunis ꝛ vulgaris qui denoiatur a natiuitate dñi: ꝛ iſto reſpectu non põt dici maleficium cõmiſſum hoc anno. Cũ ergo verba libelli debeant itelligi[9] ſm intentionẽ ꝓferẽtis: vt. l. ſi qs intentõe. ff. de iudi. intelligim[9] de anno legali: vt cõprehẽdat maleficium. Iſtud tamẽ nõ videt verum eẽ. nam cũ in accuſatõe debeant inſeri anni dñi ſm opi. glo. ꝛ nos dicamus ꝙ anni dñi qui ponũtur in principio quaterni ponãtur in loco ãnorũ qui debent inſeri in accuſatiõe. de neceſſitate ſeqtur ꝙ ſi dicatur hoc anno debet itelligi hoc milleſimo qui milleſim[9] debet inſeri ĩ p̃ncipio accuſationis: ꝛ eſt inſertus in principio quaterni: ideo putarẽ ꝙ libellus illud maleficiũ non cõprehendat. ¶ Sed pone ꝙ aliquis tenuit occupatam aliquaz terram per vnum annum. ꝛ ego volo accuſare eũ. l. iul. mai. qa tenuit cõtra principẽ: ſufficit ne dicere ꝙ tenuit per annũ. an debeo dicere etiam menſez videt ꝙ debeaz dicere mẽſez: vt hic. Sed credo ꝙ hoc qõ dicit de anno ꝛ menſe intelligi debeat de maleficijs momẽtaneis. ſed ĩ maleficijs que habẽt cauſam cõtinuam vel ſucceſſiuã credo ꝙ ſufficit annum exp̃mere vel menſem ſm ꝙ ipſe tenuit. ar. C. de hereti. autẽ. credentes. ꝛ auc̃. ſi verus dñs temporalis ¶ Sumus expediti de tpe. Circa perſonaz quero qualiter debeat exprimi? Rñ. debet pſona ita exprimi ꝙ reddat certa per duas demonſtrationes: vt petrus talis de tali loco. vel ſi eſſet ita ſingulare nomen ꝙ redderet certa ſufficit: vt. l. hac cõſultiſſima. ꝛ ibi no. C. q teſta. fa. poſ. ¶ Quero vtrum eſt neceſſe ꝙ accuſator formet libelluz in perſona prima ſeu tertia perſona. vt ego talis accuſo. vel talis accuſat ꝛc̃. hic eſt tex. cum gl. qõ non eſt curandũ. ita dicit glo. ff. ver. lutius. ꝛ etiã in. l. pe. C. e. ¶ Vltimo no. ex. l. iſta ꝙ non videt ꝙ ſit neceſſe ꝙ in libello criminali pars concludat aliquid[e] iudici ꝙ dicat q̃re peto talez puniri ꝛc̃. ſufficit enim ꝙ dicat talem commiſiſſe maleficium pro hoc facit. ĩ. ad turpillia. l. i. §. pmo ¶ Vlterius eſſet videndum quid de inquiſitione an debeat continere iſta. de hoc dicam. ĩ. de adul. l. ij. §. ſi publico: vbi de inquiſitione tractabimus.

Ex. §. ſequenti.

¶ Aboleri quid ſit.

## Quod ſi libelli.

Not. ex hoc. §. ꝙ qñ libell[9] non eſt bñ conceptus abſoluit accuſatus ab inſtãtia iudicij. ꝛ ſz ꝙ vos videbitis videtur hac. l. ꝙ nõ ſit neceſſe ꝙ pars[f] hoc opponat. ſufficit enim ꝙ libellus ſit male formatꝰ. ꝛ ita obſeruat[g] ¶ Quero quid eſt dicere aboletur. dicit glo. i. cancellat ꝛ iſta cancellatio ſit a notario diuerſimode. Vel dic ꝙ aboleri eſt illa pronunciatio qua iudex p̃nunciat non eſſe procedendum propter ineptitudinem libelli. An autem iſta abſolutio ab obſeruatione iudicij ſit interlocutoria uel diffinitiua videbitis. ĩ. e. l. cum ticia. Bar.

## Item ſubſcribere.

Aduerte iſta ſubſcriptione non vtimur ſed notarius pro quolibz accuſante ſubſcribit. Qualiter autem debeat fieri hec ſubſcriptio glo. hic dicit. dicam. ĩ. eadem. l. ſi cui.

Ex. §. ſequenti.

¶ An quis poſſit ſimul ꝛ ſemel quẽ accuſare de pluribus delictis. Et ſtante ſtatuto ꝙ uolens deſiſtere ab accuſatione ſoluat. x. cõmuni. an cũ qs accuſauit plures ſimul debeat plures ſoluere vel ſemel tantum.

## Sed ꝛ ſi aliud.

Iſte. §. duobus modis legit. primo ꝙ formetur ſic queſtio. ¶ Quero nunquid qõ dixiſtis in accuſatione adulterij ꝙ debet formari cum illis ſolennitatibus. an habeat locum talis ſolennitas in alijs criminalibus. dicit iuriſcõſultus ꝙ ſic. ꝛ ſm hanc lec. breuiter hoc dicit. Eodez modo debet formari libellus in alijs criminibus ſimilibus: ſicut ꝛ in adulterio. Secũdo modo legitur aliter ꝛ hoc dicit. non ſoluz de crimine adulterij: ſed etiam de pluribus alijs ſimul quis poterit accuſari. hoc dicit. Circa hanc ſecundam lecturam quero vtrum quis poſſet ac-

a ¶ Circa tẽpus quero. Adde nota. Bar. in. l. nõ ſolum. §. ſed vt probari ꝛ ibi doc. de ope. no. nun.

b ¶ Quero aliquis. Quero ſi accuſat aliquis ꝙ occidit hominẽ ꝛ nõ dicitur quem: an ſequetur condemnatio ſi accuſatus cõfiteatur. vide in. l. i. §. item illud. ad ſil. p cy. in. l. ea q. C. de condi. inde. bal. i. l. ſi cuz excep. §. in hac. qõ me. cau. ꝛ in. l. data opera i. xx. col. C. q accuſa. ſz qd ſi non apparet ꝙ perſona produxerit accuſatõ. an poſſit ſeq condẽnatio. bal. ꝙ nõ. in. l. pe. C. eo.

c ¶ An libellus iſte. Adde bal. ꝛ imo. in. l. diuortio in prin. in ṽ. item ſi meſſes per gl. ibi. ff. ſolu. matri. ꝛ imo. ꝛ ludo. in. l. de diuiſione. c. ti. i ṽ. ex oppoſito. De iſta. q. ꝛ qõ ſuſtenteſ talis libellus vide bal. i. d. §. item ſi meſſes. i. l. diuortio. ſolu. ma. per gl. i. ꝛ ibi ꝛ idem dicit voluiſſe iac. bu. iſti. ꝺ act. in prin.

d ¶ Debeãt intelligi. Et ſic no. ꝙ bar. hic vult ꝙ ẽt in criminali verba libelli intelligantur ſm libituz libellantis. per. d. l. ſi quis i tenti. cuius contrarium voluit roma. in. l. diuortio in prin. ſolu. ma. licet de bar. mentionem non faciat vide alex. in. d. l. diuortio. reprehendẽtez ro.

e ¶ Concludat aliquid. In criminalibus non requiretur concluſio libelli. adde bart. in. l. quid ergo. §. pena. ff. de in fa. vide bar. i. l. hos accuſare. §. omnibus. ĩ. co. ꝛ bal. in. l. ij. C. de proba. facit ad hoc ꝙ licz cauſe criminales expediãtur per accuſationem: dicuntur tamen expediri officio iudicis. ſz bar. in. l. imperiũ de iuriſ. om. iu. in ver. videam[9] ergo primo: i quo non requiritur ꝙ concludatur parti. ſm bar. in. l. i. in. ij. col. de iuriſ. om. iu.

f ¶ Qõ ſi libelli. neceſſe ꝙ pars. Adde bart. in. l. edita. i. ij. col lũ. C. de edẽ. ſed contrarium videtur p. l. ſi. ibi reo poſtulante. ĩ. e. ꝛ qõ ibi gl. i. ꝛ qõ voluit hoſti. ꝛ ioã. an. poſt ino. in. c. ſi. ꝺ purgat. cano. ad qõ vide omnino bald. in vi. ꝛ. xij. col. i. d. l. edita. ꝛ ibi fulgo. barto. in. l. ꝛ an eandem. §. actiones. ff. de except. rei iudi. ꝛ qõ dixi in. l. elegãter. §. ſi qs poſt rem. de condi. ide. ꝛ barto. in. l. i. §. accuſanter. ff. ad turpil. baldus in addi. ſpec. in ti. de ſen. i. xx. col. cum ſeq.

g ¶ Obſuatur. iudex poteſt reicere libellum inceptuz. concordantie ſunt i. l. i. ff. ſi menſ. fal. mo. di.

a ¶ Sed ꝛ ſi aliud.ſimul ꝛ ſemel.Dicit tamen Jaco.but.in.l.i.ſi reus vel accuſ.mor.ſue.ꝙ ſiquis pluries accuſatur in eodem libello accuſatio eſt nulla.cōtra quem eſt cōtra.glo.lxxxvi.di.maximianus.ꝛ quod legitur ꝛ notaſ in.l.ſiquis homicidij.in eo.ti.ꝛ adde ad Bar.hic. quod no. Bal. in.l.eos.C.ſi certū pe.ꝛ Bar.pro limit.predi.in.§.i.accuſatus.j.ad turpil.ꝛ an vnꝰ poſſit a pluribus accuſari in eodem libello vel diuerſis. vide in.l.vnus.in ſi.C.ꝺ adul. ex. in.l.i. C. ſi reus uel accu. adde qꝺ no.bar. in.l. ſi. alias.ij.§. ſi.j. de adul. latiꝰ in.l.hos accuſare.§.lege.j.e.bal.in.l.edita. in.xviij.col.ꝺ.C. ꝺ edē.ale.ibi in.xiij. colū.

b ¶ Dicit ſtatutum. vide bal.in.l.ordinarij in ſi.C. de rei ven.ꝛ qꝺ not.bar. in.l. ſi cuz exhibuiſſent.in ſi.ꝺ pub.barto.in.l.i. i ſi. mag.glo.C. vnde vi.bal. in.l. edita.in .xx.col.ꝛ in .xiij.q. C.de eden. bar.in .l.i. in ſi.ff.ꝺ teſ.hoc plene ſali.in.l. ſi qſ homicidij.C. e. ꝛ bal.in.l. i.i penul.colum.C. de ſideiuſ.

c ¶ Poteſt repeti.quando nomē rei eſt abolitum an poſſit repeti accuſatio. ꝛ an i ea requiraſ nouus libellus glo. videtur ꝙ non in.l. aut priuatiz. ꝛ ibi bart.j. ad turpil.ꝛ q̄ exceptiones poſſint i hac repeti. opponi vide in.l. hos accuſare.§.i.j.eo.

cuſare ſimul ꝛ ſemel[a] quē de pluribus delictis. Glo. que ē hic vacillat.ꝛ dicit ꝙ Azo dicit ꝙ de diuerſis delictis poteſt de vno non :vt.l.qui de crimine.vult dicere ꝙ de diuerſis delictis deſcēdentibus ex diuerſis factis poteſt quis accuſare vnum ſimul:ſed de diuerſis delictis ex eodez facto deſcēdentibus:tunc quis nō poteſt vnum ſimul accuſare:vt.l.qui de crimine.Doctores tangūt ꝛ glo.in.l.qui de crimie:ꝛ nō bene declarāt. Quid dicemus.Aduerte:quādoqꝫ alicui obijciuntur plura delicta que puniuntur eadem lege: tūc de oībꝰ poteſt accuſari ſimul.argu.l.nō ē nouum.ſ.de act.emp.ꝛ.l.cum duobus.§.ſi pluref.ſ.pro ſoc.ꝛ fami.herci.l.heredes.§.de pluribꝰ ad idem.ſ.de iniur.l.pretor.§.ſi plures.ſi vero iſta delicta puniuntur diuerſis.ll.tūc bene fateor ꝙ poteſt de omnibus accuſari ſimul.hoc ē eodem tempore oportet:nō eodem libello .argu. ad hoc.l.non eſt nouū.ꝛ quod ibi no.ſ.de acti. emp.Et predicta vera quādo ex diuerſis factis oriuntur.ſecus ſi ex vno:vt dicta.l.qui de crimine.ꝛ ibi no. ¶ Juxta hoc quero dicit ſtatutum[b] ꝙ quicūqꝫ vult deſiſtere ab aliqua accuſatōe ſoluat tantū cōmuni ꝛ poſſit deſiſtere . modo quero accuſaui aliquem de pluribus criminibꝰ vno libello:ꝛ volo deſiſtere :an ſoluā pro vna accuſatione:quia vnꝰ libellus:an ſoluā pro pluribuſ accuſationibꝰ:quaſi tot ſunt accuſationes quot ſunt crimina. Breuiter Jaco.butri.cōſuluit hāc q̄ſtionem.ꝛ dixit ſic ꝛ multū bene. hoc vocabulum accuſatio poteſt ſumi duobꝰ modis. primo ſm ꝙ accipitur in iure:ꝛ tūc accuſatio eſt idē qꝺ ius accuſandi.ſicut actio eſt idem qꝺ ius agendi ꝛ proſequendi in ciuilibus: vt inſti.de publi. iudi.in pn.ꝛ hoc mō quot ſunt delicta tot ſūt accuſationes:ſicut quot ſūt res in ciuilibꝰ tot dicūtur actiones ꝛ obligatiōes:vt.l.ſcire debemꝰ.§. penul.ſ.de verboꝝ obli.ꝛ.l.ſi pluribꝰ.codez ti. Alio modo accipiſ accuſatio ꝓ libello ſeu charta in qua accuſatio deſcribitur:ꝛ tūc debet accipi pro vna accuſatione:ꝛ ſic dicit ipē ꝙ pars deſiſtens debet probare ꝙ cōmunis vſus loquēdi ſit ꝙ ipā charta in qua ponitur dicaſ accuſatio licet ſint plures accuſationes:tamen appellatur vna:ꝛ hoc vſu loquēdi probato ſoluat pro vna accuſatione.alias tot dicerenſ accuſatiōes quot ſunt crimina.

Ex.§.ſequenti.

¶ Cum accuſatio eſt nulla īfra quātuz tēpꝰ poſſit repeti:ibi. Uenio. Et quid quādo accuſator nō potuit accuſare:an poſſit repeti:ibi. Ulteriꝰ. Et ꝙ ſit officium iudicis reo non poſtulante ꝙ non procedaſ cū accuſatio eſt nulla:ibi. Dicitur hic. Et an ſi iudex velit poſſit cauſaz iſtius accuſationis proſequi:ibi. Jtem quero . Et qualiter intelligatur ꝙ reus īfra.xxx.dies pōt repeti:ibi. Sed quero. Et qualiter ītelligatur impedimentum accuſatoris:ꝛ ꝙ dicitur in prima inſtantia cum accuſator mortuus eſt habeat locum cum mortuus eſt pendente appellatiōe.vide in ſi.

**Si accuſator.** Accuſatore defūcto: vel aliter impedito rei nomē aboletur:ꝛ infra.xxx.dies repetitio conceditur tex.ibi accuſare.i.proſequi accuſationem. Jſte eſt difficilis.§.ꝛ glo.ipum nō declarat. ¶ Oppo.C.de aboli.l.i.vbi poſt factam abolitiōem nō conceditur repetitio. Solu.glo. opti. quedam eſt abolitio priuata que poſtulatur ab accuſatore:ꝛ in illa non permittitur repetitio rei aliquo tempore:vt.l.cōtraria . Quedaz eſt abolitio generalis que ſit a principe:vel legalis que ſit a lege:vt in cāu noſtri.§.ꝛ in.l.abolitione.cuz.l.ſequēti.j.ad turpil.tūc permittitur repetitio infra.xxx.dies. ¶ Uenio ad aliaz glo.quero pone ꝙ nomen rei eſt abolitum:quia libellus non erat bene conceptus infra quātum tempus poteſt repetiꝰ qdam dicunt infra.xxx.dies:vt hic ꝛ hoc vult dicere tex.ibi alia ve cauſa.ſ.libelli male concepti:ꝛ ſic referatur ad omnia. Glo.tenet contrariū ꝛ bene. Aduerte.l.illa que limitat terminuz.xxx.dierū ad repetendū.loquitur quādo tenuit prima accuſatio:vt.l.aut priuatim. §.i.et ibi no.j.ad turpil. Sꝫ quādo accuſatio fuit nulla:tunc poteſt repeti ex integro.hoc eſt infra tantum tēpus infra quātuz durat ius accuſandi: vt .l.querela.C.de fal.ꝛ probaſ per tex.l.accuſaturus.j.de adulte.quod videtur ſentire glo.ſ.e.l. verſi.ꝙ ſi libelli.ꝛ etiam hic. ¶ Ulterius quero quid ſi nomē rei aboletur id eſt pronūciatur nō eſſe procedendū : ideo quia accuſator accuſare non pōt.qd iuris poterit ne repeti reus tm̄ īfra xxx.dies vel ſemper.videſ tantū infra. xxx.dies. habet locum quādo accuſatio tenuit:vt hic .ibi quominus accuſare poſſit. ¶ Contrariuz eſt veritas.nā ut dixi iſta materia de repetēdo reo īfra xxx.dies habet locū quādo accuſatio tenuit:ſed quādo quis nō potuit accuſare accuſatio nō tenuit.ideo ꝛc. Et ideo debes expōere quod hic dicitur quo minus accuſare poſſit.i.accuſationē proſequi:vt dixi ſuper tex. ¶ Dicitur hic ꝙ pronūciatur non eſſe procedendū poſtulante reo. quero quid ſi reus hoc nō petit que erūt partes iudicis. Dicūt qdam ꝙ iudex tūc nō poteſt abolere eius nomen.argu.huius.l.a cōtrario ſenſu. veritas eſt in cōtrarium.nam vt dixi in criminalibus etiam reo nō poſtulante iudex poteſt ſumere partes rei:ꝛ eius defenſionē:vt.l.ſi non defendatur.j.de penis.ꝛ.l.i.in ſi.j.de queſti.ideo poterit iudex ſi vellet pronunciare non eſſe procedendum. ¶ Jtem quero an iudex ſi vult poteſt cauſam iſtius accuſationis proſequi:ꝛ ad finem producere[d] videtur ꝙ ſic:vt.l.ij.C.de aboli. Jn cōtrarium facit hec.l.ꝛ ita tenent quidam. Alij dicūt vt Jaco.de are.ꝙ hoc non eſt veruz: quia abolitio de qua loquitur hic eſt abolitio legaliſ: vt.l.aut priuatim.§.i.j.ad turpil . Jn hac ergo abolitione ſolum declarat iudex abolitum :non autem abolitionē.facit cum.l.ipā abolitionē faciat.merito ſi iudex vult procedere non pōt. cū .l.faciat abolitionē de reo:vt.l.aut priuatiz. §.i. Non obſtat.d.l.ij.C.de aboli.ibi enim loquiſ in actore deſiſtēte abſqꝫ iuſta cauſa.merito lex abolitionem non facit.ita dicit ipē. Puto contrarium ꝙ iudex poſſit proſequi hanc cauſaz. ꝓ hoc habuiſtis tex.ſm vnā lecturam.in.l.penul.in pn ci.ſ.tit.i. Nec ob.hec.l.ꝛ ſimiles:vt infra dicaz. ¶ Sed quero quid eſt hoc dictum ꝙ infra. xxx. dies tantuz iſte reus poteſt repeti. nōne accuſatio durat regulariter.xx.annis:vt.l. querela. C. de falſis. quomodo ergo finitur .xxx.diebus.

d ¶ Ad finēm producere.vtrum iudex poſſit ex officio accuſationez abolitam proſequi.quid autem ſi non eſſet abolita:ſed accuſator differt proſequi:an iudex ex officio poſſit proſequi.dic ꝙ ſic.l.ſi accuſatoribus.C.e. l.quāuis indubitati.C.de adul.ꝛ eſt tex.in autē. de ſanct.§. ſiquis ad ordinem.vel dic ꝙ eſt verum in caſibus in quibus iudex per inquiſitionez ꝓcedere poſſit alias non ita intelligatur.j.de muneri.ꝛ hono.l.l.ex reſcri.§.ſi quis accuſatus. Jtē ſi reus eſt in carcere.nam vt protinus abſoluaſ vel condemneſ iudex ex officio poteſt ꝓſequi. l.i.j.ꝺ cuſto. reo. ꝛ etiaz cogere partes. vt ꝓſequantur.l.i.C. ꝺ aboli. ꝛ vide no.ꝑ bar.i.l.ſi maritus la.i.§.i. de adulte. ꝛ vtrum accuſatore renunciante iudex poſſit ꝓſeq.adde qꝺ iudex alteri mandare poteſt vt accuſa.proſequatur citra penam talioniſ tex. ſm bar. in.l.ij. C. de dilatio . li.x. vbi dicit ſic dicendum eē in omni caſu vbi publica vtilitas procuratur . faē qꝺ not. bar. in.l. cuz.j.c. ꝛ iſtis adde no. per bal. in.l.i.C. qui accuſa.ꝛ que no.bart. in.l. vicia . ad ſi. ſ.ti.i.
ADDE poſt apoſtillaz alexan. conſilio lxiiij.ꝑmo li.

Glo. nõ declarat Pe. vt refert Cy. C. eo. l. qui de crimīe. in. ij. q. dicit ſic: ꝙ id qđ hic dicitur de .xxx. diebus. loquitur de abolitione impetrata a principe ꝛ ab eo conceſſa. ſecus ſi princeps non conceſſerit. tunc poteſt accuſare infra tp̄us infra qđ durat accuſatio: vt. l. querela. ſed certe non loquitur hic de abolitione conceſſa a principe: nec hoc dicitur in. l. aut priuatim. §. i. ad turpil. quare Ja. de are. dicit ſic. repetere proprie eſt ad priſtinam accuſationem redire. ita ītelligit glo. ī. ad turpil. l. aut priuatim. §. xxx. dies. Aut ergo quis vult repetere reum hoc eſt primam accuſationeꝫ proſequi. ꝛ hoc poteſt facere tantuꝫ infra. xxx. dies. ita loquitur hic. Sed contra hoc facit tex. qui dicit ex integro ꝛc̃. ꝛ. l. ſi quis repetere. ī. ad turpil. ꝛ. d. l. aut priuatim. §. xxx. dieſ. Si vero vellet de nouo accuſare principaliter ꝛ per ſe. ꝛ tūc poteſt infra tp̄s infra qđ durat accuſatio: vt. l. accuſaturus. ī. de adul. ita dicit ꝛ bñ. nec mireris quomodo fiat tranſlatio inſtantie inchoate per vnū in alium: q: ſimile videtis. ſ̄. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. interdum. ꝛ in. §. fi. Sed cōtra videtur fortiter id qđ habetis. e. ti. l. publica. prout eſt ibi in littera perimitur vbi dicitur ꝙ perimitur inſtantia. Rñ. ibi loquitur in reo defuncto. hic in accuſatore. accuſatore ergo defuncto non perimitur inſtantia ſi aliquis reum infra. xxx. dies repetere velit. Cōtra hoc videtur tex. ꝛ gl. in. l. fi. §. i. C. ſi reus vel accu. mor. fue. vbi dicitur ꝙ ſicut perit īſtantia mortuo reo: ita perit mortuo accuſatore ꝛ per hoc apparet eſſe verum qđ. ſ̄. dixi in iudice ꝙ iudex poteſt hāc accuſationē perficere ſi vult: vt. l. accuſatore. ſ̄. ti. i. Qđ dixi de iudice puto eē verum maxime ſm canoniſtas per. c. i. ꝛ. ij. extra de colluſio. ꝛ etiam ſm opi. quaꝫ teneo ꝙ vbicūqꝫ maleficium non inoteſcit iudici poteſt iudex poſtea ex ſuo officio per inquiſitionem procedere: vt videbitis in. l. ij. §. ſi publico. ī. de adulte. ¶ Procedo vlterius. dicitur hic accuſatore defuncto: vel alia cauſa impedito. Quero de quo impedimento debeat hoc ītelligi. Glo. in. l. aut priuatim. §. i. intelligit de tali impedimento per quod duo āni labantur. ita intelligit in. l. aut priuatim. §. i. credo ſic eſſe dicendum: aut eſt impedimentū veriſimiliter receſſurū de proximo: ꝛ talis abolitio rei nõ perimitur. Aut eſt īpedimentum duraturū veriſimiliter longo tēpore: ꝛ perimitur abolitio de qua hic dicit̄: probatur. ī. de lega. l. pe. §. fina. ¶ Quero hic loquit̄ accuſatore mortuo durāte prima inſtātia. queritur qd ſi accuſator moritur pendente appellatiōe poſt latā ſententiā. Dicit glo.[a] ꝙ idem quod inſtantia appellatiōis perimitur. ita no. ſ̄. ti. i. l. publica. veritas eſt. Aut pēdebat appellatio: quia reus erat condemnatus ꝛ appellauerat. ꝛ verū dicit glo. Aut pendebat appellatio: qa reus erat abſolutus ꝛ accuſator erat cōdemnat⁹ ad penam talionis. Eadeꝫ diſtinctio ſeruatur in accuſatore que in accuſato: an ſententia ademerit bona etiam expreſſe vel non: vt habuiſtis. ſ̄. ti. i. l. defuncto. ꝛ. d. l. publica.

a ¶ Dicit gl. adde qđ no. glo. ꝛ bal. in in. l. fi. C. ſi reus vel accu. ſu. mor.

b S qui i iudicio ſed ſufficit. vtruꝫ regratur ꝙ criminoſus ſit damnat⁹: vt reuocetur ab accuſādo. vide etiaꝫ in. c. ſup eo. el. i. đ teſti. ꝛ in. c. i. de accuſat. p moder. in. c. i. extr. i eo.

c s Eruos. alteri obijcere. Nõ valeō agere poteſt excipere đ incompetētia actoris. vide per flo ri. in. l. iij. §. lege iul. ff. đ teſti.

d l Euia. leuia crimina Que ſint leuia crimina ꝛ q̄ ſint atrocia. adde Bar. i. l. non ſoluꝫ. §. ſi mādato. ſ̄. de iniu. ange. in. l. ſi vacantia. in materia inquiſitionis. C. de bo. va. lib. x. ꝛ dicit glo. ī l. iij. ſ̄. de vi ꝛ vi ar. ꝙ oīſ violentia cōmiſſa cuꝫ armis appellatur immane crimen. ꝛ dicit Jac. but. in. l. i. C. de his qui ſi. a. ſcri. qđ nullum delictū quod punit̄ abſque dolo enumeratur in atrocioribus ſed īter leuia. ꝛ idem ang. hic. ꝛ dicit ange. ꝙ ſi communis ē opi. in regione aliqđ crimen eſſe leue: vt florentie percutere cum pugno ſemper dicit̄ leue. nihil algat. licet barto. ſm eum ī d. l. non ſolū. §. ſi mandato. dixerit ꝙ delictum in pſona ſit graue: ꝛ non bene: vt dicit ſe ibi dixiſſe. ſed ibi nõ reperio ꝙ ang. aliquid dixerit. ꝛ dic barto. in. l. ſolo. C. de libe. cā ꝙ omnis offenſa p quas filius poſſet exheredari dicitur grauis: ꝛ exemplum de pugno. vide in. l. quicunqꝫ. in. iij. col. de ſer. fugi.

## S qui iudicio.

i Clara lex eſt. ¶ Oppo. ꝛ videtur ꝙ damnat⁹ de publico iudicio poſſit alium accuſare: vt. ſ̄. ti. p̄mo. l. is qui reus. Solu. vt ibi dixi. ꝛ etiam hic dico accuſatiōes inchoatas poſſe perficere. Item ſuum accuſatorem poteſt accuſare: vt ibi extraneū non niſi ſuā: vel ſuorum iniuriā proſequatur. ita dicit glo. hic ꝛ ibi. ¶ Item oppo. ꝙ īfames poſſint accuſare: vt. ī. titu. ij. l. famoſi. Sol. infames pñt accuſare in quibuſdam caſibus exceptuatis de quibus videbitis. ī. e. l. qui accuſare. Fallit ſi eſt infamis: ideo quia damnat⁹ publico iudicio tunc nõ poteſt accuſare: niſi mortem ſuorū exeq̄tur. ita dixit gl. quā tenemēti: an veruꝫ dicat nõ dico modo non habetis hic alia. Item dicit̄ hic iudicatus fuerit. ¶ Oppo. ꝙ non eſt neceſſe ꝙ ſit iudicatus: ſed ſufficit[b] ꝙ ſit cōuictus: vt. l. teſtium. §. penul. ſ̄. de teſti. Solu. illud eſt veruꝫ ſi tractetur de repellendo aliquem a teſtimonio. hic tractamus de repellendo aliquem ab accuſando. Vel dicit glo. eadē eſt equitas: vt quicūqꝫ repellit̄ a teſtificando repellat̄ ab accuſando. ita dicit glo. ꝛ optime: ꝛ ꝙ dicit iudicatus ſubaudi: vel conuict⁹. ad idem facit qđ habuiſtis. ſ̄. e. l. ij. §. i. ꝛ videbitis. ī. e. l. qui accuſare.

Ex. l. ſequenti.

¶ Qui prohibetur accuſare liberum prohibet̄ acccuſare ſeruum: nec exbannitus exbannitum accuſare poteſt.

## Eruos.

s Quia lex iſta ponit quinqꝫ cāus. ideo nõ ſummo: ꝛ habet vnum bonum notabile in verſicu. ſed qui prohibetur. ¶ Nota mirabilem caſum ꝙ ille qui prohibetur accuſare liberum prohibetur accuſare ſeruum. Seruus ergo licet ſit infamis hoc eſt ſine fama: tamen poteſt alteri obijcere[c] non potes me accuſare: quia tu es ſeruus: tu es infamis: tu es mulier. Et ex hoc ſequitur ſi exbannitus accuſaretur ab alio exbannito poteſt dicere nõ potes me accuſare quia es exbannitus: nec ille poteſt replicare cōtra accuſatum: ꝛ tu es exbānitus. tex. eſt hic ꝛ idem in excōmunicato. nā excōmunicat⁹ defendere poteſt ſe a me ſi accuſo eum ꝛ poterit dicere: non potes accuſare quia es excōmunicatus: nec ego potero replicare contra eum dicens: tu non potes excipere: quia es excōmunicatus: vt hic: ꝛ eſt caſus in. c. cum dilecti. extra de reſcrip. licet facit in contrarium glo. in. l. iij. §. lege iulia. ſ̄. de teſti. quod examinaui plene in. l. cum mulier. ſ̄. ſolu. matri.

Ex. l. ſequenti.

¶ Que dicantur leuia crimina: ꝛ qualiter debeat intelligi de plano: ꝛ qualiter ſit praticāda hec lex. ꝛ ſtante ſtatuto ꝙ poteſtas nõ faciat cōdemnatiōem ſub pena centum librarum prius a reo factum fuerat depoſitum. ſi poteſtas fecerit condemnationem de. xx. ſolidis abſqꝫ depoſito nõ incurrit penam.

## Euia.

l Hec eſt aliquātulum difficilis. Pro declaranda hac. l. primo quero que ſunt leuia crimina[d]. glo. que eſt hic dicit. Leuia crimina ſunt: vt puto. l. iulia. de annona. eſt ne verum: videte crimina dicuntur leuia: vel atrocia ſm qualitatem pene: vt. l. ij. ſ̄. titulo p̄mo. Sed quandoqꝫ in accuſatione. l. iulie. de annona. imponitur pena grauior: vt. l. in annonam. ſ̄. de extraordina. crimi. ergo non eſt crimen leue. ſed dic ꝙ in. l. iuli. de annona imponitur in quibuſdaꝫ pena leuis: ꝛ in quibuſdam pena grauis: vt dicta. l. in annonam. ſ̄. de extraordina. crimi. ꝛ. l. ij. ī. ad. l. iuli. de annona. ꝛ ſm hoc ſaluabitur glo. quia in caſibus intelligitur vbi imponitur pena leuis. Item ponit exemplum glo. in priuatis criminibus ꝙ ſint leuia: hoc exemplum non eſt verum ſimpliciter. naꝫ quādoqꝫ in priuatis delictis homo ſuſpenditur: vt pro furto: vt. l. capitalium.

§. famoſos. j. de penis. quandoqꝫ amputat manus: vt auten. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugiti. quandoqꝫ grauius punitur: vt. x. col. de pa. iur. fir. §. ſiquis furtum. tamen ſuſtinendo glo. intellige in priuatis criminibus: vbi leuior pena imponitur. Item dat glo. exemplum in crimine de ſubmerſis nauibus: vt. l. de ſubmerſis. C. de nau frag. Hoc non videtur bonum exemplum. nam pro tali delicto imponitur pena grauis: vt. l. pedius. §. i. ff. de incē. rui. naufra. ergo ⁊c. Sed potes intelligere hic quādo quis abſtulit modicaꝫ rem: etiam ſic erit crimen leue ſm diſtinctionem .l. pedius. Item ponit glo. exemplum in crimīe abigeatus: vt. l. i. C. de abigeis. hoc exemplū nō videtur bonū generaliter loquēdo. l. ij. ff. de abigeis. vbi imponitur pena grauis. Item dat exēplum ꝙ ſit crimen leue. ſ. cognitio cuſtodum: vt .l. vnius. §. fi. j. de qō. hoc nō videt̄ bonū exēplū vt videbitis. j. ti. ꝓxi. l. nō eſt facile. ſꝫ intelligamꝰ de cuſtodibꝰ hoc ē de cuſtodiētibꝰ: niſi ponamꝰ ꝙ aliquid facile fecerit circa ꝑſonas cuſtoditas: vt. l. i. C. de cuſto. reo. Item ſi diceremus de perſonis cuſtoditis ſi cōmittant aliquid leue: quia erit crimen leue. Item ponit glo. exemplū in crimine lenocinij. hoc exēplum nō videtur verum. nam lenociniū grauius eſt adulterio: vt. l. athletas. §. ait pretor. ff. de his qui no. infa. ſed adulterium eſt graue crimen: vt. l. auxiliū. ff. ď mino. ergo ⁊c. Sed ſuſtinēdo glo. potes dicere ꝙ itelligitur de lenocinio cuius adulteriū non eſt perfectū: vel de lenocinio vilis perſone: ⁊ ſic eſt crimen extraordinarium: vt. l. i. ff. de extraordina. cri. Item dat glo. exēplum in. l. nec quicꝗ̄. §. de plano. ff. de offi. procō. ⁊ lega. vt ſi filius patri libertus patrono non eſt obediens. iſtud eſt crimen leue: ⁊ de plano cognoſcitur: ⁊ eſt bonum exēplum. Potes etiam ponere exemplū de iniurijs leuibus: vt. l. non ſolum. §. quanꝗ̄. ff. de iniur. Vel ponas exempla quotidiana que ſunt in ciuitate. aliquis eſt cū cultello repertꝰ: vel repertus ire de nocte: vel repertus ludere. ⁊ ſi iſta talia ſunt leuia crimina de quibus iſta. l. loquit̄. tenementi. ¶ Sed cōtra hoc facit quomodo appello crimina leuia ex leuitate pene: nōne ictus fuſtium eſt grauior pena ꝗ̄ queuis pecuniaria: vt. l. i ſeruorū. j. de penis. nō ergo ex leuitate pene debent intelligi leuia: ſed aliunde. Sol. intellige. l. noſtrā quādo fuſtigatio fit in locum pene pecuniarie: quia ille non poteſt ſoluere: vt. l. qui edes. ff. de incen. rui. nau. ⁊. ff. de iniurijs. l. ſiqs iniuriam: vel erat talis perſona cui illa fuſtigatio pena modica eſt. ¶ Quero quomodo debet intelligi de plano. Glo. que eſt hic dicit de plano .i. ſine libello. Vel ſm alios ſine inſcriptione interueniente tamen libello. ſed glo. dicit ꝙ in oībus eſt neceſſaria inſcriptio. Aduerte tex. facit expoſitionē huius verbi de plano. in. c. ſepe contingit. de verb. ſigni. in clemē. ⁊ doc. in. l. nec qcꝗ̄. §. de plano. ff. de offi. procō. ⁊ le. ⁊ bona eſt expoſitio glo. Ego ſic practicabam[a] hanc. l. in iſtis leuibꝰ criminibus: quia faciebam ſolū ſcribi ꝙ talis erat repertus ad ludendum: ⁊ ſtatim poſtꝗ̄ hoc fuerat confeſſus precipiebam ꝙ ſolueret tātum. ⁊ ſi non poteſt ſoluere ꝙ fuſtiget̄. nō enim debet fieri proceſſus in iſtis cauſis breuioribus: vt in auc. niſi breuiores, C. de ſentē. ex peri. reci. ⁊ per hoc feci abſolui hic quēdam capitaneum. dicit ſtatutū ꝙ nulla condemnatio fiat a capitaneo: niſi ꝑus fiat a reo depoſitum ſub pena quīquaginta librarū: modo capitaneꝰ cōdemnauit quendam in viginti ſolidis non facto priꝰs depoſito a reo. poſtea in ſindicatu agebatur contra capitaneum ad penam quinquaginta librarum ex eo quod nō fecit depoſituꝫ fieri a reo anteꝗ̄ reum cōdemnaret. ego dixi[b] ꝙ non poterat agi contra capitaneum: quia in iſtis criminibus leuibꝰ: nō debet fieri proceſſus: nec requiruntur iſte tales ſolennitates que requiruntur in grauibus: ⁊ fuit abſolutus per hanc. l.

Ex. l. ſequenti.

¶ An ſit differētia iter inſcribere ⁊ ſubſcribere. Et qualiter fiat ſubſcriptio. Et an qui opponit crimen per moduꝫ exceptionis debeat ſe ſubſcribere.

8 **I cui.** ¶ Quero vtrū ſit differētia[c] inter inſcriptionem et ſubſcriptionē. Glo. dicit ꝙ ſic. Guil. de ſuza. reprehendit glo. hanc dicens ꝙ nō eſt differentia inter inſcriptionē ⁊ ſubſcriptiōem. Breuiter gl. dicit veritatem: quia inſcriptio eſt ipe libellus accuſatorius cōtinens crimina: vt. l. libellorū. Sed ſubſcriptio eſt que fit in fine in q̄ ſe ſubſcribit ⁊c. vt hic. ⁊. l. libellorū. verſi. item ſubſcribere. tamē quādoqꝫ vnuꝫ ponitur pro alio: vt. l. i. C. qui accuſa. non poſ. ¶ Secūdo quero que debet eſſe forma iſtius ſubſcriptionis. glo. tractauit in. l. libellorum. verſi. item ſubſcribere. Iteꝫ tractatur in hac glo. ⁊ quattuor forme[d] ponuntur de ſubſcriptione. ꝑma ꝙ qs ſubſcribat ſe perſeueraturum in crimīe vſqꝫ ad finem: vt in hac. l. Alia forma eſt ꝙ quis ſubſcribat ſe ita profeſſum eſſe ſicut ſcriptū eſt: vt. l. libellorū. ver. itē ſubſcribere. Tertia forma ꝙ qs ꝓfiteat̄ ſe velle ſuſtiere ſimilem penā ſi in ꝓbatione defecerit: vt. l. ij. C. de fide inſtrumē. ⁊. l. vltima. C. eo. Glo. nō firmat ſe hic. ſed in. l. ij. C. de fi. inſtr. firmat ꝙ dꝫ ſcribere: ꝓut hic dicitur: neqꝫ debet ſubſcribere ſe profiteri ꝙ ſuſtinebit penam talionis: quia hoc intelligitur etiam ſi non ſit dictum. Idem not. C. qui accuſa. non poſſūt. l. iij. tex. extra de procu. c. tue duas formas ponit: vt quis profiteatur ſe perſeueraturum vſqꝫ ad ſentētiam: ⁊ ſe velle pati ſimilem penam. facit. c. ſuper his. extra de accuſati. ⁊ hanc formam ſequitur Specu. in ti. de accu. tamen ſm cōſuetudinem non vtimur iſta ſubſcriptione: ſed in curia romana forte eſt in uſu.

¶ Querit Dy.[e] vtrum ille qui opponit crimen per modū exceptionis debeat ſe ad penā talionis ſubſcribere: videtur ꝙ ſic: qꝛ ille contra queꝫ excipit punitur: vt. l. ij. §. ſi extraneus. j. de adul. Preterea qui excipit agit: vt. l. i. ff. de exceptio. Preterea pro hoc videtur tex. in. l. vlti. C. de fide inſtrumē. ¶ In contrariū videtur ꝙ actiōis verbo non continetur exceptio: vt. l. verbū oportebit. §. accuſationem. j. de verborū ſigni. Preterea quando crimen opponitur per moduꝫ exceptionis quis non punitur: vt. l. lutius. ff. ď his qui notā. infa. ⁊. l. ij. §. ſi publico. j. ď adulte. Et hanc partem Dy. tenet ⁊ Cy. C. qui accuſa. non poſ. l. iij. in. i. ⁊. ij. q. Non obſtat. l. fi. C. de fide inſtru. quia ibi opponebatur falſum per modum accuſationis: ita dicit ipe. Mihi autem videtur ſic dicendum quādoqꝫ exceptio criminis opponitur ſolum ad repellendum aliquem: tunc non debet quis ſubſcribere ſe. ſꝫ quando opponitur non ſolum ad repellendum aliquem: ſed ad eū puniendum: vt in caſu. l. ij. §. ſi extraneus. tunc debet ſe quis ſubſcribere: ſicut in accuſatōne: qꝛ eſt eadem ratio. probatur in. c. ſuper his. de accu. Et eodem modo ſi quereretur quando cri-

a ¶ Practicabā. no. practicaꝫ ꝓcedēdi in crīnalibus: ⁊ lꝫ gl. hic ſentiat ꝙ vbicūqꝫ pōt ꝓcedi de plano nō ſit neceſſaria iſcriptio. Jo. an. dixit ꝙ de ꝯſuetudīe iſte inſcrip. non ſeruant̄: ⁊ ſētit ꝙ hodie nec expreſſe nec tacite habeat locū inſcriptio: vt ipſe no. i ſpe. in rub. q accu. qď iprobat bal. in. l. q crimē. C. q accu. ⁊ no. in crīibꝰ leuibus nō reqritur libellꝰ nec ꝓceſſus: ſed in ordiarijs bene reqritur libellus ⁊ inſcriptio ēt in mō ingrendi: vt no. ang. in. l. ſi vacātia. C. de bo. vacā. lib. x. ⁊ dicit bar. i. l. ij. C. de ſpor. ꝙ ſi nunciꝰ delinquit i officio pōt abſqꝫ ꝓceſſu ꝓuari: qꝛ in iſtis cō miſſis coraꝫ officio iudicisꝰ procedit̄ leuato velo. ⁊ ꝙ i iſtis ſolēnibus credatur officia li. tꝫ Bal. in rub. C. de fi. iſtru. i. x. col. in v̇. ſꝫ adhuc dubitat.

b ¶ Ego dixi. hoc ēt tꝫ ange. hic.

c 8 I cui differē rētia. q̄ differentia ſit iter inſcriptiōem ⁊ ſubſcriptōnem. adde ꝙ hec iſcriptio locuꝫ hꝫ etiā ſi viliſſima ꝑſona: vt ſuuſ accuſat̄. ſed an tūc inſcribens puniat̄ minori pena vide bal. i. l. ij. C. de fi. inſtru. ⁊ bal. in. l. qui crimen in. ij. q. C. q accuſa.

d ¶ Et quattuor forme. adde cy. ange. ⁊ ſal. in. l. iij. C. qui accu. adde ꝙ i hac pena talionis habet̄ conſideratio ꝓuilegij. tex. eſt. ⁊ ibi bal. in. l. fi. C. vbi ſena. vel clariſ. adde ꝙ vbi de crīe agit̄ ciuiliter nō hꝫ locum inſcriptio: vt no. bal. i. l. ij. C. de fi. iſtr. ⁊ eſt tex. ⁊ ibi doc. i. l. momētanee. C. vnde vi. vide ſpe. de accu. §. qualiter. ver. porro. ⁊ de accuſa. in quarta ꝑte. i ꝑn. Iteꝫ no. ꝙ vbi procedit pro materia inqſitōis vel denūciationis nō requiritur inſcriptio. ſm bal. i. l. q crimen. i. i. col. C. q accu. ⁊ ibi in. ij. col. dicit ꝙ omiſſio iſcriptionis nō viciat ꝓceſſum. vide ibi glo. ⁊ an in priuatis ďlictis requiratur inſcriptio. Cy. ꝙ ſic. in. d. l. iij. alias. l. ij.

e ¶ Querit dy. addē bar.

in.l.penul.§.ad crimen.in prin.ij.col.ſ.ti.i.ꝛ Specu.in ti.de accuſa.§.i. verſi.item quod nõ recte.ꝛ dixi in.l.leuia.ſ.eo.ꝛ vtrũ opponẽs crimen per modum execu.debeat ſe ſubſcribere.ꝛ ꝙ nõ.tenet Bal.in.l.fi. in pn. C.de fi.inſtru.per glo.ꝛ doc.in.l.qui crimen.C.qui accu.

per.c.paſtoralis.ibi allega.per eum.adde tamẽ ſm Bal.in.l.i.C.ad maie.ꝙ licet ignorantia probetur per ſacramentum. tamen ſecus vbi tractatur de iuſtitia ignorantie:vt ibi habetur.ꝛ an poſitio ignorantie ſit affirmatiua:vel negatiua.vide no.Barto.in.l.ab eo.in.vlti.col.quomodo ꝛ quando iu.qui tenet ꝙ eſt negatiua.

a ℂ Iiſdem.ad intellectum huius.§.in.ij.parte.in eo qḋ dixit ꝙ per calumniam ſemel me de vno accuſauit non põt me amplius de alio accuſare. vide an ge.ꝛ imol.in.l.his q reuſ in.viij.char. in ver.in ea.glo.ibi in ṽ.aliud eſt.ſ.ti.i. ADDE Roma.cõſi.lio.cexiij.ꝛ cexxiij.

b ℂ Volo ꝓbare.ꝛ ſic nota.ꝙ ſi lex dicit ꝓbari poſſe ignorantiam per iuramentum tamen poſt iuramentũ poteſt aduerſarius probare contrariũ ꝛ ibi glo. in.c.ij.in ver.equipol.de tempo.ordi.lib.vi.ꝛ ad hoc ipſam allegat Imol.in.l.qui bona.§.quidaʒ.ſ.de dam.i fec.vbi cum videas.ꝛ vide quod hẽs in.l.i.alias.ij.ſ.ſi ex nora.cau.aga.ꝛ facit qḋ habetur in.l.ſi quando.C.vnde vi.et quod ibi dixi.adde qḋ nota.glo.in c.ſignificaſti el.ꝓmo.ḋ homi.ꝛ quod dixi.in.l.fin.ſ.ḋ recepta.ꝛ addde ꝙ ignorantia ꝓbatur per cõiecturas: et ſufficit.i.qḋ.i.c.ſiquis q̃.ꝛ.c.i.ꝛ.c.vt circa.de electio.in.vi.et quod not.in c.preſumitur de regu.iur.in.vi.ꝛ vide que not.bal.in.l.i.de legi.ꝛ Bal.in.l.ij.ſ.de iuriſdi.om.iudi.ꝛ glo.i.c.ad audientiam.el ſecundo.de reſcriptis.in glo.magna.ꝛ goffre.in ſumma.ḋ excep.§.ſʒ ſciendũ.

men opponitur in modum exceptõis:vtruʒ poſſet interuenire procurator:quia debʒ diſtingui. aut crimen opponitur ad aliquem repellenduʒ ꝛ poteſt interuenire:vt videmus in crimĩe ſuſpecti tutoris.aut opponitur ad aliqueʒ puniendũ ꝛ non poteſt interuenire procurator:vt extra de accuſa.c.ſuper his in fi.hoc tetigi in.l.pe.§.ad crimen.in.i.ꝛ.ij.cõtrario.ſ.ti.ꝓxi.

Ex.§.ſequenti.

ℂ Quomodo quis probet de ſua ignorãtia. Et quid ſi iurat ꝙ ignorauit quomodo ego poſſuʒ probare ꝙ ſciuit. Et an in abſoluto per inquiſitionem habeat locum diſtinctio huius.l.ꝛ quid de abſoluto ſuper exceptiõe ꝛ de abſoluto tranſactione.ꝛ quid de abſoluto per iuramentum:ꝛ an qui ſemel malus ſemper preſumatur malus.

**Iiſdem.** [a]Abſolutus nõ poteſt de eodem crimine accuſari ab eodem:vel ab alio niſi fuerit ignorans ꝛ ſuam iniuriam proſequatur. Item idem accuſator nõ poteſt ibi de alio crimĩe accuſare:niſi ſuaʒ ꝓſequat̃ iniuriam.ſecus in filio eius.hoc dicit vſq; ad.§.idem imperator. ℂ Venio ad primũ dictum.dicitur hic ꝙ abſolutus ꝛc̃. Quero que ſit iſta magna cauſa. Glo.dicit magna cauſa eſt ſi doceat de preuaricatione primi.hoc non videt̃ verum: quia ſola preuaricatio ſufficit ad tollendam exceptionem rei prius iudicate:vt.l.iij.ſ.de preuari. Dicit glo.hoc quod dixi verum eſt ſi incipias ab ignorantia:quia requirunt̃ duo:ſed ſi incipias a preuaricatione ſufficit vnum tantũ. Breuiter ſiue incipias a p̃io ſiue a ſecũdo vnuʒ tantũ ſufficit.ita tenet glo.ſ.de lib.ho.exhi.l.iij.§.ſi tamen.ꝛ idem ibi Dy.ꝛ hic.hoc etiam probat̃ de adulte.l.ſi maritus.in fi.ꝛ facit quod no.in.l.q de crimine.C.eodem.ſufficit ergo ꝙ vel probet̃ preuaricatio:vel probetur ignorantia ab eo qui ſuum dolorem proſequitur:ꝛ qḋ hic dicit̃ in tex.ꝛ ex magna cauſa ſubaudi maxime ſm vnaʒ opinionem poſitam in glo.ꝛ eſt vera. Item dicitur hic doceatq; ſe ignoraſſe.quero quomodo poterit docere de ſua ignorãtia. Dicit glo.ignorantia probatur eoipſo ꝙ non probatur cõtrariuʒ: vt.l.ſuper ſeruis.C.qui mili.non poſ.quia quilibet ignorare preſumitur:vt.l.verius.ſ.de probati.vel doceat de ignorãtia ſuo ſacramento.tene menti hãc glo. ℂ Quero dicit ip̃e ſe ignoraſſe:ꝛ iurat.ego volo probare[b] ꝙ ſciuit quomodo potero probare. Reſpondeo hoc probabo probando ꝙ erat proxim⁹ ꝛ vicinus in loco:quia ex vicinitate loci preſumit̃ ſcientia:vt in.c.i.ꝛ.ij.extra de preſump.vel probando publicam famaʒ ꝙ erat publica fama.de hoc in loco vbi verſabatur hoc no.in glo.i.l.v.C.de pericu.tu.quod tene menti. ℂ Quero hic loquit̃ de abſoluto per accuſatiõem.quid de abſoluto per inquiſitionẽ vtruʒ habeat locũ diſtinctio huius.l. Reſpõdeo ſic:quia inquiſitio ſuccedit in locũ accuſationis: vt dicam in.l.ij.§.ſi publico.ĩ.de adult.pro hoc optime facit tex.ꝛ quod ibi dicit̃ per Inno.in.c.cum dilectus.circa fi.extra de elec. ℂ Quero qd de abſoluto ſuper exceptione. Reſpõdeo aut exceptio fuit propoſita ad eundem finẽ ad quem proponitur accuſatio.ſ.ad puniendũ:ꝛ tunc ꝓceditur ſicut hic:vt.l.quod in diem.§.ſi rõnem.ſ.de compenſa.ſi vero ad alium finem ꝓponit̃: tunc ſecus.argu.l.vendicantem.cũ.l.ſequẽti.ſ.de euictio. ℂ Quero quid ſi aliquis eſt abſolut⁹ tranſactione.glo.remittit ad no.in.l.trãſigere.dicam in.l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ĩ.de adul. ℂ Quero quid de abſoluto per iuramentũ glo.remittit ad no.in.l.eum qui.§.in popularibus.ſ.de iureiurã.dicã in.l.marit⁹.ĩ.de queſtionib⁹. ℂ Venio ad ſecũdam partem.dicitur hic qui ſemel eſt malus[c] ſemper preſumit̃ eſſe malus ꝛ ecõuerſo. Sed cõtra de.l.cum te.C.de probat. Reſpõdeo ibi loquit̃ in his que curſu ſolo tẽporis mutantur:vt in etate.argu.ad hoc in.l.ſpadonẽ.§.qui abſolutus ꝛ quod ibi dici cõſueuit.de excu.tuto. In aliis vero que ſolo curſu tẽporis nõ mutant̃ debes dicere ſic vtrum de preterito preſumam⁹ in preſens tẽpus quedam ſunt que de facili perduntur ꝛ nuda voluntate:vt poſſeſſio.de hoc hic:vt in.l.ſiue poſſidetis.C.de probati.quedã ſunt que nõ perduntur ita de facili:ꝛ tũc ſiquidem preſens quaſi poſſeſſio rei habet ſe cõtra illud quod res fuit in preterituʒ: tunc dic vt plene dixi in repe.l.ſi prius.ſ.de noui oper.nũcia. Si vero preſens quaſi poſſeſſio rei nõ habet ſe in cõtrarium ad id quod fuit in preteritũ:tũc loquitur.l.noſtra.ꝛ quod not.per Dy.in.c.qui ſemel malus.extra de regu.iur.lib.vi. ℂ Itẽ oppo.dicitur hic ꝙ delictum patris filio nõ noceat contra.in.l.ſiquis.C.ad.l.iul.magna glo.nõ ſo.dic ꝙ ibi eſt caus ſpecialiſ. Dicitur hic nõ facile. ℂ Quero quare dicit hic nõ facile? Reſpõdeo quia ſi proſequitur ſuam:vel ſuorũ iniuriam admittetur:vt.l.hi tamen.in prin.ĩ.eo. Item vidi ꝙ de preterito preſumitur in preſens. quero an ecõuerſo de preſenti preſumatur in p̃terito fuiſſe qualis eſt nunc:dic plene in.l.i.§.magiſtrat⁹.ſ.de mag.conue.

**Idem imperator.** Ibi debet quis puniri vbi qs deliquit. ℂ Querit Dy.ſcõʒ quas.ll.punitur.an ſm.l.loci vbi deliquit:an ſm.l.loci.vñ eſt. Dy.determiat ꝙ debet puniri ſʒ.l.loci vbi deliquit.ita determinat hic.ꝛ de hoc per Cy.in.l.i.C.de ſũma trini.ꝛ fide ca.ꝛ ibi hoc dixi in repetitione mea.

Ex.§.ſequenti.

ℂ Vnus iudex per quem poteſt cogi ad remittendum alteri:ꝛ an cũ delictum eſt factum in eccleſia per quem debeat puniri:ꝛ an capt⁹ in vno territorio per officialeʒ territorij vicini:an poſſit repeti dominiũ territorij in quo fuit captus.ꝛ ſi poteſtas habet vnũ in carcerib⁹ pro delicto poſſit per capitaneum recõmẽdari. Et ſi aliquis fecit plura maleficia ĩ alia ciuitate ꝛ vnũ ĩ hac ciuitate:an poſſit p̃uiri ꝛ ḋ maleficiis alibi comiſſis.

**Cum ſacrilegium.** [d]Quis debet ꝓ ꝰ ſuum proceſſum expedire ꝙ̃ reũ etiã pro maiori crimine ad iudicem alterũ remittere hoc dicit. ℂ Oppo.ꝙ iudex nõ cogatur remittere reũ ad petitiõem alterius iudicis:quoniã par in parem nõ habet imperiũ:vt.l.nam magiſtrat⁹.ſ.ḋ arbi.ꝛ.l.ille a quo.§.tempeſtiuũ.ad trebel.dicit glo.ſpeciale in duobus caſib⁹.ꝓm⁹ in naufragio vt.l.ne quid.de incẽ.rui.nau.alius caſus eſt hic.

c ℂ Semel malus. Qui ſemel malus ſemp preſumitur malus intellige i eodem genere mali ſm barto.i.l.caſſius de ſena.ꝛ vide bart.in.l.ſi prius.i.ix.oppo.iij.partis.de oper.no.nunci.ꝑ Bal.in.l.fi.ff.de heredi.inſtitu.quod no.docto.in.c.inſinuatũ de ſimo.bene faciũt nota.ꝑ Bal.i.l.ex perſona.C.de prodi.late per Ia.de bel.in.l.omnes.alias ei⁹.C.ḋ inoffi.teſta.et limita:vt per Sali.in.l.ſi minoreʒ.C.de in integ.reſti.ꝛ Bal.in.l.non igitur dabit.C.ad exhi.bar.in.l.ij.de bo.poſſ.in fan.vel fu.dela.

d ℂ Cum ſacrilegiuʒ.ad de Bal.in.l.ij.C.de ſer.fugi.qui dicit ꝙ ſiquis eſt indebite captus ꝛ in alieno territorio ꝛ contra eum fuit ſententiatuʒ vel facta executio ꝙ oia tenẽt niſi fuerit appellatum.

ſed certe qualiter intelligatur. l. ne qd ibi dicam ſed quãtum ad. l. nr̃am. dico ꝙ hic nõ eſt ſpeciale. vel dicit glo. ꝙ iudex hoc facit ex vrbanitate: nõ ex neceſſitate. Cy. ſequẽdo Pe. in auc̃. qua ĩ ꝓuincia. C. vbi de cri. agi opor. in. iiij. q. dicit ꝙ hec eſt truffa. ſed ꝙ iudex hoc faciat ex neceſſitate: q: tex. in. §. ſi vero qs comprehẽſoruȝ in auc̃. vt nulli iudi. ⁊ ponit̃ in auc̃. ſi vero crimis. C. de adulte. quã allegat glo. ponit verbũ iubem⁹ ꝙ eſt verbũ neceſſitatis: ⁊ hoc puto veruȝ. ¶ Sed q̃ro per queȝ poterit cogi vn⁹ iudex ad remittẽdum alteri. videt̃ ꝙ non per aliũ iudiceȝ: q: par in parẽ ⁊c̃. ⁊ ita ſentit glo. ſed Cy. ſequẽdo Pe. dicit ꝙ par cogat eũ: q: in hoc eſt maior: ſed hoc nõ placet: q: tex. in cor. dicit ꝙ debet adiri iperator cuius auctoritate hoc fiat: ⁊ punitur iudex ſi non remiſit malefactorẽ ⁊ ſic cogetur per impatorẽ ¶ Quero delictum aliqđ eſt factũ in eccleſia: an debȝ punire iudex laicus: vel eccleſiaſtic⁹. certe iudex laicus nec dȝ fieri remiſſio[a] ad iudicem eccleſiaſticũ: vt. l. ſiqs in hoc. C. de epi. ⁊ cleri. ⁊ pro hoc optime ex̃ de imu. eccle. c. imunitatem[b]. ¶ Secũdo quero aliqs eſt captus per rectores terre vicine in territorio huius ciuitatis: an talis homo põt repeti ꝑ ciuitatẽ iſtam: cũ nõ potuerit iure capi. pro quo facit. ſ. ꝙ non potuerit. l. quis ſit fugitiu⁹. §. idẽ celſus. ff. de edil. edi. dico ꝙ põt repeti[c]: vt extra đ ṽ. ſigni. c. ex parte. ¶ Ultimo facit hec. l. ꝙ ſi poteſtas hȝ aliquem recõmendatũ in carcerib⁹ pro aliquo delicto qđ capitaneus põt facere eum recõmendari ꝑ alio delicto: ita tamẽ ꝙ proceſſus poteſtatis prius ĩchoatus nõ impediatur: vt hic videt̃: q: tenetur remittere expedito prius proceſſu criminis de quo cognoſcit. dixi in qõne: quaȝ diſputaui. tangã in. l. ij. in ſi. ĩ. ti. ꝓxi. Omiſi hic vnam q̃ſtionẽ quã format Dy. ¶ Quero ſi vnus fecit vnũ maleficium in ciuitate iſta ⁊ alibi plura maleficia cõmiſit vtrũ in ciuitate iſta hic poſſit puniri de maleficiis alibi cõmiſſis. videtur ꝙ non per iſtũ tex. ⁊ ita tenet dy. Iſtud dictum Dy. intelligo eſſe[d] verum: niſi in ciue iſtius ciuitatis qui rõne originis hic põt puniri de delicto cõmiſſo alibi: vt. l. i. C. vbi de cri. agi opor. Item dictũ Dy. intelligo ꝙ delictũ alibi cõmiſſum nõ poteſt puniri pncipaliter hic: ſȝ poteſt penã delicti hic cõmiſſi aggrauare. nam fures publici ⁊ famoſi ſuſpenduntur: vt. l. capitalium. §. famoſos. ĩ. de penis. modo ſi aliquis alibi fecit plura furta: ⁊ hic vnuȝ tãtum: tunc propter furta alibi cõmiſſa hic acrius punitur: quia ſuſpenditur. nam furta alibi cõmiſſa qualificant furtum factuȝ hic: vt acrius puniatur quia ſuſpenditur: vt. l. iij. circa finem. C. đ epiſ. aud. ⁊. l. ſeruos. C. ad. l. iuli. de vi. ⁊. l. i. ff. de iure patro.

a ¶ Remiſſio. vtrum in delictis habeat locum remiſſio quo ad recognitionem ⁊ quo ad executionem. vide Bal. in. l. ij. C. de ſer. fugi. ⁊ in. l. ij. C. man. ⁊ in. l. ſi. in prin. C. ſi a non compe. iudi. vbi ponit ad queȝ iudicem fiat remiſſio. Adde Ange. in. l. heres abſens. ⁊ que ibi dixi. ff. de iudicis. ⁊ de materia vide Glo. et Docto. in. c. i. de raptoribus. ⁊ glo. in clementina paſtoralis. in glo. ꝙ ſi publice. ⁊ ĩ glo. de more. de re iudica. ⁊ Bal. in. c. i. de controuer. ſeu. apud pares termi. ⁊ an iudex remittẽs poſſit cognoſcere de cauſa quare remittat̃. vide Bart. in. l. ſi. §. fina. đ publi. ⁊ bar. in. l. non dubito. đ cap. ⁊ poſtli. reuer. ⁊ in. l. cũctos populos. C. de ſũma tri. ⁊ Imol. in. l. penul. in pn. ĩ. tit. i. plene per Ioã. cal. in repe. c. de illis. de rap. in. l. qđ. ⁊ ibi per Moder. Pet. de ancha. in repe. c. poſtulaſti. de for. compe. ⁊ vide qđ habes in. l. a diuo pio. §. ſententiam. ff. de re iudi. ⁊ no. ꝙ đ cõſuetudine nõ fit remiſſio ĩ delictis: vt dicit Bart. in. l. ſepulchri. C. de ſepulvio. ⁊ glo. in dicta clemẽ. paſtoralis. et Imol. in. l. i. ĩ tra accuſa. ff. de publi. iudi. Et Sali. ĩ auctẽ. ſi non de adulte. ⁊ glo. ⁊ Bart. in. l. i. C. vbi de crimine. ⁊ hoc ſignanter limitatur per Bal. in. l. penulti. in. vij. colũ. C. de execu. rei iudi. niſi eſſet cõdemnatus: ⁊ per quẽ poſſit peti remiſſio. vide ibi eum in. viij. col. ⁊ que fuerit rõ quare in delictis fiat remiſſio. vide Bal. in. l. cũ archimedorã. in. ij. col. C. vt in poſ. lega.

b ¶ c. imunitateȝ. Adde ꝙ ſi delictum eſt cõmiſſum in eccleſia iudex laicus non poteſt ibi capere: ſed epiſcop⁹ ⁊ debet eum tradere curie ſeculari. auctẽ. ſiquis ei. de adulte. ⁊ ibi vide Cy. de hoc dicto Barto. vide cy. in. l. ſi fine. C. de his qui ad eccle. cõfu. ⁊ Abb. in. c. cũ ſit generale. in ante penul. col. de foro cõpe. ADDE ꝙ Roma. ſentit ꝙ nec epiſcop⁹ poteſt facere capere in eccleſia clericum propter delictum de quo eius conſilio ccxxvij. ⁊. ccxxxiiij.

c ¶ Poteſt repeti. Adde oĩno Bal. in. l. i. C. de ſuis fug. ⁊ dixi poſt glo. in. d. §. idem cecilius. ⁊ Bal. in. l. ſicuti. §. ariſto. per illum tex. ff. ſi ſer. vẽ. ⁊ qđ dixi poſt Bar. in. l. quod ait. ĩ. de adulte.

d ¶ Intelligo eſſe. delictum alibi cõmiſſum aggrauat penam delicti. ⁊ vide quod not. multũ ſingu. Salic. in. l. ſeruos. C. ad. l. iuli. de vi. aliquid in. l. iij. C. de epiſco. audiẽ. vide Io. and. in additionib⁹ Specu. in ti. de fur. in rubri. ⁊ hoc eſt verum etiã ſi dicta furta fuerunt etiam alibi punita. ⁊ quia perſeuerauit in delinquẽdo. d. l. ſeruos. ⁊ ibi Salic. in. d. l. iij. de epiſco. audiẽ. ⁊ in. l. capitalium. §. ſolent. ĩ. de penis. ⁊ hoc tenebat Ubertus de bobio. ⁊ cũ Bar. hic tranſit Pe. de ancha. in clemẽ. pma. de pe. adde no. Bal. in auctẽ. qui ſemel in. v. col. in ver. in glo. paucis quero. C. quomodo ⁊ quãdo iu. ſed aliter loquit̃ in. l. i. in. iij. col. C. de edili. actio. ⁊ adde Bal. in. l. certum. ff. ſi certũ pe. ⁊ vide Bal. in auctẽ. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. ⁊ vide ad hoc tex. in. c. i. de cler. ꝑcuſſo. ⁊ quod ibi doc. ⁊ vide Petrũ de ancha. in regula ſemel malus. in. vi. vide Ange. in tractatu maleficiorũ. in verſi. exiſtẽs florentie. in pn. ci. ⁊ ad bart. hic. ⁊ ad predicta viđ oĩno Ludo. in conſilio. cxl. incip. vt premiſſa conſultatio clarã deciſionẽ accipiat ⁊c̃. ⁊ vide vnuȝ verbum per Archi. in. c. cuȝ non ab homine. de iudi. in princi. Pet. de ancha. in. c. canonum ſtatuta. i. iij. char. in verſi. querit alibi. ideȝ Bal. ⁊c̃. extra de conſtitu. vbi refert Bal. in decĩ auctẽ. qui ſemel. Iteȝ ibi ponit: quidã occidit bannitum: poſtea non bannitum. vide bal. i. l. graccus. C. de adulte. vide eũ ibi. ADDE quomodo intelligatur ꝙ furta ẽt punita aggrauãt delictũ. quodam conſilium inter illa Bal. cccixxiiij. iij. lib.

Ex. l. ſequenti.

¶ An mulier ⁊ pupillus idiſtincte repellant̃ ab accuſando. ⁊ qd de adulto. in fame ⁊ ſocio crimiſ ⁊ an excipiendo ꝙ qs fuit ſocius crimis videatur fateri delictũ. ⁊ an ſi nõ fuit oppoſitũ his q. ꝓhibentur nõ accuſare valeat proceſſus.

## q Ui accuſare.

¶ Cognito vno de cõtrariis cognoſcit̃ aliud. ⁊ cõtrariorũ eadem eſt diſciplina. vel aliter. Omnes regulariter poſſũt accuſare: niſi perſone hic ꝓhibite. hoc dicit. ¶ No. tex. ibi: vt ſunt qui minus ⁊c̃. ex quo hẽs ꝙ pauper[e] dicit̃ q nõ habet. l. aureos in bonis. ¶ Quero hic aliqua dubia. dicitur hic ꝙ mulier ab accuſando repellitur: an eſt verũ ſimpliciter. Solu. ſi ſuã vel ſuorum iniuriã proſequatur põt accuſare: vt. l. i. ⁊. ij. ff. e. ti. alias nõ: vt hic. niſi in caſib⁹ notatis hic in glo. ⁊ no. etiã. ff. eo. l. ij. Item quero de pupillo an eſt verũ indiſtincte. Reſpõ. aliquãdo admittunt̃ ad accuſandũ cuȝ tutoris auctoritate: vt. ff. e. l. ij. i ſi. ⁊ ibi no. ⁊ etiã generaliter ſi ſuã: vel ſuorũ iniuriam proſequat̃: vt. ĩ. e. l. hi tamẽ. ⁊. ff. ti. ij. l. mulieri. alias non: vt hic. ¶ Sed quid de adulto. Reſpõ. poteſt ſi eſt maior. xx. annis: vt no. ff. e. l. ij. §. ſi. ⁊ etiam not. hic. alias nõ admittit̃: vt hic. non ob. l. qui cum maior. §. ſed ſi mi. ff. de bo. que lib. ⁊. l. poſt legatum. §. etati. de his q. vt indi. q: intelligo de minore. xxv. an. maior tamẽ. xx. hec ſolu. ad illas. ll. non eſt bona: q: loquũtur etiã de pupillo. vnde. ll. ille debẽt intelligi in caſu in quo etiã pupilluſ admittit̃ ad accuſandum. Item dicitur hic de infamibus: an eſt verũ indiſtincte ꝙ repellant̃[f] ab accuſando: Reſpõdeo qdaȝ ſunt infames de iure: qa condemnati publico iudicio: ⁊ iſti nõ admittunt̃: niſi ſuã: vel ſuorum iniuriã ꝓſequant̃: vt hic. vel niſi in caſib⁹ exceptuatis: vt. l. mulier. ĩ. eo. ⁊. l. famoſi. ĩ. ti. ij. ⁊ niſi cõtra ſuuȝ accuſatorem: quia tũc damnat⁹ de publico iudicio admittitur ad accuſandũ ſuum accuſatorẽ: vt. l. is qui reus. ff. ti. i. Infames vero[g] de facto: nõ repitur

e q ¶ Ui accuſare. pauper. adde Bart. in. l. ſi conſtante. ſolu. mat. alibi dicit̃ diues vel pauper ſcđm ꝙ iudex eſtimabit. auc̃. preterea. C. vñ vir ⁊ vxor. licet aliter loquatur glo. in corpore vnde ſumitur. in eximia vero paupertate dicitur ille qui ſtat in hoſpitali. l. ſi quis ad declinandam de epiſco. ⁊ cleri. ⁊ vide quod not. in auctẽ. de fide inſtrumẽtoꝝ. §. finali. Item quantitas dicitur magna et parua iudicantis arbitrio: vt in auctẽ. de iudi. §. ne auteȝ. ⁊ vide que no. Archi. in. c. fina. de teſtamẽ. in. vi. Ange. hic. ⁊ Bartol. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in. v. alias. vi. col. ff. pro ſocio. ⁊ Hoſtien. in. c. quod ſuper his. de voto ⁊c̃. ⁊ Bal. in dicta. l. ſiquis ad declinandam. in. iij. col. ⁊ glo. ⁊ Bar. in auctẽ. minoris debitor. C. qui da. tu. poſſ. ⁊ in dicta. l. admonẽdi. ⁊ quis dicatur teſtis pauper. vide glo. no. in auctẽ. de heredi. ⁊ fal. §. ſi vero abſint. ⁊ ibi per Ange. ⁊ differẽtia eſt inter pauperem ⁊ inopẽ. quia pauper eſt qui parum habet. inops qui nihil. ſcđm Dy. ⁊ Pau. de caſt. in dicta. l. id quod pauperibus ⁊ differentiam inter pauperem ⁊ in penuria cõſtitutum vide per Archi. in. c. peri. de ſta. reg. in. vi.

f ¶ Quod repellantur. vtrum infames admittantur ad accuſandum. vide Cy. ⁊ Sali. in. l. ſi magnum. C. qui accu. ⁊ Bart. in. l. ij. §. ſi publica. in verſi. vlterius quero. de adul. cano. in. c. i. extra eodem. ⁊ vide. ff. no. in. l. qui iudicio.

g ¶ Infames vero. adde Bal. ⁊ Imol. in. l. is qui reus. ff. ti. i. in. ij. charta. per Specu. in ti. de accuſa. §. i. verſi. ſed quid de his q. ⁊ Imol. in. c. i. ⁊ in. c. omnipotens. extra eo.

ꝙ repellanẜ ab accuſando: ⁊ de iſtis infamibus de facto tangit Spec. in ti. de accu. §. i. verſi. ſed quid de his. ¶ Item hic dicitur de eo qui habꝫ plures accuſatores. hoc examinabo in. l. hos accuſare. §. lege. ĵ. e. ¶ Quero[a] vtrū ſint alij qui repellanẜ ab accuſando ꝙ numerati. hic glo. ponit plures inter quos numerat ſocios eiuſdē criminis: vt. l. ſi filiū. de lib. cā. ⁊ bene dicit. ¶ Sed qualiter poterit opponi exceptio tu es ſocius criminis nōne ſm hoc videẜ excipiens confiteri crimen. de hoc hēs glo. q̄ hoc declarat in. l. ſi filiuꝫ. ⁊ ex̄ de teſti. c. i. lib. vi. circa fi. ꝑ Io. an. ⁊ plures alios q repellunẜ ab accuſando. vide Spe. de accu. Itē diciẜ in. l. nulli. ꝙ pauper eſt qui nō hꝫ. l. aureos in bonis. qđ tene mēti ad modū ꝓbandi paupertatē. hoc plene examinaui in. l. ſi ↄſtante. in pn. ſ. ſol. ma. in repe. quam feci. ¶ Venio ad. l.[b] hi tamē. ⁊ oppo. ad eaꝫ. ĵ. ea. l. §. fi. Rñ. fallit in liberis ⁊ libertis: vt ibi videbitis. ¶ Iteꝫ op. de. l. ſi maritus ſit in ma. in prin. ĵ. de adul. Rñ. ꝙ ibi etiā fallit ꝙ non pōt accuſare ſuā vel ſuoꝝ iniuriā ꝓſequēdo. vide gl. que incipit: vt mulier. ¶ Op. ſ. ꝓxi. So. fallit in iſtis ſm quoſdaꝫ. alij dicunt ꝙ iſti etiā in grauibus criminibus cōtra eoſ cōmiſſis poſſunt eos accuſare: vt. l. ꝓpter. C. eo. qđ glo. nr̄e nō placet excepto crīne maieſtatis et adulterij. Iac. de are. videtur hic dicere hoc eſſe verū indiſtincte vbicūqꝫ atrox iniuria in iſtas ꝑſonas īfertur: vt mutilatio mēbri vel ſi. vt. l. ſi adulterium cū inceſtu. §. liberto. ĵ. đ adul. ¶ Quero vos videtis ꝙ q̄dam ꝑſone ſunt que ab accuſando repellunẜ. quid ſi nō fuit eis oppoſitum: an valeat ꝓceſſus. Breuiter de hoc dicam. ĵ. ad tur. l. i. §. accuſatorem. ⁊ ibi videbitis tex.

[a] ¶ Quero vtrum. adde bal. i rub. C. q accu. ⁊ ibi glo. bar. i. l. i. §. ſi ſeruus. đ q̄ſtio. ⁊ vide bal. i. l. ſi magnum. C. q accu. ⁊ in. l. ſi filium. de li. cauſa.

[b] ¶ Vēio ad. l. an pater poſſit accuſare filiū. vide bar. in. l. iauditum. in pn. ci. ĵ. de ſicca.

**Ab alio.** De hoc qualiter accuſat⁹ poſſit ab alio accuſari videbitiſ. ĵ. e. l. ſenatus. de eo cuius nomē eſt abolitum qualiter poſſit accuſari. vidiſtis. ſ. eodem. l. libellorum. §. finali.

Ex. l. ſequenti.

¶ Exceptio nō poſſum accuſari eſt dilatoria.

b **Os accuſare.**[c] Vidiſtis qualiter accuſatio dꝫ formari. Item q̄ perſone poſſunt accuſare ⁊ que nō. hic aūt incipit dicere que perſone poſſunt accuſari ⁊ que non. ¶ No. tex. ibi legatum prouinciale. i. de ꝓuincia miſſum ad ciuitatem romanā ſeu ad principem. ¶ Oppo. ꝙ ille qui eſt in officio poſſet accuſari: vt. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fi. ĵ. de adulte. Solu. poteſt accuſari nō vt procedatur: ſed vt differatur donec deſinat eē officialis: ⁊ ideo in ciuitate iſta priores poſſunt accuſari: non vt procedatur: ſꝫ vt differaẜ quouſqꝫ deſināt eſſe priores. ¶ Quero quid ſi iſta exceptio non poſſum accuſari ſit omiſſa: vtrū ꝓceſſus remaneat validus. Reſpō. iſta eſt exceptio dilatoria. ⁊ ideo non poteſt obijci: niſi vſqꝫ ad lit. cōte. ſeu quouſqꝫ nomen eſt receptum inter reos: vt. l. ſi maritus. §. pręſcriptōe. ĵ. de adul. ⁊ probatur. ĵ. proxi.

[c] b Os accuſare. limita: vt ꝑ Bar. i. l. marito. §. illud. ĵ. de adul.

**Hoc beneficio.** Iſte eſt valde no. §. ego dixi. ſ. ꝙ iſte exceptōes ego non poſſuꝫ accuſari debent opponi ante nomen rei receptum inter reos non poſt. ¶ Quero ergo quid ſi iſtas exceptiones ego non oppoſui ante nomen receptuꝫ inter reos demum facta nominis receptione nomen fuit abolitum: ⁊ alius vult me repetere ſm. l. libellorum. in fine. ⁊. ſ. proxi. in fi. an cōtra repetentem potero iſtas exceptiones obijcere reſpondet iuriſconſultus ꝙ ſic. hoc dicit. ¶ Nota ꝙ poſt nomen rei receptum inter reos iſte exceptiones ꝙ quis non poſſit accuſari: non poſſunt opponi: niſi abolitio ſit facta: ⁊ de nouo repetatur. ¶ Oppo. de. l. ſiquis repetere. ĵ. ad turpil. dicunt quidam hic loquitur extraneo repetēte. ibi repetente primo accuſatore. Alij dicūt ꝙ hic loquitur in dignitate ſuperueniente poſt nomen receptum inter reos. ibi vero in dignitate que competebat ante nomen rei receptuꝫ inter reos. vnde imputet ſibi ſi non excepit ante. quelibet iſtarū ſolutio. eſt vera: ⁊ ideo coniunge eoſ ſimul ⁊ habebis hāc doctrinam ſatis bonā. aut dignitas ex qua iſta exceptio dilatoria ſeu declinatoria cōmuniter ſuperuenit poſt litē cōteſta: ſeu poſt nomen rei receptum inter reos: ⁊ tūc indiſtincte poteſt opponi iſta exceptio: vt hic ſm vnam lecturam. ⁊ argu. C. de cōſor. eiuſdem litis. l. ij. Si vero ante nomen rei receptum inter reos erat illa dignitas ⁊ non fuerit oppoſita exceptio: tūc aut vult eam opponere in eodem iudicio ⁊ non poteſt: vt. l. ſi marit⁹. §. preſcriptio. ĵ. de adulterijs. aut vult eam opponere cum repetitur poſt abolitionem conceſſam: ⁊ tunc aut prius accuſator repetit ⁊ non poteſt opponere: vt. l. ſiquis repetere. ad turpil. aut eſt extraneus repetens: ⁊ poteſt opponi: vt hic ſm vnaꝫ lecturaꝫ ⁊ ſm predicta videtur hic cāus ꝙ ſi poſt lit. conteſta. quis eſt effectus clericus: vel preſbyter ꝙ poteſt opponere exceptionem declinatoriam iudicij. caſus eſt hic ſm illam lecturam ꝙ ſi dignitas ſuperuenit poſt lit. cōteſta. ⁊ hoc nō examino hic: ſed examinabo in. l. i. in fine. ĵ. de pen. ¶ Quero qualiter fiat receptio inter reos. dicit glo. poſt lit. cōte. dixi plene in. l. is q reus. ſ. ti. i. Item hic loquitur de repetito. an loquitur de repetito ante triginta dies: vel poſt. quidam de repetito poſt triginta dies. ſed tunc nullum eſſet dubium: quia tunc non poſſet repeti: niſi ſuper nouo proceſſu: vt diximus in. l. libellorum. in fine. ſ. eodem. intellige glo. de repetito infra triginta dies.

Ex. §. ſequenti.

¶ Quādo plures vno libello accuſari poſſunt. ⁊ cāu quo plures accuſari non poſſunt ſi nō fuit oppoſitum: an valeat proceſſus.

**Lege iulia.** ¶ Opp. fortiter ꝙ poſſit quis cōqueri de duobus: vt. ſ. eodē. l. qui accuſare. verſi. alij propter turpem. vbi inuit ꝙ duo poſſunt accuſari ab eodem. Tres ſunt ſolutiones[d]. prima ꝙ vnus non poteſt accuſare duos vno libello: ſed pluribus ſic. alij dicūt ꝙ nec diuerſis libellis poſſunt duo ab eodem accuſari. Nō obſtat. l. cōtraria. q: ibi fuit factū: licet fieri non debuerit. ex hac ſolutio. no. ꝙ ſi duo accuſantur ab eodem licet non poſſit fieri valet iudicium ſi non opponatur. ad idē facit quod not. in. l. ſi accuſatoribus. C. eodem. ⁊. l. i. C. ſi reus vel accuſa. mor. fu. Tertij ſoluunt hic de diuerſis criminibus ibi ex vno. qualiter hoc debeat intelligi dicam incontinenti. ¶ Oppo. ꝙ vno libello poſſunt accuſari duo: vt. l. qui pupillam. §. finali. ⁊. l. vim paſſam. § inceſti. ĵ. de adulterijs. Glo. ſoluit ibi. ⁊ intelligit ibi in diuerſis libellis. Breuiter hoc ē truffa: veritas ē.[e] aut quis vult accuſare plures de vno delicto: qa aliquid ſimul fecerunt: tunc etiam ſi eſſent mille poſſunt accuſari vno libello regulariter: vt dicta. l. vim paſſam. §. inceſti. ⁊. l. qui pupillam. in fi. ⁊. C. ſi reus vel accuſator mor. fu. l. i. ⁊ ītelligo

[d] ¶ Lege iul. tres ſunt ſo. vide q̄ dixi i. l. libelloꝝ. § pe. ſ. đ adul.

[e] ¶ Veritas eſt. procedit cumulatio ſi non opponatur. adđ bal. in. l. cum rōnibuſ. C. qui accu. ⁊ bar. in. l. pe. ĵ. ad turpil.

a ¶ Unum delictum. Quomodo cognoſcatur an ſit vnū delictuꝫ: vel plura. adde Bal. in. l. cum rōnibus. C. qui accuſa. ⁊ an mandans ⁊ faciens poſſint vno libello accuſari tanꝗ ſit vnū factum. vide bal. in. d. l. cū rōnibus. in. i. ⁊. iij. q. ⁊ in. l. i. C. ſi reus vel accu. mor. fue.

b ¶ Accuſare diuerſos. Sali. in. d. l. homicidij. C. eo. colligit ibi ex glo. ꝙ quis eodem libello pōt accuſare plureſ de diuerſis criminibꝰ ſimul. i. adinuicem ſociatiꝫ cōmiſſis: ſed intellige ſimul: vt. ſ. h. §. per bar. ⁊ dicit hic An ge. ꝙ quādo accuſanſ plures ad proſecutōnem ſue vel ſuorum iniurie ſi delicta ſint diuerſa ex diuerſis factis reqrunſ diuerſi libelli: ſicut dicimꝰ in ciuilibus per not. ꝑ eū i. l. ſupra iter. §. caſſius. ð aqua plu. ar. adde no. per Barto. in. l. edita. i. q. an requirantur diuerſi libelli. C. de edē. ⁊ hoc dictuꝫ ab alio expſſius ſi legi. qð no. Pro intellectu huiꝰ tex. in fi. ⁊ vide Alex. in. l. ſi idem cum eodeꝫ. de iuriſ. om. iudi. ADDE ꝙ iſte qui fecit hanc apoſtillam non vidit alex. in. l. edita. q: duꝫ Bart. ibi dicit de cumulatōe quādo actōes ſūt diuerſe numero ⁊ ſpecie ð bere preponi diuerſis libellis pau. ð caſt. ibi dicit imo. codē libello p. c. q. relā. de elec. ⁊ tot dicenſ libelli quot cāe ⁊ ꝙ i eodem libello poſſit cumulari plures acti. ex diuerſis cāis ad diuerſa ēt ſi nō ſint vniformes ⁊ eiuſdē generis. dicipſe eē tex. in. l. ſi idē cum eodē. ſ. ð iuriſ. om. iudi. q: illa. l. ſi hēret dubiuꝫ ſi loquereſ in diuerſis libellis. Itē dicit hoc eē manifeſtū ꝑ iura que volunt petitoriū ⁊ poſſeſſoriū recupande vel adipiſcende poſſe ſimul eodem libello cumulari: vt. c. cum eccleſia. ⁊. c. paſtoralis. de cā poſ. ⁊ ꝓprie. vñ ꝓpter hec in. d. l. edita. d. Alex. dicit ꝙ opi. pau. de ca. eſt multū ſubſtētabilis ⁊ ꝙ ſuā opi. tꝫ glo. in cle. diſpēdioſaꝫ in vbo ꝑſonalibꝰ de reſcrip. ⁊ Sali. in. l. ſiqs homicidij. C. h. eo. ti. vbi dicit ꝙ opi. bart. iure nō ꝓbaſ ⁊ eē tex. ꝯtra ipm in. d. l. ſi quis homicidij iuncta glo. in v̄. putauerit. in fi. cū hac ēt opinio. dicit cōcordare bal. ibi i repe. paduana i. xviij. q. cū qbꝰ oībꝰ ipſe ēt trāſire videtur qð. v̄o qſ poſſit vno libello diuerſos ex diuerſ cāiſ cōuenire tenuit Cy. i. l. co ꝙ a multis. ⁊. C. ſi cer. pe. queꝫ Cy. refert. ⁊ ſeqtur ro. cōſilio. ccxl. lꝫ de ꝑdictis ꝑ ſati doc. mētionē non faciant q̄ autē ſit rō ꝙ ſecꝰ ſit in crīnali bus: vt in. d. l. cū rōnibus collige ex dictis in. d. cōſilio.

c ¶ Quid ſi plures. adde bar. i. l. edita ⁊ ibi ꝑ alexā. i antepe. col. de eden.

d ¶ Oibꝰ aūt. lꝫ ꝙ nullo caſu cadat in ſuū tꝫ ang. h ſali. i. l. ij. C. de accuſ. de quo late per imo. in. l. ſui. ſ. ð appel. ⁊ vide oīo barto. in. l. i. ſ. ſi fa. fur. ſe. dic vbi videſ tenere ꝯtriuꝫ ꝑ quo i. l. i. ſ. ð bo. lib. i ꝓn. poteſt eni ſi vult ad euitandū penaꝫ corporalem ſerui ſoluere ꝑ eo penā pecuniariā ꝑ. l. agraria. de termi. mo. iuncta. l. iteꝫ veniūt. §. recte. de pe. hereditatis.

vnum delictumᵃ etiam ſimul plura facta: vtputa plures percuſſerūt vnū diuerſis ꝑcuſſionibus ſimul: vnꝰ cum gladio alius cum baculo: vel duo ſe inuicē ꝑcuſſerunt: totū hoc reputo vnū factuꝫ ad hoc: vt vno libello poſſint accuſari. tex. videſ. C. eo. l. ſiquis homicidij. arg. ad hoc quod no. C. vñ vi. l. i. in fi. magne glo. Item intelligo vnū factum mādantis ⁊ facientis. tex. ē i. l. nihil. §. fi. ſ. de adul. facit. C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. i. et qð ibi no. doc. lꝫ ſe multū inuoluāt. dicam in. l. nihil. Fallit quod. ſ. dixi in crimine adulterij: vbi duo nō poſſunt ſimul accuſari maſculus ⁊ femina: vt. l. ſi maritus. §. fi. ſ. de adul. ⁊. C. de adul. l. reos. ⁊ rō colligitur ex. l. denūciaſſe. §. fi. ſ. de adul. Si vero vult accuſare diuerſosᵇ ⁊ de diuerſis crīnibus diuerſis tēporibus cōmiſſis: tunc duoſ pōt: vt. l. cum rōnibus. C. eo. ⁊. ſ. e. l. qui accuſare. non tamē vno libello: vt hic. plures vero non poſſet accuſare: niſi ſuam vel ſuoꝝ ꝓſequatur iniuriam: vt hic. ⁊. d. l. cū rōnibus. tene iſta menti. ¶ Quero qd ſi pluresᶜ accuſanſ vno libello cuꝫ non poſſint accuſari: nec eſt oppoſitū an procedat iudicium. glo. hic ſm vnā ſolutionē tenet ꝙ ſic. ad idem facit. l. ſi accuſatoribꝰ. C. eo. ⁊ quod ibi no. In cōtrarium facit. l. ſi maritus. §. fi. ſ. de adulte. vbi videſ ꝙ nulluꝫ ſit oīno iudiciū. Sol. potes dicere ꝙ in illo crimine eſt ſpāle. nō habetis hic alia dicenda.

## Si ſeruus.

¶ Oppo. ð. l. domicianus. ſ. ad turpil. ⁊. l. ij. ſ. ti. i. Solu. in cuſtodia carcerali fallit. ¶ Iteꝫ oppo. C. de adulte. l. quoniā. Sol. glo. fallit in illa exceptione lenocinij quaꝫ liber poteſt opponere ⁊ nō ſeruus. Breuiter exceptio lenocinij ſi opponaſ ad grauādum accuſatorem nō poteſt opponi per ſeruū: vt ibi. ſed ſi opponitur ad defenſionem: tunc poteſt opponi per ſeruuꝫ: vt hic. ⁊. l. ſeruos. ſ. eo. ti.

Et. §. ſequenti.

¶ An pena abſciſionis membri vel dānationis in metallum cadat in ſeruū. Et an pena deportatiōis ⁊ pecūiaria cadat in ſuuꝫ: ⁊ ſtāte ſtatuto ꝙ facienti ſanguinē in platea amputetur ſibi manꝰ dextra: ſi illam nō habet delinquēs iudex alterabit penam.

## Omnibus autem.

Iſte. §. ſcholaribus videſ difficilis: ſꝫ mihi videſ utilis ⁊ clarus. ⁊ diuiditur in tres ꝑtes. ꝑmo qñ pena non cadit in ſeruū: ideo q: non pōt priuari bonis que non hꝫ. qñqꝫ pena nō cadit in ſeruū: q: non pōt priuari ſtatu quē non habet. qñqꝫ pena nō cadit in ſeruū: q: in eū vba. l. nō cadūt. iſtis tribus caſibꝰ loqtur hec. l. ſecūda ibi. idēqꝫ dicendū. tertia ibi item nec. l. pomp. q̄rto redit ad primuꝫ ibi. item cornel. qnto conſulit in oībus predictis. ibi: ſed durior. ⁊ ſic qnqꝫ particulas hꝫ. Aduerte videſ ꝙ iſte pene cadant in ſeruū quādo hꝫ aliquid. ſ. peculium: vt. ſ. de peculio. ꝑ to. Sol. peculiū nō auferſ dñō: vt. l. i. ⁊. l. ſi filius. C. de bo. preſcrip. ¶ Secūdo oppo. diciſ hic ꝙ ſerui. l. iul. de vi ꝓua. accu. nō poſ. cōtra. C. ad. l. iul. de vi. l. ſeruoſ. ⁊. l. ſi crīnis. Reſpō. non pōt accuſari ſeruus: vt puniaſ in bonis: ſed vt puniaſ corporaliter ſic. ⁊ ideo eſt inſpiciēda cōcluſio: q: ſi dicis quare pe‑to puniri in tertia parte bonoꝝ nō concluderes. Si v̄o ſimpliciter peteres eū puniri intelligereſ de pena corporali: ꝓut dicūt ꝑce. ll. ſ. alle. Iteꝫ dicitur hic ꝙ pena capitis nō cadit in ſeruuꝫ: vt hic in fi. ſed cōtra. q: in prin. diciſ ꝯtra. So. qdā hñt i lrā ꝯuēit qdā hꝫ i lrā nō ꝯuenit. gl. dicit ſic pena capitis q̄tū ē ad penā corꝑalē cadit i ſuū: ſed quātuꝫ ē ad adēptionē bonoꝝ non cadit in ſeruū. ¶ Itē oppo. ꝙ pena relegatiōis cadat in ſeruū: vt. l. ij. ſ. qui ⁊ a qbꝰ. ⁊. l. ij. C. de ſepul. vio. So. quātum ad penā corporalem cadit in ſuuꝫ ſed non q̄tum ad ademptionē bonoꝝ. ¶ Pro declaratione quero ꝑmo vtrū pena capitalis ad delictū loquendo: vel mēbri abſciſionē cadat in ſeruū: Rñdeo ſic: vt hic. ⁊. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. ⁊ in auc. ſed nouo iure. ⁊. l. ſi crīnis. ad. l. iuli. de ui. ⁊. l. ſeruos. ⁊ inſti. de pub. iudi. §. item. l. cor. de fal. ¶ Quero vtrū pena dānatiōis in metallum cadat in ſeruū. videſ ꝙ nō: q: per penaꝫ damnationis in metallū ꝑdit quis ciuitatem ⁊ libertatē: ſed ſeruꝰ non pōt perdere ciuitatē vel libertatem. ergo ⁊c. ¶ In cōtrariū eſt veritas: vt. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. ⁊. l. aut dāna. §. fi. ſ. ð pe. ⁊ ſi dicis qd facit dānatio in metalluꝫ ſeruo: Reſpondeo q: eſt magis aſtrictus ⁊ affligitur in corpus ꝓpter onus metalli. Item ꝑdit ſpem libertatis cōſequēde a dñō: quoniaꝫ ē ſeruꝰ pene. ¶ Item q̄ro vtrū pena deportatiōis ⁊ relegatōnis cadat in ſeruū. Reſpō. q̄tum ad hoc: vt perdat ciuitatē vel libertatem nō cadit in eū: qa nō hꝫ: ⁊ hoc vult dicere iſte tex. ſꝫ q̄tū ad hoc: vt ꝑdat ſpeꝫ hñde ciuitatis ⁊ libertatis cadit in eū: vt. l. ij. ſ. qui ⁊ a q. ⁊. l. ij. C. de ſepul. vio. ¶ Quero vtrum pena pecuniaria cadatᵈ in ſeruū. Rñ. q̄dam eſt pena pecuniaria ꝑ reſpectū ad bona ſerui: ut tertia ꝑs bonoꝝ publiceſ: vel oīa. ⁊ iſta nō cadit iu ſeruo: vt hic in prin. q̄dam eſt pena pecuniaria in genere: ut puniaſ in. c. libris: vel mille: ⁊ iſta pena nō video q̄re nō cadat in ſeruū: q: ſeruus pōt habere pecuniam: quā dabit cōniuētibus oculis dñī: uel alius dabit pro ſeruo: vt. l. iiij. in prin. ⁊. §. i. ⁊. ij. ſ. de manu. ⁊ idē dico i monacho: q: lꝫ pena pecuniaria reſpectu bonoꝝ oīum: uel quote partis bonorū non cadit in eum: quia bona nō habet. tñ pena pecuniaria in genere bene cadit in eū: q: alius pōt ſoluere pro eo. hoc tangitur in Spe. de reo. §. i. ver. ſed an monachuſ. ⁊ Inno. alibi uideſ uelle ꝙ oīa iura que loquūtur de ſeruis pñt trahi ad monachū: vt ex̄ de priui. c. cū olim. ſed cōtra ꝑdicta multuꝫ facit iſta. tex. q dicit. Ideꝫ ē dicēdū in ceteris legibus qbus pena pecuniaria erogatur. Sed ego intelligo pecuniaria. ſ. publicatiōis bonorum oīum: vel certe partis. ſecus ſi iponiſ certa pecuniaria pena ſimpliciter nō ꝑ reſpectū ad certa bona. ſi eni ſeruus pōt ſe redimere: quare non pōt redimere penā non video. Iteꝫ dicitur hic nec pompeia. de parri. ¶ Oppo. ꝙ cadat in ſeruū. nam ſeruus pōt hēre patrem ⁊ matrem: ut. l. iij. ſ. de lib. cā. ⁊ de in ius vo. l. parentes. So. debes ſcire ꝙ iſta noīa pater ⁊ mater pñt accipi dupliciter. ꝑmo ꝙ ſint ſignificatiua cognatiōis: que eſt de iuregē. ⁊ iſto modo nō cadit in ſeruuꝫ: qa nō habet cognatiōem: ut inſti. de ſer. cog. in prin. Secundo poſſunt accipi: ut ſint ſignificatiua natu‑

a ℭ Alterabitur pena.no.ꝺ alteratio.pene īpoſita a.l.vel a ſtatuto.⁊ vide bal.i.c.i.ꝺe phi.ſeu.ali.ꝑ lotha.⁊ qꝺ no.i.d.auc̄.ſꝫ nouo iure.⁊ i.l.ſi fugitiui.C.ꝺe ſer.fu.⁊ i.l.ij.C.ſi iſra.cer.tē.⁊ imo.i.l.ij.ſ̄.ꝺe pub.iu.⁊ q̄ ꝺixi ī .l.vulgaris.ſ̄.ꝺe fur.⁊ qꝺ no.bal.in.l.i.i vi.col.v̄.ſed nūqd pena.ꝺe ſen. q̄ ꝑ eo qꝺ inter.⁊ qd ſi man⁹ eſt arida.vide bal.in.d.l.ij.vt infra cer.tē.⁊ adde Jo.an. ī regula.ī penis.la.i.in mercuria.

b s Enat⁹. q̄ro exēpla.vide q̄ ꝺixi.ſ̄.e.in.l.libelloꝝ.§.ſꝫ ſi aliꝺ.in p̄n.⁊ id qꝺ ꝺicit̄ ꝺ ſcō ſuo nō eē ſcpi⁹ ī mediū ē veꝝ poſtq̄ꝫ ē ꝯdēnat⁹ aſ̄ ſic.ſm gl.ꝺe heretiſ.ꝑ h̄ ī vi.⁊ vide ad bart.h̄ plene ꝑ glo.bart.⁊ ꝺoc.i.l.q ꝺe crīne.C.eo.

c ℭ Opp.tex.ꝺicit.⁊ qd ſi ꝑ.ll.ſeq̄ntes īponat̄ maior pena q̄ꝫ ꝑ p̄cedenteſ. ꝺic q̄ vtraq̄ꝫ tenebitur:vt not.ꝺecidit bar.i.l.ſi.C.ꝺe aq̄duc.li.x.alias.xi.vide i.l.ſactio.j̄.ꝺ pe.⁊ q̄uo cognoſcatur an maleficiū eadem.l.vel alia puniatur vide bal.i.l.ſiqs nō ꝺicā rape in ſi.ꝺe epi.⁊ cleri.⁊ bal.i.l.ij.i vltī.col.ꝺ pba. Et circa hāc materiā.viꝺ ang.i.l.ſi vacātia.p⁹ mediuꝫ.ꝺe bo.va.li.x.ꝺum tractat ꝺe.l.nullū.C.ꝺ teſti.⁊ qꝺ not.bart.i.l.pri.ad ſi.⁊ vide bal.ī.l.cūctoſ populos.in vij.col.C.ꝺe ſū.tri.⁊ in.l.plꝫ.C.ꝺe ſac.ſan.ec.⁊ i.l.ſi ſepulchri.ꝺ ſepul.vio.⁊ qꝺ no.bal.i.l.ſiqs nō ꝺicā rape i.iiij.⁊.v.col.C.ꝺ epi.⁊ cleri.⁊ no.bal.i.l.⁊ ſi ſeuerior.i.vj col.C.ꝺe iſa. adde ēt q̄ ſi nō eſt adhuc īpoſita pena ex̄ordinaria poterit īpōi ordinaria:⁊ vbi ē īpoſita ītegra pena pōt iterato puniri:vt cō-

re:ut pater ꝺicat̄ generator:filius generatus:⁊ iſto mō cadit in ſeruum:⁊ ita loquit̄ iſte tex.no. q̄ āt iſta ꝟba pater ⁊ mater ſint ſignificatiua nature:⁊ naturaliter ꝑſonas ꝺeſignent.ꝓbatur in .l.tutelas.ſ̄.ꝺe capi.ꝺimi.⁊ ſm hoc facit optime .§.iſte.ad id qꝺ ꝺixi.ſ̄.e.l.ij.ſ.q̄ filius ſpurius ⁊ filia ſpuria admittant̄ ad accuſandū.⁊ hanc.l. ibi adiunge. ℭ Ultimo ibi:ſed ꝺurior. No. mirabilem caſum q̄ quādo pena que imponit̄ a.l. non cadit in ſeruū:tunc officio iudicis alterabitur pena[a].qꝺ perpetuo tene menti ad q̄ōneꝫ.ſtatutum ꝺicit q̄ qui fecerit ſanguinē in platea amputabitur ſibi manus ꝺextra.q̄ ſi nō habet manuꝫ ꝺextrā:certe nō cadit in eū iſta pena:⁊ iō punietur extra ordinē arbitrio iudicis:cāus eſt hic ꝺoc.tangunt in auc̄.ſed nouo iure.C.ꝺe ſer.fu. Sed licet alia pena arbitrio iudicis imponatur. quero vtrum erit accuſatio ex illa.l.antiqua:vel erit noua accuſatio extraordinaria. Reſpondeo erit accuſatio ex illa.l.cāus eſt in.l ſi criminis.C. ad.l.iul.ꝺe vi:ꝯiuncto hoc.§.⁊ l.ſeruos.C.e.ti. facit qꝺ ꝺixi.ſ̄.ti.i.l.i.

Ex.l.ſequenti.

ℭ An exceptio ego ſum accuſat⁹ ꝺe iſto ꝺelicto impediat ſecundi accuſationē:ibi. Circa. Et an cū in primū iudiciuꝫ eſt omiſſa vna qualitas poſſit propter illam omiſſam nouū iudicium inchoari:ibi. Extra. Et cū ſecūda accuſatio admittit̄ propter omiſſam qualitatem q̄ erit officiū iudicis:ibi. Quero. Et cū quis ꝺe eodem crīne accuſatur a ꝺiuerſis tamē eſt ꝺiuerſitas in loco:vel in confinibus quid faciendum.vide in fi.

s **Enatus.** Hec eſt vna ſolēnis lex. Pro ꝺeclaratōe quero exempla[b].l.glo.ponit exemplū in eo qui occidit filiuꝫ.tenetur enim.l.corne.ꝺe ſic. ⁊.l.pōpeia.ꝺe parrici.ſꝫ lꝫ vtraq̄ꝫ.l.teneat̄.tū nō pōt vtraq̄ꝫ.l.puniri.⁊ qꝺ ꝺicit glo.nō tollit̄ vet⁹ per nouā:verū eſt quo ad origineꝫ:quoniā vtraq̄ꝫ.l.tenet̄ ſed quātum ad executionē tollitur:vt ꝺicit̄ in tex. ℭ Ad hanc caſus poſitionē op.tex. ꝺicit[c] ob id crimen:ſed caſus poſitio p̄ꝺicta loquitur ꝺe ꝺuob⁹ crīnibus.ſ.homicidio ⁊ parricidio lꝫ ex vno facto oriant̄.ergo iſta poſitio caſus lr̄e nō cōgruit. Preterea iſta caſus poſitio videtur falſa:qa q̄ñ ex vno facto oriunt̄ ꝺuo crimina ex vtroq̄ꝫ punitur:vt.l.ſi adulterium cuꝫ inceſtu.j̄. ꝺe adul. Suſtinēdo hanc lect.poſſumus ꝺicere q̄ textui applaudet.nam qꝺ ꝺicit ob id crimen. intelligo.i.ob idem factum.ad.l.ſi adulteriū cū inceſtu. Reſpondeo.⁊ aduerte quādoq̄ꝫ ex vno facto reſultant ꝺuo crimina ſeu ꝺuo ti. criminis que ſe habēt:vt genus ⁊ ſpcies:vt homicidium qꝺ eſt genus:⁊ parricidiū qꝺ eſt ſpecies homicidij⁹.iſto caſu non pōt puniri:niſi vna.l.tantum hic eſt cāus.hic no.ſm hanc lectu.⁊ ad idem.l. pretor edixit.§.i.ꝺe iniur. Si vero reſultant ꝺuo crimina que ſe habēt:vt ſpecies ſeperate ⁊ ꝺiſtincte:tunc ex vtraq̄ꝫ parte punit̄.caſus eſt in.l.ſi adulterium cum inceſtu.j̄.ꝺe adulte. Exempla ꝺe hoc poſſunt eſſe plura.pone exemplum in ꝺelictis nominatis.aliqs interfecit vnum homineꝫ in eccleſia:⁊ ſic vno actu homicidiū cōmittitur: quia occidit hominē ⁊ ſacrilegium:quia turbat ꝺiuina officia:vt.l.ſiquis in hoc.C.ꝺe epi.⁊ cle.

tunc reſultant ꝺuo crimina ꝺiſtincta ⁊ ſeparata: ⁊ ex vtroq̄ꝫ punietur. Item pone exemplū in ꝺelictis nō nominatis[e]:vt quia extrahēdo tibi cultellum ꝺe manu vulneraui te ⁊ ꝺerobaui te:tūc ex vno actu reſultant ꝺuo crimina ꝺiſtincta ⁊ ſeparata ⁊ ex vtroq̄ꝫ venit puniendus:nec habet locum hec.l.ſecus ſi illa ꝺuo crimina ſe habent: vt genus ⁊ ſpecies:vt hic.alij ponunt exēplum i eo qui fecit ſocietatem cōtra innocēteꝫ qui tenetur.l.iuli.ꝺe vi priua.⁊.l.cor.ꝺe fal.ſm quoſdam quod exemplum glo.reprobat:vt in eadem habetis. Tertio poteſt poni exempluꝫ in eo qui accepit pecuniam ob negocium faciendū:vel non faciendum qui tenet̄.l.iuli.repetundarum.⁊.l. cor.ꝺe fal.hoc exemplum eſt optimū:quia ex eodeꝫ facto nō reſultant plures tituli criminis:ſed vnum crimen pro plurib⁹.ll.poteſt puniri.vnde vna.l.tantū poteſt puniri ⁊ accuſari:vt hic ꝺicitur. ℭ His ſic premiſſis anteq̄ꝫ veniam ad alias queſtiones oppo.ꝺe.l.cum ex vno.ſ̄.ꝺe actio.⁊ obli. Reſpondeo ibi loquit̄ quando agitur ciuiliter.hic quādo criminaliter ad vindictā illo cāu cum ciuiliter agitur.ponit Dy.ꝺiſtinctiōem plenam in.l.i.§.ꝺixerit aliquis.ꝺe publi. ℭ Iteꝫ oppo.C.eo.l.qui ꝺe crimine.ij.reſpō. Solu.ꝺicunt quidaꝫ a ꝺiuerſis ꝑſonis poteſt quis accuſari ꝺiuerſis.ll.vt.l.qui ꝺe crimine.a cōtrario ſenſu nō ab vno ⁊ eodē.tu ꝺic.l.q ꝺ crimine loquitur quādo ex eodem facto plura crimina oriuntur ſeu tituli criminis que ſe habent:vt ſpecies ſeparate. hic q̄ñ ex eodē facto plura crīa oriunt̄:vel ſi plura crīna oriunt̄ hēnt ſe:vt genus ⁊ ſpecies:vt ꝺixi. ℭ Item oppo.C.quādo ci.ac.cri.preiu.l.i. So.ibi.vna actio erat ciuilis alia crīnalis h̄ vtraq̄ꝫ erat crīnalis. ℭ Iteꝫ op.C.ad.l.fal.ꝺe pla.l. i. Reſpondeo ⁊ ibi oriuntur ꝺiuerſa crimina.ſ. plagium ⁊ rapina. ℭ Circa hanc.l.quero vtrum iſta exceptio ego ſum ꝺe crimine accuſat⁹ impediat proceſſum accuſatiōis ſecūdo loco propoſite.⁊ ſic eſt ꝺilatoria.an vero eſt exceptio peremptoria ⁊ vēiat examinācla ⁊ ꝺetermināda ꝑ ꝺiffinitiuā ſniaꝫ. In glo.ſunt tres opi.vna q̄ talis exceptio proceſſum impediat:⁊ iſta eſt vera ꝑ tex. qui hic ꝺicit.ne quis ob id crimen pluribus legibus reus fieret.nō ꝺicit ne puniatur plurib⁹.ll. quia tunc reſpiceret condemnationē:ſed hic ꝺicit reus fieret:⁊ ſic nō poteſt accuſari ⁊ ꝓceſſus impeditur.ad idem.l.penul.in fi.ſ̄.nau.cau.ſtabu.vbi ꝺicit q̄ nō ꝺebet ꝺe ꝺelicto eiuſdeꝫ hominis ſepius queri:⁊ ſic impedit ꝓceſſum:⁊ ſic modus proponendi taleꝫ exceptionē ad proceſſuꝫ eſt talis.ꝺico q̄ hec accuſatio nō eſt admittēda: nec eſt procedendum:quia ab alio ſum accuſatus.alij ꝺicunt q̄ iſta exceptio proceſſum nō impedit:ſed procedetur ſuper vtraq̄ꝫ accuſatione. ſed facta condemnatiōe ſuper vna tolletur accuſatio ſuper alia.hoc nō eſt verum:q: contra tex. huius.l.vbi impedit proceſſum. Tertij ꝺicunt q̄ iſta exceptio impedit proceſſum quatenus pene cōcurrunt:ſed nō quatenus pena vnius.l.aliam excedit:vt.l.plura.ſ̄.ꝺe actio.⁊ obliga.⁊.l. idem.§.penul.ſ̄.nau.cau.ſtabu. Iſtorum opi. eſt falſa:quia in accuſationibus que ꝺant̄ ad vindictam nō inſpicitur vtrum ſit plus in vna q̄ꝫ in alia:ſed ſumpta vindicta ex vna.l.alia lege non

cludit bal.poſt glo.in.l.nullā.C.ꝺe teſti.Cy.ibi ⁊ Bar.vident̄ velle ꝯ̄rium. itē adde caſum in quo qs ꝺuplici pena punit̄ ꝑ eodē:vt ſi fui ꝯdēnat⁹ i.c. poſtea ex forma ſtatuti ꝺebeā relegari fui relegat⁹ vtrū repetā.c. bal.in.l. ſi.C.ꝺe fideicō.lib.ꝑ illā glo.tꝫ q̄ nō rōne cōtumacie. Itē an in ꝺuobus locis poſſit qs puniri.vide bal.i.l.pe.C.ꝺe exe.rei iudi.in.vi.⁊.viij.col.⁊ i.l.ꝺata opa.ī.ij.col.C.q accu.i.l.ācille.C.ꝺe fur.i vlti.⁊ penul. col.

d ℭ Spēs homicidij.aꝺꝺ bar.i.l.i.§.i. i.iij.col.ſ̄.ꝺe op.no.nū.et bar.i.l.ꝺoli.ſ̄.ꝺe v̄.ob.⁊ bar.i.l.ſactio.j̄.ꝺ pe.⁊ q̄ñ poſſit qs ꝺuplici pēa puniri viꝺ bar.⁊ ꝺoc.i.l.i.§.q aduerſus.⁊ ibi ē tex.in materia.ſ̄.ꝺ poſtu.i crīna lib⁹ viꝺ bar.in.l.i.§.ꝺixerit aliqs.ſ̄.ꝺ publi.⁊ iſtis adde gl.xvij.q.i.c.virginib⁹.⁊ bal.i.l.plꝫ.C.ꝺe ſa.ſan.ec.⁊ i.l.cūctos populos.in.vi.col.ꝺe ſū.tri.⁊ ſi.ca.⁊ iſtiſ adde ſali.i.l.q ꝺ crīne.C.ꝺe accu.⁊ ibi ꝑ bart.⁊ per Bal.i.l.q ſepulchri.C.ꝺ ſepul.vi.⁊ an ſi i foro eccleſiaſtico quis fuerit punit⁹ puniat̄ in foro ſeculari.viꝺ p.ꝺ.ant.i.c.tue.ꝺe ꝑcu.⁊ in.c.ꝺe his.ex̄ eo.⁊ vide bar.l.l.qd ergo.§.pēa grauior.ꝺ iſa.⁊ i.l.ꝺata.C.q accu.circa me.⁊ i l.ꝺata.C.ꝺe ꝺona.an parricidiū vēiat appellatione homicidij:⁊ ſibi ꝯ̄ri⁹ ē in ꝺcis iurib⁹.

e ℭ Delictis nō noiatis.⁊ ꝺe iſtis ꝺelictis innoiatis vide bar.in.l.nunq̄ꝫ plura.ꝺe priua.ꝺelic.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

poteſt puniri: vt. l. pretor edixit. §. i. de iniur. vñ prima opi. eſt vera: q: proceſſum impedit: vt h. ſi quis tamen eſſet ita ſtultus ꝙ non opponeret eam ad proceſſum: ſed ad cōdemnationem dicens talez non eſſe condemnandū de hoc crimine: quia eſt ab alio accuſatus: tunc procederz ſecunda opi. ⁊ iudex procederet ſuper quacūqz vellet. ſed facta condemnatione ſuper vna non poſſet ſuper alia condemnari. expediui omnes glo. ¶ Extra glo. quero. ſi vno iudicio eſt omiſſa vna qualitas: an poſſit ꝓpter illam qualitatez inchoari nouū iudicium. Exemplum tu es accuſatus ꝙ vulneraſti ticium: ſed ibi non eſt dictuz ꝙ vulnus ē tale ꝙ remanet cicatrix: an propter cicatricem poſſet nouum iudicium inchoari. vel non fuit dictum in ꝑma accuſatione ꝙ maleficium fuit cōmiſſum de nocte. vel nō fuit dictum ꝙ ex illo vulnere ille moriebatur. Rogo ꝙ aduertatis quia iſte paſſus eſt mihi difficilis. nam quādoqz ſecūda accuſatio cū illa qualitate producitur poſt primā ante nomen receptuz inter reos: tunc iudex debet audire ſm accuſantem omiſſa prima accuſatione. Juſta enim cauſa eſt admittendi ſecundū potius ꝙ̄ primum: quoniam magis ponit veritatem: vt videbitis. j. e. l. ſi plures. ⁊.. j. de adulte. l. ij. §. ſi. cum. l. ſequēti. quādoqz illa ſecūda accuſatio ſuperuenit poſt nomen receptum inter reos ſuper prima accuſatōe: tunc idez q: ſuperſedebitur ſuper prima: ⁊ procedet ſuper ſecūda: quia grauior ē ⁊ preiudicialis. nō enim debet fieri preiudicium per minorē maiori: vt. l. per minorem. ff. de iudi. ⁊. l. i. C. qui accuſa. nō poſſ. quandoqz ſuperuenit iſta noua accuſatio poſt ſentētiam latam ſuper prima. Hic eſt aduertendum quādoqz prima ſentētia fuit abſolutoria. ⁊ in iſto cāu loquitur. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. ⁊ quid iuris ſit tunc dicam ī. l. denūciaſſe. §. quid tamen. j. de adulte. quādoqz prima ſententia fuit condemnatoria: ⁊ hoc videtur dicere ſpe. ꝙ non debeat admitti accuſatio ſecunda: licz adijciatur illa qualitas vltra. ita tenet in tit. de accuſa. §. i. circa princi. per vnam col. allegat. l. pretor edixit. §. i. ff. de iniur. vbi ſi actum eſt iniuriarū nō poteſt agi de occiſo. vide te pro iſta ſua opi. videtur caſus in. l. qui ſeruuz. in fine. ff. de actio. ⁊ obliga. Jn cōtrariuz videt[b] caſus expreſſus in. l. vnde queritur. in fine. ff. cōmo. ſm cōmunem litterā: quid dicemus crederem ꝙ poſſit accuſare de nouo propter illaz qualitatem omiſſaz in ꝑmo iudicio ⁊ accuſabitur de toto crimine cum adiectiōe illius qualitatis. argu. d. l. vnde queritur. in fine ⁊ arg. in. l. iulian⁹. §. i. ff. de verbo. obli. ⁊ de ſolu. l. etiā. ⁊ delega. l. l. huiuſmodi. §. edes. ⁊ quod no. in. l. eleganter. §. non ſolum[c]. ff. d dolo. Preterea ego video ꝙ factum procuratoris colludētis nō debet nocere domino: vt. l. eleganter. §. ſi ꝓcurator. ff. d dolo. eadem ratione factū accuſatoris omittētis illam q̄litatem nō debz nocere fiſco ⁊ rei publice: quia proſequūtur ſuam vindictam. Preterea ſi de toto crimine eſſet abſolut⁹ ⁊ probaretur preuaricatio iterū poſſz accuſari ſine dubio: vt. l. iij. ff. de preuari. ergo eadem ratione ſi eſt preuaricatum in iſta qualitate pro hoc: quia vt alias eſt ꝙ quādo iſta talia omittantur a fraude ⁊ dolo ꝓ

ſumūtur omitti: vt. l. ij. §. i. j. de iure fiſ. quod maxime puto verum ſi ille ſecūdus venerit qui addit illā q̄litatē ꝓſequitur ſuam[d]: vel ſuorū iniuriā ⁊ primū proceſſuz ignorauit: vt. l. ſi cui. §. i. ff. e. Non obſtat. l. pretor edixit. §. i. ff. de iniur. ⁊ aduerte quia ego intelligo illum tex. quādo in prima accuſatione iniuriarū fuit expreſſe dictum ꝙ erat occiſus: ⁊ ſic qualitas fuit expreſſa in primo iudicio: licet vindicta eſſet minor per actionem iniuriarū ꝙ̄ p. l. cor. h ſo in prio iudicio q̄litas fuit omiſſa: vl' dico ēt ibi ſi illa q̄litas nō eēt exp̄ſſa i ꝑmo iudicio: ſz ſoluz fuit dcm̄ ꝙ talis ꝑcuſſit talē ꝙ nō poteſt accuſari. Secūdo ꝑ adiectōez qualitatis: quia iſta qualitas mortis de iure communi nō debebat exprimi: q: illa. l. cor. de ſic. nō requirit ꝙ percuſſus moriatur: ſed ſufficit ꝙ qs percuſſerit animo occidendi: ideo illa qualitas de occiſo ſi poſtea addat nihil operabit: ſed ſm formam ſtatutorū que requirūt ꝙ aliqs vere occiderit eſſet neceſſe ꝙ in primo iudicio de illa q̄litate eēt cognitum: ad hoc vt ſecūdo nō poſſet agi ſeu accuſari. arg. ad hoc quod no. in. l. i. ⁊. ij. C. ſi ex fal. inſtr. ¶ Quero quādo[e] ſecūda accuſatio admittitur propter illius qualitatis adiectionem. quod erit officium iudicis ſuper ſecūda accuſatione. aduerte ſiqdem pena impoſita in prima habet ſimilitudinē cum pena imponēda in ſecūda ſm minus ⁊ plus: verbi gratia ꝓ vulnere ſimplici imponit pena centū. pro vulnere cuz cicatrice imponitur ducētoꝝ pena: tūc officium iudicis erit punire eū per ſecundā ſententiā in tantū inquātum fuit omiſſum in prima. arg. l. vnde queritur. in ſi. ff. cōmo. ⁊. l. iulian⁹. §. i. ff. de ver. obliga. cū ſimilib⁹. Si vero pene ꝑdicte differūt ſpecie. puta pro vulnere ſimplici eſt pena centū cū cicatrice eſt pena man⁹: tunc officium iudicis erit cōdemnare ex ſecūda integra. prima aūt pena ſi non eſt ſoluta non ſoluet: quia deuenit cōdemnatio ad nō cauſam: vel ſi eſt ſoluta repetit per condictionē ſine cauſa: vt. l. ſi fullo. ff. d condictio. ſine cauſa. ⁊. l. incōmodato. §. ſi. ff. cōmo. ſed ſi eēnt iſte pene differētes ſpecie ⁊ prima cōdemnatio exacta nō poſſet repeti. puta pro vulnere ſimplici debz fuſtigari: ſed pro cicatrice eſt pena manus ſi nō eſt facta executio prime clarū eſt. ſed ſi eſt facta iam executio qd habebit facere iudex: punietur ne iſte de eodez delicto bis videtur abſurdum: in hoc eſt cogitandū. ¶ Quero quid ecōtra[f] aliquod factū eſt deductum in ꝑmo iudicio per modū cuiuſdam qualitatis vtrū de eadem qualitate poſſet principaliter accuſari: ſi de ea reſultat crimen per ſe. dicā. j. e. l. ꝓxi.

¶ Ulterius q̄ro. accuſatur quis de eodez crimine a diuerſis. tamen eſt iſta differētia ꝙ vnus nominat locum vno modo. alius nominat alio modo: vel vn⁹ ponit quedā latera. alius ponit alia: quid erit faciendum. vel pone ꝙ maleficiū ē reiterabile nōne poteſt eſſe ꝙ bis eodē menſe ego percuſſi te eodem loco. certe in iſtis caſibus ego conſulo ꝙ tu qui formas exceptionem declares in exceptione tua ⁊ facias articulos ad ꝓbandū quomodo talis locus ſit laterat⁹ in prima accuſatione: ⁊ locus laterat⁹ in ſecunda accuſatione eſt vn⁹ ⁊ idem locus: ⁊ quomodo talis rixa de q̄ ſit mentio in ꝑma accuſatiōe: ⁊ in ſecūda eſt vna

a ¶ Quero ſi vno. ſi in accuſatiōe eſt omiſſa qualitas. q̄ro an ex illa poſſit nouū iudiciū inchoari. bar. h qd ſic. qd ſeqtur bal. ⁊ vide bal. i. l. iij. §. p⁹ nau. cau. ſta. ⁊ ꝑ iſta opi. bar. fuit ꝯcluſum ꝑ collegiū puſinū apd ciuitatē aſſiſij. ſed ang. h ipugnat opi. bar. quē oino vide. ſz Ja. bu. ꝯſuluit ꝯ bar. vt refert bal. i. l. ⁊ ſi ſeuerior. i. vi. col. C. d iſa. ⁊ adde ꝙ ſi in inq̄ſitōe eēnt illa v̄ba ſup qb⁹ oib⁹ ⁊ ſingulis ꝯnexis ⁊ emergentibus depēdētib⁹: ⁊ ex̄neiſ poſſet ſemꝑ qualificari ꝑceſſus. d quo ꝑ ang. in. l. ſi vacātia. C. d bo. va. li. x. ⁊ vide ꝑ bar. i. l. ꝑſes. in ſi. j. de pe. ⁊ vide bal. i. l. i ciuili. ad ſi. de fur. ⁊ in. l. ij. C. q. res iu. nō nocet. i ſi. ⁊ adde h̄z in no. i. c. cū dilect⁹. de pur. cano. in glo. ma. in v̄. ⁊ dicūt qdam ꝙ abſolut⁹ ab inq̄ſitione⁹ pōt accuſari: qa ad diuerſa tēdunt ꝑ bal. i addi. ſpec. in ti. d ſen. i. xxij col. facit qd no. bar. i. l. ſi marit⁹. §. ſin aūt ex̄neus. j de adult. qd no. bar. i. l. ſi qs i hoc. de epi. ⁊ cleri. ⁊ id remediuz eſt qd dixi in. l. ij. §. ſi publico. in. vi. col. j. d adul. ⁊ vide bal. in termis. in. l. ea qdē. i pe. ⁊ vi. col. i v̄ſ. q̄ro. an ſi iudex. ⁊ in. l. ſi quis homicidij. ⁊ ibi per Cy. ⁊ gl. C. e. ⁊ vide docto. maxime imo. i. c. d hiſ de accu. ADDE huic apoſtille alex. conſi. lxxiij. ⁊ cxxi. pau. de ca. cōſi. cxix.

b ¶ Jn ꝯriū videt. ſz glo. i. l. ita vulnerat⁹. ff. ad. l. acql. tz opi. Spe. ꝯ bart. per. l. pretor edixit. hic allega. ꝑ bar. i. §. i. ⁊ qd de dicta qualitate nō poſſit amplius inq̄ri. dicit ipſe ꝙ eſt caſus i. l. ſepulchri violati actō. ff. de ſepul. vio. ⁊ ēt allegat hāc. l. h̄z primū exemplum. glo. hic ⁊ probat. pone pro ſimplici vulnere eſt pena irretractabilis appoſita: puta amputatio auricule. certe eſt incōueniens ꝙ iterum poſſit inquiri ⁊ puniri. ad hoc etiā facit qd no. bar. in. l. nunq̄z plura. de priua. delic. in ver. ad hoc quero. nec iura but. obſtant. q: agitur ad preſe. rei familiario. ⁊ iſtis adde Sali. in. l. q de crimine. C. e. in v̄ſ. item iuxta ꝑdicta quero.

c ¶ Non ſolū ad. q. bar. vide Bal. in. l. i. §. in tutela. in ſi. v̄biſ. C. de tu. ⁊ ra. diſtra.

d ¶ Proſeq̄tur ſuam. ⁊ h vide an ex inquiſitōne de vulnere poſſit ſequi condemnatio de morte. adde no. bar. in. l. nunq̄z plura de priua. de. i ver. quero. circa hoc qd ſi ⁊c. ⁊ bart. i. l. dam. §. ſabini. d dā. in fec. ⁊ in proxi. col.

e ¶ Quero quando ⁊ bene faciunt q̄ voluit bar. i. l. dam. §. ſabini. de dā. i fec. hic adde no. bal. in. l. ij. in. i. col. v̄. or. modo. C. qui. res iud. nō no. vt in aliquo nō tz bar. hic.

f ¶ Quid ecōtra cogita ſz no. ꝙ poteſt iteruz iudex punire ſed leuius arbitrio ſuo. ar. l. hos accuſare. §. oibus. ff. eo. ADDE v̄ſi. ſequenti ange. cōſi. cxc.

⁊ eadẽ. ⁊ hoc mõ faciẽdo tu re⁹ poſſes abſolui.

Ex.l.ſequenti.

¶ An iudex poſſit cogere reũ: vt accuſet eũ q cõmiſit maleficium. ⁊ an ſi accuſo te ꝙ damnũ dediſti hominib⁹ coadunatis: an poſſum agere de coadunatione tantum.

i **Neum.** Non cogitur quis omittere actionẽ ciuilem ⁊ ꝓponere criminalẽ deſcendentem ex eodẽ facto. ¶ Oppo.ſ.ꝺ iniur.l.ꝑtor edixit.§.i. Breuiter ſm opi.glo.ibi poſitam non cõtradicit. ſed ſm lectu. Ja.de are.cõtradicit. Reſpõ.ꝙ eſt ſpeciale in.l.corne.de ſicca. nõ enim debet permittere iudex ꝙ per actionẽ ciuilem preiudicetur accuſationi.l.corne.de ſic. que punit de occiſo. eſt enim mali exempli. ¶ Quero cõmiſſum eſt maleficium: reus non vult accuſare: an iudex poteſt eum cogere ꝙ accuſet[a]. Specu.ponit in ti.de accuſa.§.i.verſic. quid ſi nullus. ⁊ ibi videt̃ dicere ꝙ non poteſt cogere de iure per.l.i.C. vt nemo inui.⁊c̃. Sed dicit ꝙ bene faciet iudex ſi coget. Breuiter dico ꝙ iudex non poteſt cogere: caũs eſt hic. fallit vt puto in crimine homicidij in quo iudex poteſt cogere accuſare: vt.l.ꝑtor.§.i.ſ. de iniur. ſm lecturã Ja.de are. ⁊ tex. eſt expreſſus ſi glo. non deſtrueret ipum in.l.ſi quis homicidij. C.eo.ti. Item probo per rationẽ. ego video ꝙ.l.punit eum.ſ.heredem ſi nõ accuſat: quia perdit hereditatem defuncti ſi eius mortem non vlciſcitur: vt.l.i.de his qui.vt idig.C. ⁊ per plures leges illius ti. ergo iudex poteſt ipum cogere accuſare ne delinquat. hinc eſt ꝙ ſi iudex videt ꝙ tu vis delinquere poteſt te cogere ne delinquat̃: vt.l.i.in ſi.ſ.de offic.prefec.vrb. ⁊.l.congruit.de offi.preſi. ſꝫ in alijs criminibus nõ puto ꝙ quis poſſet cogi accuſare. ¶ Item pone ꝙ ego accuſaui te ꝙ mihi dediſti damnũ hominibus coadunatis. Iſtõ quod dixi hominib⁹ coadunatis venit: vt qualitas ad qualificandum iſtud delictũ: quia dediſti damnũ. an potero te accuſare de coadunatione tantũ quod eſt crimen.l.iuli. de vi publi. vt.l.vlt.C.ad.l.iul.de vi. ⁊ videbitis.ĩ. ad l.iul.ꝺ vi.l.i. vel an potero te accuſare de hoc qꝺ eſt deductum in ꝑmo iudicio per modum cuiuſdam qualitatis. Breuiter puto ꝙ non. qui eniꝫ egit de toto ꝙ fecit damnum hominib⁹ coadunatis non poteſt poſtea agere de parte.ſ. de coadunatione: vt.l.ſi quis cum totũ.de exce.rei iudi. pro hoc.ſ.l.proxi. ne de eodem delicto quis bis puniat̃: non habetis hic alia.

Ex.l.ſequenti.

¶ An plures accuſatores poſſint dare vnũ procuratorem. Et ſi plures accuſant vnũ: ⁊ non opponatur valet iudicium.

s **I plures.** ¶ Nota tex. ibi. vt alia iuſta cã. ¶ Oppo.de.l.i.§.ſi ad plures[b].ſ.de ſepul.vi. vbi plures admittuntur. Solu. ibi. pluribus intererat[c] principaliter. ideo plures admittuntur: iõ ſi eſſent plures filij vnius patris occiſi omnes ſimul ad accuſandũ admitterentur: quia cuiuſlibet intereſt ꝑncipaliter. ſed quãdo duo veniunt ⁊ nullius principaliter intereſt: tunc iudex eligit vnum: quia tantũ intereſt vnius quãtuꝫ alteri[d]. ⁊ ita loquitur hic. ¶ Quero quomodo[e] itelligit̃ hoc ſi plures exiſtãt: an eſt neceſſe ꝙ veniãt plures ſimul: vel eſt neceſſe ꝙ vnus veniat. Reſpondeo hoc debet intelligi ſi plures veniãt ante nomen rei receptum inter reos. ita not.in.l. qui de crimine.C.eo. ⁊.l.reos. ¶ Quero qd ſi plures accuſatores vellent dare vnum ꝓcuratorem. an poſſent Inno. ꝙ ſic in.c.ſicut olim. extra de accuſa. ſed nõ placet: quia aut omnium intereſt: et tunc quilibet poteſt accuſare. ſi vero nullius itereſt: tunc nullus poteſt dare ꝓcuratorem: vt.l.licet.ſ.de procura. ¶ Quero quid ſi plures accuſauerunt vnum: nec fuit exceptum? Reſpondeo ſi non fuit exceptum procedet iudiciũ: vt.l.ſi accuſatoribus. ⁊ ibi no.C.eo. Item dicitur hic iuſta cauſa. ¶ Quero que erit iuſta cauſa? Reſpõdeo ſi vnus ponit magis omnes circunſtantias maleficij ꝗ alius iuſta cauſa erit magis admittẽdi iſtum ꝗ alium: vt.l.ij.§.finali. cum.l.ſequen.ĩ.de adulte.

Ex.l.ſequenti.

¶ An ſentẽtia ab obſeruatione iudicij ſit diffinitiua vel interlocutoria: ibi. Unde. Et an a ſentẽtia abſolutoria ab obſeruatiõe iudicij poſſit appellari: ibi. Quero. Et an cũ fertur ſentẽtia abſolutoria ab obſeruatione iudicij debeat pars citari: ibi. Quero vtrum. Et an iudex poſſit ſtatuere accuſatori terminum ad ꝓbandum ſeu accuſandum: ita ꝙ de cetero non audiatur: ibi. Quero vtrum. Et iterlocutoria poſtꝗ nõ ſperatur diffinitiua habet auctoritatẽ rei iudicate: vt in ſi.l.

t **Icia.** ¶ Hec eſt.l.ſolennis. ⁊ in glo. legitur duob⁹ modis. primo in glo.magna. ſecũdo in gl.parua. ⁊ ſm primam lecturã pone caſum. Ticia accuſauit aliquem ꝙ teſtamẽtum falſificauerat fratris: ⁊ quia libellus non fuit bene conceptus: fuit accuſatus abſolutus ab obſeruatione iudicij: deinde iudex ſtatuit terminuꝫ ticie: vt accuſaret infra certum tẽpus ſi vellet: que non accuſauit. ideo iudex pronũciauit non eſſe audiendã. queritur cuꝫ ticia non appellauerit a iudicis pronũciatione: an iterũ poſſit accuſare. ⁊ dicitur ꝙ nõ. Ex hac.l.no. ꝙ iudex poteſt ſtatuere tempus accuſatori infra quod poſſit accuſare. Secũdo nota ꝙ iudex elapſo termino poteſt pronũciare eũ non eſſe audiendum. Tertio nota ꝙ ab hac ſentẽtia poteſt appellari. Quarto no. ꝙ ſi nõ appellatur talis ſentẽtia tranſit in auctoritatem rei iudicate. His viſis venio ad examinationem glo. ⁊ ſm iſtam lecturã fuerunt date due ſententie. ¶ Oppo. a ſententia interlocutoria nõ appellatur: vt.l.penul. quo appel.non re. ⁊.l.ij.ĩ.de appel.re. hic dicitur cõtrariuꝫ quare male. In glo. ſunt tres opiniones. prima ꝙ hic fuerunt due ſẽtentie ⁊ quelibet diffinitiua. ¶ Contra hoc oppo. ꝙ ſententie diffinitiue nõ poſſunt ferri circa ideꝫ: ſed conſonantes ſic. certe iſtam opinio. nõ tenent ibi docto. vel aliter due ſentẽtie non poſſunt ferri circa idem. verum eſt ex eadem inſtantia ſed ex diuerſis ſic: vt.l.duobus.ſ.ꝺ excep.rei iudi. ſed an ſint diffinitiue: vel nõ.ĩ.dicaꝫ. alij dicunt ꝙ iſte fuerunt due ſententie ⁊ quelibet iterlocutoria. ¶ Ad ꝯtrariũ rñdeo ab iterlocutoria nõ põt appellari. verũ ẽ niſi hẽat vim diffinitiue ſꝫ hꝫ vim diffinitiue. ergo ⁊c̃. ⁊ iſta ẽ opi. Al. ⁊ eſt ſatis bona: ſed an ſint interlocutorie.ĩ.dicã. ¶ Tertia eſt opi.glo. ꝙ hic fuerunt due ſententie quarum prima fuit interlocutoria ab obſeruatione iudicij propter libellum male conceptum ⁊ ab illa non poteſt appellari. ita dicit gl.noſtra. ¶ Pro examinandis iſtis opi. habemus examinare duo. ꝑmum cum hic due ſententie ſint ambe abſolutorie ab obſeruatiõe iudicij. prima abſoluo te ab obſeruatione iudicij propter libellũ male conceptum. ſecũda abſoluo te: quia accu

a i Neũ cogere ꝙ accuſet. iudx põt cogere iniuriatũ accuſare. adde qꝺ odof. in cõſi. incip. ticius aliquẽ iterfecit ⁊ filius iterfecti timꝫ accuſare iterfectorem ꝑꝑ ſuã potẽtiaꝫ dixit ꝙ ptãs q nõ poterat ꝓcedere ex officio niſi ꝑ accuſa. bñ facit ſi cõpulerit iſtũ ad accuſandũ. ꝗꝫuis.l.non caueat. q: expedit rei pu. ne male ⁊c̃.l.ita vulneratus. cũ ſi.ſ. ad.l. acquil. ⁊ ꝑꝑ ſcãdalũ multa ꝯcedũtur.l.pe.ff.ꝺ ſic. ⁊ q: ſi maleficiũ non puniret̃ res eſſet mali exẽpli.l. obſeruãdum.ff.ꝺ offi.ꝑſi.l.diu⁹.ff.ꝺ re iu. ⁊ ſi timet potẽtiam aduerſarij: faciat dari ſibi ſecuritatẽ.l.ꝑfecti. circa ſi. ⁊.l.ſi.C.ꝺ his q ad ec.ꝯfu. ⁊ vide q̃ dixi in.l.libelloꝝ.§.ſi.ſ.e. ad bart. hic addꝺ ſpe.i ti.de accuſatore.§.i. in ꝑn.i v̇.qd ſi nullus. ſed ꝯ bar.h tꝫ ange. ⁊ raph. ⁊ doc.i.l. ſi qs homicidij. ꝑ tex.in.d.l. diuus.ĩ.e. ⁊ qꝺ no.gl. expſſe xxij.q.i. ſi qs ꝑ calũniaꝫ. ⁊ ij.q.vij.qua. ꝑꝑ. ⁊ iiij.q.v.imol.

b s I pluref.§.ſi ad plures. ⁊ vide bar. ibi in materia.

c ¶ Pluribꝰ intererat. vide bal. i.l.i.i xxiiij. col.C. q accuſa. ⁊ q̃ dixi.ſ.in.l.libelloꝝ.§.ſed ⁊ ſi aliud. ⁊ bal.i.l.ſenat⁹.C.q accu.

d ¶ Quero quõ. vidꝫ ex. in.l.ſenatus. C.q accuſ. ⁊ ad hic no. vide bal.i.l.ij.§.ſi.ĩ.ꝺ adulte.

e t Icia. materiã huius.l. examinat bar.i.l.ſi. C.q accuſa.

ſator non poteſt accuſare: quia infra terminum re non accuſauit. quare non eſt vna diffinitio ſicut alia. ¶ Unde pro declaratiõe quero an ſententia[a] abſolutoria ab obſeruatiõe iudicii ſit diffinitiua vel interlocutoria: Reſpondeo ſentẽtiã eſſe diffinitiuaȝ poteſt aſſumi duob[b] modis. vno modo quo ad ſolẽnitatem ti. C. de ſentẽ. ex peri. reci. & iſto reſpectu ſentẽtia abſolutoria ab obſeruatione iudicij non eſt diffinitiua: quia nõ requiruntur ille ſolẽnitates[b]: nec eſt neceſſe ꝙ feratur in ſcriptis. & iſto reſpectu eſt interlocutoria: vt dicitur in hac glo. & l. harum. ff. ſi ſer. vend. & l. iuli. in princi. magne glo. ff. de condi. inde. & ad idem. l. properandum. §. ſed & ſi quidem. C. de iudi. vbi dicitur ꝙ ſi liquet ex actis abſoluitur diffinitiue. alias ab obſeruatione iudicij. facit. l. diui. ff. de lib. cauſa. ſecundo modo poteſt videri an ſit diffinitiua: hoc eſt que diffiniat cauſam imponendo finem. ita ꝙ de cetero non agatur. & iſto reſpectu eſt quedam diffinitiua. quedam interlocutoria: interlocutoria vero eſt qua lata poteſt iterum accuſare: vt abſoluo te propter libellum male conceptum: vel propter abſentiam accuſantis. naȝ poteſt iterum accuſari. ita loquitur hec glo. & l. properandum. C. de iudi. §. ſed & ſi quidem. quedam eſt abſolutoria ab obſeruatione iudicij que imponit fineȝ controuerſie ſic: vt de cetero agi non poſſit: vt abſoluo te: quia alias abſoluiſti. vel quia occiſus poterat impune offendi: & iſto modo poteſt dici diffinitiua: quia finem controuerſie imponit. ita loquitur ſecunda glo. facit inſti. de perpe. & tempo. ac. in fine. ¶ Quero vtrum a ſentẽtia abſolutoria ab obſeruatione iudicij poſſet appellari. glo. videtur hic velle dicere ꝙ non: niſi quãdo eſt talis interlocutoria que cauſam diffiniat ꝙ de cetero nõ poſſet agi. ita dicit glo. Breuiter inquantum glo. dicit poſſe appellari dicit verum: vt hic. ſed inquantum negat ab iterlocutoria que non diffinit cauſam totaliter non poſſe appellari mihi diſplicet: quia regula eſt ꝙ ab interlocutoria poſtquã nõ ſperatur diffinitiua poſſit appellari. ita eſt tex. hic. prout habes in littera quas. ita tenet glo. in auctẽ. habita. C. ne fili. pro patre. pro hoc. l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. & l. intra vtile. eodẽ ti. Preterea ab interlocutoria illa poteſt appellari quando grauamen illatum per eaȝ nõ poteſt reparari per appellationem a diffinitiua: vt. l. arbitro. & l. ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cogan. & l. ij. ff. de appel. re. vbi plene dicam. & dicta. l. intra vtile. ſed quando alia diffinitiua non fertur: tunc non poteſt reparari per appellatiõem a diffinitiua illud grauamen illatum per interlocutoriam. ergo ab iſta interlocutoria poterit appellari. ¶ Quero de duabus queſtionibus. primo dixi ꝙ abſolutoria ab obſeruatione iudicij non eſt diffinitiua reſpectu ſolẽnitatis. quid ſi iudex vult ſolenniter procedere & ſentẽtiaȝ in ſcriptis proferre: Reſpondeo poteſt & erit interlocutoria diffinitio modo prolata. ¶ Quero vtruȝ quando fertur ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij debeat iterum citari[c] pars. aduerte quando abſoluitur reus ab illo termino hoc poteſt fieri non citato actore: vt. l. & poſt. §. circunducto. ff. de iudi. ſed quando abſoluitur a toto iudicio: tunc eſt neceſſe ꝙ pars citetur: vt nota. Innocẽ. in. c. conſuluit. extra de offi. delega. dic vt ibi. Secundo modo legitur hec lex. ꝙ hic fuerunt due ſententie tales. Prima qua iudex ſtatuit terminum ad probandum crimen. et iſta fuit prima ſententia interlocutoria. Secunda ſententia interlocutoria fuit qua iudex pronunciauit poſt terminum non eſſe procedendum hec lex colligitur ex quibuſdam glo. paruis. vide glo. ſuper verbo minaretur. & alia ẽ ſuper verbo impleuit: & poteſt eſſe bona. ¶ Quero vtruȝ[d] iudex poſſit ſtatuere accuſſatori terminũ ad probandum ſeu accuſandum: ita ꝙ de cetero non audiatur. glo. hic ꝙ ſic. & l. ſi ea. C. qui accuſare non poſ. Dy. hic. & in. c. indultum. de regu. iur. lib. vi. videtur dicere ꝙ accuſatori poteſt ſtatui terminus ſine cauſe cognitione. reo vero nõ poteſt ſtatui terminus ad ſuas defẽſiones: niſi cauſa cognita: vt. l. ij. ff. de re iudi. Ricar. malum. videtur velle ꝙ nec etiam accuſatori poteſt limitari tempus[e]: niſi cauſa cognita. & hoc videtur tenere glo. in. l. i. C. vt ne. inui. quod plus placet. facit. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hered. inſtitu. & l. mancipiorum. de oper. leg. & l. i. de cura. bo. dã. eſt autem iuſta cauſa ſtatuendi terminum. ſi va dis tu me infamando: & ego accuſabo te de tali crimine: vel petam talem poſſeſſionem: tunc eſt iuſta cauſa ſtatuendi terminum tibi infra quem accuſare poſſis. alias nõ audieris: vt. l. diffamari. C. de inge. manu. & hoc dum dicit arguere minaretur &c. & pro hoc tex. C. de adulte. l. ob cõmiſſa. in fine. & hoc tenet Innocen. in. c. conquerente. in glo. ij. extra de offi. ordi. Item ſunt alie cauſe: vt no. glo. in. l. i. C. vt ne. inui. ſed ſi iudex ſtatueret iſtum terminum ſine cauſe cognitione: tunc poſſet appellari & per appellatõnem reſcinderetur. ¶ Ultimo nota ex. l. iſta ꝙ interlocutoria poſtquã non ſperatur diffinitiua trãſit in auctoritatem rei iudicate. ſecus in alia interlocutoria: vt no. in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. & in. c. cũ ceſſante. extra de appel.

a ¶ Quero an ſententia. Adde ꝙ glo. in clemẽ. fina. de appel. tenet ꝙ ſententia lata ſuper inſtantia cauſe per iudi. appella. ſit interlocutoria: quia non diffinit eam pro quo eſt glo. in clemẽ. pma. de ſequen. poſſeſ. & fruc. Lapus dicit hoc verum ad principale negocium. ſecus quo ad inſtantiã nam cum ipſam diffiniat poterit illo reſpectu eſſe diffinitiua: & ſic refert ſibi aſcripſiſſe Joan. and. al legat nota. l Spec. de offi. iudi. §. deſeruit. verſi. quid ſi opponens. vbi ſi reus abſoluitur ab obſeruatõne iudicij. propter ineptam actionem ꝙ dicitur interlocutoria. & h vltimum tenet Jo. mo. poſt alios. in. c. examinata. de iudic. per Archi. in xx. diſtin. §. i. in verſi. in abſolu. Pe. de ancha. in dicta clemẽ. fi. decidit ſȝ no. per Barto. h. & ideo dicit ꝙ ſi iudex appellationis pronunciat ſup inſtantia ſcilicet ꝙ appellans appellare non poterit: quia abſorbet nõ ſolum inſtantiam: ſed etiaȝ cauſam principalem cuȝ accedat ad naturam diffinitiue non interlocutorie. vide Roma. & que ibi dixi in rubri. de re iudi. & Bal. in. l. ij. C. ſi aduerſ. rez iudi. & in auctẽ. hoc ſacramentum. de iuram. calũ. Item adde quod Jaco. butriga. & Bal. in. l. properanduȝ. §. & ſi quidem. de iudi. & bal. in auctẽ. qui ſemel. quomodo & quãdo iud. ſemp ſine diſtinc. ſequunt glo. in dicta. l. harum. ſed Barto. hic male loquitur. & vide clemẽ. fi. de appella. & no. in. c. auditis. de reſtitu. in integrũ. & ꝙ eſt interlocutoria tenet Bal. in. l. fina. C. ſi tutor vel cura. & Bal. in auctẽ. qui ſemel. l. iiij. col. quomodo & quãdo iudex. vbi dicit ꝙ habet vim diffinitiue quãdo per eã imponitur perpetuum ſilentium: vt in cãu illius auctẽ. alias autez eſt interlocutoria: vt vult ipſe in ea auctẽ. in vlti. colu. verſi. ibi ab obſeruatione iudicij. & vide in fine huius col. ADDE an ſentẽtia abſolutoria ab obſeruatione iudicij propter libellum male conceptum: vel eo qȝ non probatum ſit interlocutoria vel diffinitiua. vide Pau. de caſt. conſilio. xcvi. cccxcij. Ange. conſilio. cxv. & cxc. & Pau. de caſt. cõſilio. cxix.

b ¶ Solennitates. Barto. hic nõ bene loquitur. & eum reprehendit Alex. in. l. iuſte. de acquirẽ. poſ. in. iij. colũ. & adde ꝙ quelibet interlocutoria reſpectu illius actus poteſt dici diffinitiua. glo. repu. ſingu. in. l. generaliter. C. de reb. cre. adde glo. in auctẽ. de litigio. §. ad excludendas. & Bal. in. l. intra vtile. de mino.

c ¶ Iterum citari. Quando fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicij vtrum quis debeat citari. vide quod no. Bart. in. l. ne quicqȝ. §. vbi decretum. de offi. proconſul. & in. l. ſi opus nouum. ff. de oper. noui nuncia. & vtrobiqȝ dixi.

d ¶ Quero vtrum. adde in pmis omnino Bald. in. l. diffamari. C. de ige. ma. & Imol. i. c. ſuper eo. de appella. & an iudex poſſit dare terminum ad pſequendum appellationẽ ſicut ad accuſandum. vide Bal. in. l. i. C. vt infra cer. temp. et tex. in. l. ſi ea. C. qui accuſa. & ad Barto. hic. adde glo. no. & ibi Barto. in. l. papinia. §. i. ff. de inoffi. teſtamen. et quod not. in. c. cum i tua qui ma. accuſa. poſ. et vide Bald. in. l. qui licitum. C. vt li. pendẽte. et Bal. in auc. ad hec in penul. colũ. de vſu. verſicu. quero. & no. ꝙ nunquam iudex per ſuam interlocutoriam poteſt ſilentiuȝ imponere ſi facta ſit pus per iudicem ipſi cui ſilentium imponitur bina monitio de qua in actõne appareat ſȝ gl. ſingu. & ibi Ange. in auctẽ. de here di. & fal. §. i. & vide Bal. in. l. i. vt nemo inuitus. & vtrum a tali ſententia i qua imponitur ſilentiuȝ poſſit appellari: & an ſit interlocutoria vide Bal. in d. l. diffamari. & Ange. in. l. i. C. vt ne. inui. & in. l. & ſi poſt tres. in antepenul. colũ. ff. ſi quis cau. & Imol. in. l. ſi inſulam. in qnta colũ. pme regule. in verſi. ob. de verbo. obliga. Ange. autem in dicta. l. i. dixit ꝙ iudex non poteſt non agenti alteram penam imponere qȝ ſilentium niſi tutori. per. l. tutor qui reperto. §. ſi deponi. de adminiſtratiõe tutorum. & vide glo. & docto. in. l. diffamari. & Barto. in dicta. l. mancipiorum. Ludo. in. l. ij. de re iudicata.

e ¶ Limitari tempus. adde Bal. in. l. ſi ea. in prin. & in fi. ij. colũ. C. qui accuſa. & Bal. in. l. minoribus. C. de his qui. vt indi. & vide Imo. in. l. ſtipula. alie. de verbo. obliga. in princi. & vide do. Anto. in. c. tue nobis. de appella. & Jo. an. in. c. peruenit. el. ij. de appel. qui cõtrarium tenet. & ad hoc etiam Barto. in. l. ne quicqȝ. §. vbi decretum. de offic. proconſu. & vtrũ ſententia lata ab obſeruatione iudicij ſit interlocutoria. adde no. in. c. exa

d **Iui fratres.** ¶ In prima pte nota ꝙ inſtantia accuſationis criminalis nõ tranſit ad heredem accuſatoris.an poſſet hereſ tanꝗ quilibet extraneus admitti:dic vt vidiſtis .ſ.eo.l.libellorum.in fi. Itez dicitur in ſecunda parte ꝙ non compellitur quis accuſare plures: an hoc eſt verum indiſtincte:Reſpondeo vt dixi.ſ.eo.l.in eum.quia in crimine homicidij eſt ſpeciale:vt ſi plures ſint occiſores cõpellit quis accuſare omnes:vt ibi dixi.

Ex.l.ſequenti.

¶ An ſi reus moriatur non interpoſita appellatione infra tamen illos decem dies qui dantur ad appellandum . an idem ſit ac ſi appellaſſet: ibi.Secundo. Et an cum fertur ſententia in abſentem bannitum ſm ſtatuta Italie lite non cõteſtata pena tranſeat ad heredes mortuo reo: ibi.Quero.

e **X iudiciorum.** ¶ Bona eſt.l. ꝛ diuiditur. Primo ponit vnam regulam in accuſationibus criminalibus. Secundo ponit exceptionem. Tertio ponit vnam determinationem dubij dependentem ex predictis. Quarto ꝛ vltimo ponit vnam regulam in ciuilibus.ſecũda ibi.exceptio.tertia ibi.adeo. quarta ibi.ex ceteris vo.ſicut ſunt iſte ꝗttuor partes.ita ꝛ quãlibet partem per ſe examinemus.¶ Circa primam partem quero quid ſi lata ſententia eſt appellatum : ꝛ pendente appellatione decedit reus.certe de hoc tex.eſt qui diſtinguit i.l.iij .C. ſi pendẽ.appella.ꝛ l. finali.C.ſi reus vel accuſa. mor.fue.¶ Secundo quero quid ſi reus deceſſit poſt latam ſententiam infra decem dies qui dantur ad appellandum:non tamẽ eſt interpoſita appellatio.dicit glo.idem. ꝛ forte iſta ꝗſtio non reperitur alibi ꝛ ipſam ſimpliciter Dy. tenet .vide glo.que icipit.que ſecuta ibi.ſi apppellatum non eſt:eſt tamen infra tempus appellandi quod no.quia ſic alibi non inuenies.ita dicit Dy.Iaco.de raue.eſt in contraria opinio. dicit ipſe ſi reus decedat interim infra tempus quod datur ad appellandum:ꝛ ipẽ non appellat verificatur princi.l.noſtre.quia decedit lit.conteſta. ꝛ condemnatione ſecuta.ad hoc igitur : vt heres hoc beneficium habeat debet appellare ꝛ appellationem proſequi:vt dicta.l. iij.C.ſi penden.appel.ꝛ Cy.hoc refert in.l.finali.in.ij. queſtione.C.ſi reus vel accuſa.mor.fue. quod ſatis placet.¶ Quero pone ꝙ ſm ſtatuta Italie ꝓfertur in abſentem exbannitum ſententia diffinitiua lit.non conteſta.ex ſolo bãno vtrum mortuo reo ad heredem pena tranſeat. Breuiter videtur ꝙ non.quia tex.requirit duo copulatiue.ſcilicet ꝙ lis ſit conteſta.ꝛ ſecuta ſententia. ſed in queſtione propoſita nõ fuit lis cõteſta.ergo ꝛc. Dy.non dicit plus. Breuiter in cõtrariũ eſt veritas :quia ſufficit condemnatõnem eſſe ſecutã. ideo enim hic ponit de lit.conteſta.quia ſm hec iura aliter non poteſt fieri condemnatio. probo hoc.ego video in caſibus in quibus infertur pena a.l.ipõ iure.ſine condemnatione ꝙ pena trãſit in heredem:vt.l.cõmiſſa.ſ.de pub.vnde hec .l.reſpicit ꝛ requirit ꝙ pena cum defuncto inceperit.quod fit regulariter lit.conte.ꝛ ſecuta ſententia.ſed ſi poneremus caſum in quo nõ reqreretur cõteſtatio ſufficit ſnĩa. Idem ſi reperiremus caſum vbi nõ reqrerẽ lit.cõte.nec ſentẽtia:vt in caſibus in qbus pena ipſo iure infert:vt dixi.¶ Venio ad ſecũdam ptẽ videt ꝙ i crĩne leſe maieſtatis nõ tranſeat pena ad heredẽ:vt inſti.de pub. iudi.§.ij.So.hic dʒ intelligi ſm illaʒ.ſ.in duobus caſibus.ſ.ſi contra ꝑncipem vel rẽ pub. ¶ Quero vtrũ ſint alij cãus in qbus pena trãſeat ad heredem mortuo accuſato. Rñ.ſic. ꝛ glo. enumerat.ſed ꝙ glo.dicit de ſeptio cãu.ſ.d.l.lutiuſ.dic vt ibi no. Itẽ qđ dicit gl.de.§.cũ abſente.ꝙ alio caſu loqtur dicit verũ. Itẽ adde ad glo.ibi. itez alius:vt.j.de bo.eo.l.ſi. Itẽ eſt alius cãus.ſ. de adi.le.l.pe.§.ſeia.¶ Venio ad tertiã ptez ꝛ op. ſ.de ſolu.l.reo.So.glo.ibi loqtur in crĩne non exceptuato:vel aliter ex glo.ibi loqtur in alienatione neceſſaria.ſʒ in alienatiõe volũtaria:vt no. in.l.q pene.de manu.¶ Itẽ op.de.d.l.q pene. de ma.breuiter hãc materiã ꝗliter poſſit fieri alienatio ab accuſato.dic plene in.l.poſt cõtractuʒ .ſ.de dona.ꝛ ibi dixi.¶ Venio ad ꝗrtã ptem dicitur ſʒ ꝙ in alijs pena icipit ab herede lit.ꝯte.ꝗro vtrũ ſit verũ ſiue ciuiliter ſiue crĩnaliter agat. opi.ſunt in glo.ſed veritas eſt ꝙ iſte verſ.vltimus dʒ itelligi qñ ciuiliter agitur.ita intelligit glo.ſ. ti. i.in.l.defuncto.ꝛ ibi plene examinaui.

c **Apitis.** ¶ Op.de.l.reũ.C.de ꝓcu.ſo.fallit hic fauore fiſci.ad alterius eñi vtilitatẽ cãm agere nõ poſſet.¶ Quero qđ ẽ dcm̃ ſuſpenſo crĩne: Rñ. ꝙ crĩnalis cã ꝑꝑ iſtã dilationẽ differat.lʒ cã aliaſ crĩnalis faciat differri ciuilẽ:vt.l.ſi.C.de ordi.iudi.tñ hic ecõtra ciuilis faciet differri crĩnalem fauore fiſci.qđ ꝓbo:q: qñqʒ faciet differri penaʒ ꝛ executionẽ pene:vt in dilatiõibus iaʒ inchoatis ſicut in accuſatiõe:vt.l.deferre.circa ꝑnc.j.de iur. fiſ.ꝯiũcta.l.is q reus.ſ.ti.i.ꝛ qđ ibi no.i vlt.glo. ꝛ hoc tñ ego puto veruʒ:niſi iudex videret ꝙ cã differendi ꝓponeret iſta dilatio : tũc iudex non deberet admittere:vt.l.ſi cũ reis.C.de pe.ꝛ.l.ij. C.de fal.ex de in inte.reſti.c.ſciſcitata.

a **Lterius.** ¶ Oppo. imo videtur ꝙ miles debeat remitti ad eum ſub quo militat:vt .l.i.j.de re mili.Solu.dicit glo. intellige in milite qui commiſit crimen cõmune ꝛ graue.ſecus ſi commiſit delictum militare: quia tũc remittitur ad eum ſub quo militat:vt ibi.

¶ De cuſtodia ꝛ exhibitiõe reorũ. Rica.

¶ Dictum eſt ſupra de accuſationibus verum: quia accuſati cuſtodiuntur ꝛ exhibentur : ideo ponitur hic iſta rubrica.

Ex.l.ſequenti.

¶ Accuſatus de crimine propter quod venit pena corporalis imponenda debet detineri ſed in modo detinendi eſt differentia : vt hic in ſequenti ꝑncipio.Et an cum venit imponẽda pena pecuniaria ꝛ in defectum corporalis : an debeat reus perſonaliter detineri:ibi. Quero . Et an qui ſemel confeſſus eſt crimen debeat iterum cõfiteri.vide in fine.

d **E cuſtodia.** Accuſatus cuſtoditur arbitrio iudicis cauſis inſpectis : que hac.l.ponuntur. hoc dicit.¶ Oppo.ꝛ videtur ꝙ debeat ſtatim mitti in vinculis:vt.l.iij.j.e.dicit glo. aut accuſatus confitetur de crimine:ꝛ ſtatim ponendus eſt in vinculis.aut nõ confitetur de crĩne : ꝛ tunc aut eſt valde graue ſcelus quod obijcitur: ꝛ ponet in carcere cuſtodiendus:vt.j.e.l. diuus. aut nõ eſt valde graue ſcelus: ꝛ tũc adhibet di/

minata.d iudi.vbi dicũt ꝙ dʒ i ea exꝑmi cã. ꝛ ſm do. Ant. ibi aliter nõ valet.alle.§. oʒ in auc.de iudi.ꝛ qđ not. Io.an.i.c. ſi neʒ litibus. de do.ꝛ ꝯtu.qđ an indiſticte ꝓcedat põit ibi imol.ꝛ vide bal. i.d.l. ſi ca.in prin. in ſi.ſj. colũ. C.qui accu.

a d Iui frẽs vide in .l.i. in ſi .C. ex dlic.defũ.

b e X iudicioꝝ.nota ad materiam huius .l.ꝙ lʒ reus accuſatus ꝑ mortez liberet ꝗ ad ꝑſonã. vt .C.ſi reus vel acc.mor. fu. tam̃ ſi heres voluerit ad purgationeʒ defũcti ꝙ declaret defunctũ nõ cõmiſiſſe delictuʒ põt hoc petere ꝑ tex.ſin.i .l.filio.§.ſcia teſtõ.de adimẽ.le.ſʒ bal. in.l.i.ex deli. defunc.ꝛ ad materiã huius .l. vide bal.i l.i.C.ex deli. defun. in. ij. iij.ꝛ.iiij. col. vbi not.glo. hic qđ ſi reus decedat ĩfra tp̃s appellandi.vide bal.i d.l.i.i.vi. colũ.ꝛ bar.i.d. l.ſi qua pena de ṽ.ſi.ꝛ barto.ꝛ bal.in.l. iij. C.ſi pen. ap.quo autẽ formet ſnĩa mortuo reo: ſeu quo mõ: aut qbus ṽbis vtet heres pro defẽſione . vide bal.in.d. l.i. in.vij. col. ꝛ qđ habetur ꝑ doc.i.l.nulli.de ꝓcura.

c ¶ Scdo ꝗro vid bal.ang. ꝛ imol.i.l .q a latronibus.i §.i.de teſti.ꝛ bal.in.l.i.C. ex deli.defũ. ꝛ bal.i.l.ſi qs filio.§.ſi euʒ d iniu. teſta. ꝛ imol.i.l.defuncto.ſ. de publi. iudi.ꝛ

hanc glo.approbat ſali.i l.ſiue.C.ſi reus vel accu. idẽ bal.i.l.iij ſi pen.appel. moro inter. in ver.ꝗro ſi deportatus. ꝛ vid rapha. in.l.ſi.ſi pen. ap.ꝛ plene ꝑ quendã moder. nomine Ang.de are. in ſuo tractatu maleſi. in vlti. verbo .

d ¶ Pena tranſeat.breuiter ſententia banni trãſit ad heredẽ ſed bal. ꝯtra i.l.i.in.v.colũ.C.ex deli. defunc.ꝛ vide Bald. et Imo.in.l .q a latro. §. i. ſ.de teſta. ꝛ bal.in.l.ſi qs filio. §.eius. d in iuſ.teſta. ꝛ Bal.in auc. bona dãnatoruʒ.C.d bo. dã.ꝛ in.l. data opa.i .xv colũ. C.q accu.vbi videtur ſeq Hoſti.Bar.ꝯtrium tenet i.l. pe.in.x. col. de cõdi.iſer. ꝛ vide bal.i d.l. i.in. vij. col.ꝛ qđ dicitur in.l.lutius.j.de iure fiſci.

¶ De cuſtodia ꝛ exhibitiõe reorum rub.

e d E cuſtodia pro ꝗ crĩne qs ſit carcerandus, ꝛ ꝑ quos debeat detineri.vide bal.i .l.ij.C.d epiaudi.ꝛ vide bal.in auc.ſi qs. C.de adulter.vbi dixit ꝙ iudex : ſiue ptãs poteſt cõmittere ꝙ in quocũqʒ loco ſʒ dito ciuitati detineat donec mittet ꝑ ipſo familiaʒ ꝛ ſi appellauerit reus condemnatus i qbus carceribus dʒ mitti bal.late in.l. furti.i pri.d iſa.ꝛ nõ ſol.

uit.ſed pe.de ancha.ibi tenet ꝙ debet ſtare in carceribus iudicis a quo. .c.cum teneamur.de appel.vide tamen bar.in.l.eos.§.ſi ſuper his.C.de appe.⁊ quod no.ipſe in.l.ab executore .C. quorum app. ⁊ bald .in auꝛ. ſi quis.C.de epiſ.audi.⁊ adde quod pe.de ancha.in cle.frequens.de appel.alias de exceſ.prela.c.frequens.poſtea dixit ꝙ ſi appellatur ab interlocutoria ſuper captura nec appellatur a diffinitiua deb3 carceratus detineri per iudicē ad quē quia tota iuriſdictio eſt tranſlata ad iudicem appellationis. ergo ad ipſum eſt duoluta cuſtodia quia carceratio eſt d̄ proceſſu facit.l.ſi is ad quem.C.de eden.vbi ꝓceſſus traditur ipſi maxime cu3 ad ipſum ſpectet executio ſi contingat per ipſu3 ſententiam iudicis a quo confirmari. ⁊ hoc no.in .c. romana. de ap. in.vi. ⁊ tenet bar. in.d.§. ſi ſuper his. tu caue: quia pē. app.nihil debet innouari ſed omnia debent reduci in modu3 quo erant tēpore late ſententie.⁊ tūc ſi quis ꝓſequitur ius quod tunc erat non debet innouari ſecundum glo.no.in.c. non ſolu3 d̄ appel.in.vi. ⁊ ideo videtur ꝙ iudex poſſit ⁊ debeat remittere ei.hoc vi detur velle bald. in .d. auꝛ. ſi quis ⁊ ita ſeruaꝛ. facit qḋ not. Inno. in .c. vt fame .de ſen .excō .et per moder. in.l.ſi expreſſim.de app. in.vi. car.et per Bal. in .l. minime. .C. de app. ⁊ vide bald. in.l. ſiquis p⁹ de te.⁊ ange.in.d.l.more.ff.d̄ ferijs: quē oīo videas. Itē adde ꝙ ſi quis ſemel exiuit de carcere perdit beneficiu3 ꝓ crimine ꝙ datis fideiuſſoribus relaxetur glo.eſt ſin.⁊ ibi roma.i.l.lege cornelia.ff.ad ſil.⁊ bal.in.l.iij.ad fi.de epiſ.audi.⁊ ad predicta vide omnino bal.in.l.i. .C.de exhi.re. Itē adde qḋ bal.in auꝛ.l.generaliter in vi.col.C. de epiſ. ⁊ cle.dixit ꝙ nullo mō pōt excuſari iudx q ab accuſato vel inqſito nō acceperit fideiuſſores:q: forma eſt tradita a lege per illu3 tex.bene facit.l.i.d̄ magi.conue.

a ❡ Debeat ſolui. Adde bar.in.l.nemo dubitat d̄ re. iudi.⁊ pro hac deciſ.facit tex.in.l.iiij.§.ait de re iudi.⁊ ibi omnino vide

ſtinctio que ponitur in hac.l.aduerte quō ē iſtō cum nos videmus tota die ꝙ ꝓ quolibet crimine ex quo venit inferenda pena in corpus quis carceratur. Ia.de are.intelligit hanc.l.aliter et intellectui ſuo applaudet conſuetudo etia3 forte.l.vt dicamus ſic.quādocūq3 venit aliqua pena inferenda corporalis quis debet perſonaliꝛ detineri ne alias penā eluderet.ſed in hoc ē differentia:q: ſi ipſe cōfitetur crime3 nō ſolū ponitur in carcere:ſed etiam ponitur in vinculis aut cathenis vel cipis:vt.j.e.l.ſi cōfeſſus.ide3 ſi nō cōfitetur ⁊ eſt graue ſcelus.ita loquitur.l.diuus .j.e.ſi vero crimen non cōfitetur nec eſt ſcel⁹ita graue:tunc poteſt poni in carcere nō ꝙ vinculetur vel cōmittetur cuſtodiendus militibus.vel cōmittetur fideiuſſoribus qui erūt fideiuſſores de ſtādo i certo loco ꝙ accuſat⁹ ſtabit ⁊ inde nō recedet.nō autem erunt fideiuſſores d̄ repñtādo.iſta3 differentia3 carceris ⁊ vinculoru3 facit tex.in.l.verum eſt.j.de ver.ſig.ꝓ qualibet ergo cauſa ex qua venit imponēda pena corporalis d̄tineri debet:ſed in modo detinēdi eſt differentia:vt.ſ̄.dixi. ❡ Quero quid ſi venit imponenda pena pecuniaria ⁊ in d̄fectu3 venit pena corporalis imponenda.vtru3 tūc debeat perſonaliter detineri.puto ꝙ ſic:q: poſſibile erit pena3 illā imponi ex hoc delicto:vt dixi.ſ̄.ti.ij.l.ij.⁊ iō tenendus eſt code3 modo quo.ſ̄.dixi.Sed qd ſi vult dare fideiuſſores idoneos:vel vult facere depoſitu3 de illa pecunia in qua venit cōdēnandus:an tunc eſt relaxādus fideiuſſoribus? Rñ. non eſt relaxandus fideiuſſoribus.cu3 enim pena corporalis debeat ſolui[a] in defectum ſi ſoluere non poterit pecuniariam pena3: poſſibile eſt ꝙ fideiuſſores efficiantur interim nō ſoluendo vel pecunia depoſita forte periret:⁊ ſic ſi ille re⁹ non eſſet pñs pena deluderetur.⁊ per hoc apparet rñſum ad.l.nemo dubitat.j.de reg.iu.q: fateor ꝙ ille qui facit depoſitū vel dat fideiuſſores eſt ſoluendo tunc cum dat eos.ſed non eſt certum ꝙ erit ſoluendo tempore facte cōdēnationis.quis ergo erit modus ſi vult non detineri illo caſu. Rñ.ꝙ ſoluat pecuniam fiſco transferendo dominium in eum ſub hac conditione: ſi condemnabitur:vt.l.ſi ſub conditione.ſ̄.de ſol.tunc enim non poteſt accidere ꝙ pena non ſit ſoluta:quia non eſt depoſita in ſpecie:ſed iā ſoluta in q̄titate.⁊ ſic perire non poteſt. ❡ Ulterius pro examinatione glo.quero vtrum confeſſus de maleficio ſemel ſit neceſſe ꝙ iteru3 cōfiteatur.[b] dicit gl.ꝙ ſic:vt hic ⁊.l.ſi quis i ea.C. .e.breuiter.Fran.accur.etiam hoc tenebat.ſed azo in ſumma.C.de confeſ.dicit.aut quis confitetur crimen ſponte ⁊ ſufficit vna confeſſio.aut confitetur metu tormentorum: ⁊ requiritur ꝙ perſeueret in confeſſione.hoc probatur .j.e.l. ſi confeſſus.probatur etiam.j.de qō.l.i.§.qō.et .§.ſi quis vltro.ita etiam ſentit Cy.in.l.ſi quis

ange.adde ꝙ ſimplex tenuta vel captura perſone eo q: non ſoluit nō reuocatur.quod tene menti.etia3 ſi preſtat ſatiſda.ſ3 bar.in.l.cu3 qui.de ꝓui.cre.⁊ in.l.ſi pecunie:vt in poſ.le.⁊ ꝑdictis adde quod no. voluit bal. ⁊ ibi ange.in.l.qui ſatiſ.⁊ quod no.bar.in.l.ſolutionis.ſ̄ de ſolu.⁊ vide plenius Barto.in.l. item.§.i.ff.qui.mo.pign. vel hypo.ſolu.⁊ adde ad predicta.l.⁊ ſi forte. vt leg. no. ca. vbi habetur ꝙ quis ſi auditur volens ſibi ſolui pecuniam alteri debitā ⁊ conſeruari indēnem ſoluente3. ⁊ ad hanc .q. vid̄ quod no.in .l.ſi quis ab alio.in prin. .ſ̄. de re iudi.⁊ vid̄ barto. omnino per illū tex. i.l.ſtatuliberos.ſ̄.d̄ ſtalibe.⁊ d̄ hac materia vid̄ bal.i.l. data opera .C.q accuſa. ⁊ ſi ſtatutum dicit ꝙ nolēs ſoluere pecuniam ꝑdat ꝓuilegium.vide no.bal.in .l.ſi pendēte .C.d̄ edi.ac. in.iij.col.itē add̄ ꝙ ſi qs eſt accuſatuſ de crimie capitali ⁊ poſitus in vinculis debet priſtine libertati reſtitui ſi conſtet eum non deliqſſe non expectata ſententia.idem in incarcerato ob debitum quem conſtat non debere. tex. eſt nota. in .l. nullus. ibi dum dicit interim detineri.de exhi. re. ⁊ ibi Bald.⁊ no. Iaco.butri. in.l.ſi is.alias ſed ſi hi. .ff.de in ius vocando. et adde quod no. Bartolus in .l. ſi quis vltimo infra de queſtio.

b ❡ Iterum confiteatur. vtrū confeſſus ſemel d̄ maleficō ſit neceſſe ꝙ iterum confiteaꝛ.vide quod no.Bal.in.l.ſi quis i hoc.d̄ epiſ. ⁊ cle.⁊ dicit Inno.in.c.conquerente.de offi. delega.per hanc.l.ꝙ confeſſus de crimie nō pōt puniri niſi ſequatur ſñia limitata.vt per bald.in .l.i.in.iij.col.C.ex delic.d̄fun.⁊ adde bar.in.l.pe.j.de qō.⁊ talis cōfeſſio d3 eſſe ſpecificata ſm bal.in auꝛ.ſed nouo iure.C.de ſer.fu.⁊ cum bart. trāſit ſpe.in ti.de cōfeſ.§.effectus.ad fi.vt refert ange. in.l.i.de cōfeſ.l3

c glo.cōtra.in.l.i.C.de cōfeſ.ſm eu3.⁊ ibi vide bar.in.i.col.

in capitali.C.eo.⁊ ita tenet Gui.d̄ ſu3.⁊ Odo. ⁊ ita ſeruat conſuetudo.

## • I quis ſeruus.

In cauſis capitalibus ſeruus ex vinculis cauſam dicit: niſi pro eo dominus vel extraneus ſatiſdederit ad quod admittentur etiam poſtq̄ ſeruus fuerit vinculatus.hoc dicit in.§.ſolet ponitur bonus caſus. ❡ No.ergo ex.l.noſtra illud quod dixi in ſummario.Secundo no.ver.illum dubitationem auget.ꝙ abolitio generalis non refertur ad eos qui ſunt in carceribus.quod preſtat ar.ad.q.ꝙ quando ſit ſtatutum ꝙ exbāniti poſſint ex̄bi de banno ſoluta certa q̄titate nō porrigaꝛ ad exbānitos:qui ſūt capti ⁊ carcerati.dicā de hoc.j.ad turpil.l.domicianus. ❡ Item op. .j.e.l.prox. Reſpondeo ꝙ iſtud quod hic dicitur de fideiuſſoribus non habet locum vbi eſt graue ſcelus. ❡ Item op.⁊ videtur ꝙ ſerui nō poſſēt accuſare d̄ crimīe capitali:vt.l.hos accuſare.§.oibus.ſ̄.ti.i.ſo.vt ibi dixi. Item videtur ꝙ in crimine capitali non admittatur alius: vt .l.penul.§.ad crimen.ſ̄.ti.ij.ſolu.vt ibi dixi.ite3 quod hic dicitur de ſatiſdatione intellige de ſatiſdatione de ſtando in certo loco:vt dixi.ſ̄.l.ꝓxima.

Ex.l.ſequenti.

❡ Quādo quis citatur ex duab⁹ cauſis an vtriq3 teneatur reſpōdeꝛ:ibi. Pro huius. Et an ſi iudex contra eum qui ꝓpter iuſtam cauſam nō tenebatur comparere proceſſit:an valeat ꝓceſſus:ibi. Circa. Et an poſitus in carceribus ex vna cauſa poſſit ex alia recōmendari:ibi. Ulteriuſ. Et quid ſi vna recōmēdatio ē factap executionem alia ꝓ proceſſu: vtrū ſcda recomēdatio impediat primam vide in fi.

## Qui exhibendi.

Hic eſt valde no.§.qui ꝓpꝛ vnu3 crimen detinetur[c] vel ad iudiciu3 euocaꝛ propter aliam cauſam euocari nō debet.h.d. ❡ Op.de.l.ſed ⁊ ſi quis.§.illud.ſ̄.ſi quis cau. ſo.pro crimine ante admiſſo non poteſt citari: vt hic.ſecus in crimine cōmiſſo poſt:vt.l.cōtra. cum enim ex ſuo delicto ⁊ ſua culpa accidit ꝙ d̄ nouo trahatur ad iudicium ⁊ quid ſibi iputeꝛ. ❡ Secundo op.de.l.qui de crimine.C. de accuſa.due poſſent eſſe ſolutiones vtraq3 eſt veriſſima.prima citatus ob vnā cām non poteſt citari ob alia3 ꝓ illo code3 termino:vt hic ⁊.l.quicunq3.in p̄n.ſ̄.de in ius vo.ſed ꝓ alio ſic.vnde vna die reſpōdebit alteri cauſe qḋ pōt fieri:vt.d.l.q de crimine.⁊ ita intelligit glo.⁊ bñ.vel aliter ibi loqtur quādo citatur corā eodē iudice:hic vo quādo citaꝛ cora3 diuerſis iudicibus: ⁊ etiā eſt vera ſo. ❡ Item op.de.l.cōtra pu.§.q ad mai⁹ .ſ̄.de re iudi. Rñdeo ibi loquiꝛ quādo vnū tribunal eſt mai⁹ altero:tūc ad illud d3 accedere. hic vero loqtur qñ iſta tribunalia ſunt equalia.

• I qs ſeruus.§.q exhibēdi.detineꝛ. Ponit h ang.q.unā.de qua per ro.in.l.ſti.iſta.§.inter certam.in p̄n.de uerbo.obli.

a ❡ Qñ quis citaſ. Quero ſi citatus eſt aliqs ꝓ duabus cauſis vtrū ad ambas teneaſ rñdere ⁊ ſi ꝓcedaſ: an ꝓceſſuſ ſit nullus. ſed qd ſi accuſaſ corā diuerſis iudicib⁹ d̄ eodē crimīe corā quo ꝯparere teneaſ vide bal. i. l. ſenat⁹. C. q accuſa. ⁊ de hac materia per gui. de cu. ⁊ bal. i. l. .ij. alias .iij. .§. i. ff. ſi qs cau.

b ❡ Loc⁹ gratificatiōi. ad de ange. i. d. .l. ꝯtra. §. i. de re iudi. et ange. in. l. ſenatus. C. q accuſa.

c ❡ Et ibi tetigi. Adde bar. in. l. ij. i ff. ſ. de i ius vocan.

d ❡ Ulteriuſ quero. vtrū qs poſſit recōmēdari in carcerib⁹. vide i. l. ſi cui. §. ſacrilegiū ſ. de accu. ⁊ bar. ⁊ doc. i .d. l. i. ĵ. nil no. pen. ap. bal. in. l. ſꝫ ſi hac. de i ius vo. vid̄ raꝑ b in .d. l. i. nil noua. ⁊ vide ange. in. l. nemo carcerē in ff. de exacto. tribu.
ADDE an qs poſſit recōmēdari in carcerib⁹ et cautelaꝫ ne recōmendeſ ꝑ bal. cōſi. c. cclxxxiiij. li. ſecundo.

e ❡ Sed pōe Adde bart. i .l. ſꝫ eximēdi .§. iteꝫ ſi qs. .ſ. ne qs cū. ⁊ bal. in aut. ei qui. in. iij. col. C. d̄ bo. auc. iud. poſ. ⁊ bal. in. l. legata inutiliſ d̄ le. i. ⁊ bal. i. l. ff. §. pe. et ff. p⁹ bart. ſ. qd̄ me. cau.

f Si qs vi

g des ergo. vid̄ bar. in. l. i. ſ. e. ⁊ bal. in. l. .i. C. d̄ exhibe. ⁊ qd̄ not.

vide glo. que incipit. ſ. cū in ꝑma cā. ❡ Pro huius declaratione licet alias dixeriꝫ in. l. cōtra pupilluꝫ. §. qui ad maius. tamē ex hoc diſtinguiſ qñ quis citaſ[a] ꝓ duab⁹ cauſis vtruꝫ ꝓ vtraqꝫ d̄beat reſpōdere. dic ſic aut cā aliqua ꝓpter quaꝫ citaſ emergit ſuo facto poſt p̄mā citationeꝫ: ⁊ tunc iputet ſibi: q: in vtraqꝫ rñdere teneſ: vt. l. ſed ⁊ ſi qs. §. illud. ſ. ſi quis cau. aut vtraqꝫ cauſa emergit ante: ⁊ tunc aut citaſ corā eodē iudice aut coraꝫ diuerſis. ꝑmo caſu in vtraqꝫ rñdere tenetur: vt. l. qui de crimine. C. de accu. Secundo caſu aut vnuꝫ auditorium eſt maius altero: tunc debet accedere ad maius auditoriuꝫ: vt. l. cōtra pupilluꝫ. §. qui ad maius. ſ. d̄ re iudi. aut auditoria ſunt equalia. ⁊ tunc aut vna cā eſt tpe ꝑitura: alia nō. ⁊ ad illaꝫ debet cōparere: vt hic aut nulla cā eſt ꝑitura tpe. ⁊ tunc aut vna cā eſt maior ⁊ grauior altera: ⁊ ad illaꝫ teneſ rñdere: .l. cōtumacia. §. i. ſ. de re iudi. ſi vero cauſe ſunt equales: tunc ſiquidē citationes ꝓceſſerunt ſucceſſiue vna poſt aliā debet cōpere coraꝫ primo: vt hic ⁊ .l. quicunqꝫ. ſ. d̄ in ius vo. ſi vero ꝓceſſerūt ſimul citatiōes: tunc eſt locus gratificationi[b]. q: debet ad vnā prius accedere quā vult ar. .l. ſi qs in graui. §. ſi plures. ſ. ad ſyl. vbicūqꝫ auteꝫ dixi vnaꝫ cām preferendā intelligas non: vt alia cā ſimpliciter relinquatur: ſed pendēte neceſſitate prime citatiōis nō rñdeat alteri cauſe. poſtea ad aliaꝫ cām rñdeat. ita dicit glo. hic ⁊ i .l. qui de crimine. C. d̄ accuſ. ❡ Circa hoc quero quid ſi iudex cōtra talē qui ꝓpter iuſtā cām nō tenebaſ ire ꝓceſſit tanq̄ contra ꝯtumacē an valeat ꝓceſſus vel ſit ipſo iure nullus. Rñ. ſiquidē iudex cām iſtā ſciebat: tunc ꝓceſſus eſt null⁹ ipſo iure. alias deberet irritari per appellationeꝫ. ita no. ꝑ gl. in. l. queſitū. ſ. d̄ re iudi. ⁊ ibi tetigi[c]. facit qd̄ dixi in. l. cōtra pupillū. §. qui ad maius. de re iudi. ❡ Ulterius quero[d] vtrū poſitus i carceribus ex vna cā poſſet ex alia cā ibi recōmēdari. ꝓ qua. q. examinā da ſciendū eſt q̄ qñqꝫ quiſ ponitur in carceribus ad executionē criminū faciendā. quādoqꝫ quis poniſ in carceribus ad ꝓceſſuꝫ donec ꝓceſſus expediaſ. Circa primuꝫ ē aduertendū. quādoqꝫ vtraqꝫ executō dꝫ eē corporalis. ⁊ hic aduerte. quādoqꝫ cā ꝓpter quā ꝑmo incarceraſ habet extiguere executionē ſcd̄e cauſe. v̄bi gratia. ꝑmo eſt carceratus ꝓpter vnā condēnationē capitis. Scd̄o carceraſ ꝑꝑ vnam cōdēnationeꝫ furcarū. ⁊ iſto caſu debet aduerti: vtrū executio fiat propter illud crimen quod erat grauius. ⁊ ideo illa recōmēdatio ꝑualebit que ſit propter grauius crimen. ꝓbatur i. l. i. § ff. ĵ. nil innoua. ap. pen. ſi vero executio facta ex prima cauſa nō abſorbet executionē que dꝫ fieri ex ſecunda: q: ꝑmo eſt recōmēdatus ꝑꝑ vnā cōdēnationeꝫ que reperiſ in amputatione man⁹. Secūdo recōmendatur propter cōdēnationeꝫ que reperitur in amputatione pedis. tunc etiaꝫ prima recōmendatio ꝑualebit: vt prius executio illius condēnationis fiat. Iteꝫ ſcd̄a valebit: vt facta executione condēnationis prie fiat executio condēnationis ſecunde. etiā ſi fiat a diuerſis iudicibus: vt. l. ſi cui. i ff. ſ. ti. i. quādoqꝫ vna executio eſt pecuniaria. alia corporalis. v̄bi gratia recōmendatus eſt quis in carceribus: q: dānatus in capite. alius facit eum ibi recōmēdari ꝓ pecunia. vel vt reddat rōnem alicuius adminiſtrationis. tunc iſto caſu ſiquideꝫ habita modica dilatione executionis pene corporalis poſſet eſſe conſultuꝫ ei qui petit executionē eius pecuniariaꝫ cōcedeſ iſta dilatio. alias ſecus: vt. l. i. .C. de bo. dā. fa. l. ſi. circa prin. ſ. de publi. qñqꝫ vtraqꝫ executio eſt pecuniaria. v̄bi gratia vn⁹ facit poni aliquē in carceribus ꝓ debito. ali⁹ facit etiā ibi recōmēdari ꝓ eodē debito vel ex forma ſtatuti: vel de iure cōi ſm̄. l. i. C. qui bo. ce. poſ. e i iſto caſu ſine dubio vtraqꝫ recōmēdatio tenet. nō eni eſt aliqd qd̄ repugnet: ſicut eni in vna re p̄nt mitti plures creditores: ⁊ vna res obligari plurib⁹: vt. l. ſi finita. §. ſi plures. ſ. de dā. infec. ⁊ .l. cū vnus. ſ. d̄ bo. auſ. iud. poſ. ita eadē rōne hic. videam⁹ ergo qñ recōmēdatio ſit ad ꝓceſſuꝫ ſeu ꝑꝑ ꝓceſſuꝫ. ⁊ hic aduerte qñqꝫ vterqꝫ ꝓceſſus eſt crimīalis: ⁊ hic ſemꝑ ꝑualet recōmendatio ꝑma: vt ſuper ea ꝑus ꝓcedaſ etiā ſi ſit crimeꝫ leui⁹: vt. l. ſi cui in ff. ſ. ti. i. recōmēdatio v̄o ſcd̄a valebit: vt finita ꝑma cā ꝓcedatur ſuꝑ ſcd̄a: vt hic no. ſm̄ glo. ⁊ .l. qui de crimīe. C. d̄ accu. et hoc ſiue fiat ab eodeꝫ iudice: ſiue a diuerſis iudicib⁹: vt. l. ſi cui. in ff. ſ. ti. i. qñqꝫ vtraqꝫ cā eſt pecuniaria: tūc dicas idē qd̄. ſ. dixi in citatiōe v̄ bali. qñqꝫ vna cā eſt pecuniaria alia corporalis ⁊ criminalis: tūc prefeſ criminalis ciuili: vt. l. ꝑ minorē. ſ. de iudi. ⁊ .l. ſi. C. de ordi. iudi. qd̄ intellige niſi cā pecuniaria eſſet tpe peritura: vt hic i ſi. ❡ Tertio eſt vidēdū qd ſi vna recōmēdatio eſt facta ꝓ executiōe. alia eſt facta ꝓ ꝓceſſu. vtꝝ ſcd̄a recōmēdatio ipediat ꝑmā executionē. breuiter abſqꝫ dubio: vt dixi vtraqꝫ recōmendatio valet q̄tenus inuicem ſe nō ipedirēt. ſed ſi iuicē ſe ipedirent exēplū pro pena capitis ē recōmendat⁹ qs ⁊ accuſaſ de alio crimīe ex quo iponiſ pena capitis certe executio ꝑma differſ ſi cā ſuꝑ qua dꝫ ſcd̄o cognoſci erat delictū graui⁹ q̄ eſſet ꝑmū delictū: vt. l. i. in ff. ĵ. nil no. ap. pen. q̄ tenemēti: q: poterit vobis eſſꝫ vtile qñ velletis faceſ differri ꝑmā executionē. Modo habes qñ qs pōt in carcerē recōmēdari: ⁊ ex qua cā ⁊ ea q̄ dixi ꝑ alios nō dicunſ. ꝑdicta vera qñ vna icarceratio fuit facta iuſte. ſed pone[e] ꝑmo fuit incarcerat⁹ iiuſte. an pōt ꝑꝑ aliā iuſtā cāꝫ recōmēdari: ibi videatis i diſputatōe mea q̄ incipit lapus.

d **Iuus pius.** Iſtā. l. intelligas d̄ fideiuſſoribus de non ſeparando ſe de loco: vt dixi. ſ. e. l. i. plene.

Ex. l. ſequenti.

❡ Fideiuſſor: q ſimpliciſ ꝓmiſit de iudicio ſiſti vſqꝫ ad q̄ tp̄s libereſ p̄ntādo: ⁊ qd ſi ꝓmiſit p̄ntare qñcūqꝫ: ibi. Circa. Et an talis fideiuſſor cogaſ ꝓmittere certā pecunie q̄titatē noīe pene: ibi. Quero. Et quāta debeat eē iſta q̄titas: ibi. Scd̄o. Et an veniat aplicanda iſta pēa: ibi. Itē Et an pena debeat exigi a fideiuſſore dato libello. vide in ſi.

s **Si quis.** Hec ē bona. l. text. ibi pena pecūiaria plectitur. dic q̄ erat q̄ta fuit ꝓmiſſa vel q̄tū eſt ꝯſuetudo vel q̄tū iudx decreuit ab initio vel arbitrio iudicis: vt. ĵ. in. v̄. ſꝫ ſi neqꝫ. quē hic iūge tex. ibi ſtatuet. ⁊ hoc qñ ſine dolo. ſi v̄o cū dolo: tūc hꝫ locū. v̄. puto tñ ⁊c. quē hic i ſi. l. habes vides ergo[f]. l. iſtā q̄ ponit diſtictionē ſuā pfecte q̄liſ veniat puniēd⁹ ille q nō exhibet reū quē ꝓmiſit. ❡ Cōtra hoc op. q̄ qs veniat puniēdus i ſimilitudie ſupplicij q̄ pena debebat puniri ille q debebat exhiberi: vt. l. ad cōmētarienſeꝫ. C. e. ⁊ ĵ. .e. l. milites. ſo. hic loqtur in fideiuſſore q ſe obligauit q ex ſuo cōtractu nō pōt ſe[g] obligare ad penā mortis: vt. l. liber hō. ſ. ad. l. acql. Sed cōtraria loquunſ in officiali quē. l. ad hāc penam obligat. ❡ Itē op. de. l. ij. C. ad turpil. Rñ. illa

ro. iu. l. i. ff. ſi cer. pe. ⁊ qd̄ dixi ſm̄ āg. i. l. more romano. ff. de ferijs. ⁊ vid̄ ang. i. l. ſi qs poſt. ff. d̄ teſta. ⁊ tex. i. c. cleric⁹ d̄ ſen. excō. in. vi. ⁊ per abb. in rub. de fide. iuſ. ⁊ ibi qd ſi aufugit p̄ncipali ad penam mortis ad qd teneatur fideiuſ.
ADDE q̄ cōſuluit bal. de eo q fideiuſſit ꝑ famulo q aliuꝫ vulnerauerauerat ⁊ famulus aufugit ⁊ vulnerat⁹ mortu⁹ eſt qualit fideiuſſor teneaſ vid̄ ei⁹ cōſi. cciiij. i. libro.

g ❡ Nō pōt ſe. no. q̄ fideiuſſor nō pt ſe obligare ad penā mortis vide pe. de ancha. in rub. de fide. iuſ. ⁊ ibi imolā. ⁊ legiſ et no. in. c. cuꝫ hō. xxiij. q. v ⁊ per doc. in .l. ſciēdū .§. pe. q ſatiſd. cog. vid̄ bal. q allegat illū tex. i. d. c. cū hō. in. l. i. .C. ne fide. iuſ. do. deneſ in. l. pe. C. d̄ pac. i. iij. col. ⁊ bald. in. l. quot. in p̄n. .ſ. d̄ noxa. ⁊ oino bal. de pa. cōſtan. in v̄. ab vniuerſitate. ⁊ ad materiā vid̄ qd̄ no. i. l. ſcpe. d̄ re iud. ⁊ bart. in. l. quoſ. ſ. de noxali.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

a ¶ Accipit de pñtando.ſi qs pmiſit pñtare qñcumqз placuerit.vid q no. dixi in.l.grece.§.ſi poſt litē.ff.de fideiuſ.ꝛ bar.j.e.l.ꝛ ad h qd no.Dy.in .l.cōtinuus.§.cū qs ſub hac.d vb.ob.vbi tз cōtra bar.ibi.vt refert bal. in.l.q de crimie.C.q accuſ.ꝛ vide aliqd p ro.in.d.l.grece.ꝛ i.l.ſi finita.i pn.ꝛ ibi p alex.in pn.de dā.infec. ADDE Si qs pmiſit pñtare curie qñcūqз voluerit Ro.cōſi.cxxxvij.

b ¶ Quere.vtrū.ſз quid ſi fideiuſſoꝛ pmiſit ꝙ ſtaret vel pareret mādatis iudicis. dic ꝙ ēt expirat lata ſnīa.ſз bal.in addi. ſpec.in ti.de reo.in pn.in vſi.ſed qd ſi qs.facit qd no.dy.in.d.§.cuз qs.ꝛ ad pdicta vide oio cy.ſi.ꝛ qd ibi pulchre p bar.i diſt.ſua. i.l.pen.C.d ſi.deiuſ.ꝛ ſi fideiuſſoꝛ pñtauerit pncipalē ꝛ poſtea aufugerit d carcere an ſit liberatus bal.ꝙ ſic.in .l.q crimen.in.x.col.C.qui accu.et de eo q.pmiſit pñtare an liberet vnica preſēta.vide oio pau.de ca.in.l.ij.§.ſi.ff.q ſa.cog.vbi oio videas.ſз an ſi in caſu huius.l.pmittat certa pena i magna qтitate an valeat ſi excedat modū.d.l.eos.C.de mo.mul.bal.ꝙ ſic.in .l.q crimen.in.viij.q.C.qui accu.et etiā videtur tex.hic.

c ¶ .l.ſācim⁹ ꝛ itellige ſз .l.pen.e.ti.ꝛ ibi vid bar.

d ¶ .l.ſācim⁹ vide bal.i.l.ſi pacto quo penā.in ſi.C.de pac.ꝛ bal.ꝛ alex.in.l.ij.§.i.ff.qui ſatiſ.cog.

debet intelligi ſm iſtaз. ¶ Circa hanc .l.formantur alique.q.primo vſqз ad quod tēpus fideiuſſoꝛ tenetur repñtare iſtuз.glo.dicit vſqз ad ſnīam non poteſt:vt.l.grece.§.an vero.ff.de fideiuſ.ꝛ ita dicit glo.videte ego puto ꝙ glo.dicat.veritateз quando fideiuſſoꝛ eſt ſimpliciter receptus de iudicio ſiſti.lata enim ſnīa nō eſt neceſſe ꝙ amplius ſiſtat.ſed requiritur ꝙ talis fideiuſſoꝛ ſit in moꝛa ante ſnīam:vt.ll. contra.ſз qñ fideiuſſoꝛ accipitur de pñtando[a] eum quandocunqз curie placuerit.tunc iſto caſu non eſt ſimpliciter fideiuſſoꝛ de iudicio ſiſti.cum ergo pſona rei etiam poſt ſnīam requiratur:vt in eū poſſit fieri executio credo ꝙ teneat ſiſtere. alias tenetur pena que hic ponitur.ſicut dicimus in eo apud quem res deponitur in ſequeſtrum:q: tenetur ſequeſter ad illam reddendaз ei cui iudex iudicauerit:vt.l.ſi oleuз.ff.de dolo.ꝛ.l.pꝛopꝛie.ff.depo.ꝛ.l.ſe.ꝛ.l.ei apud.§.in ſequeſtruз.e.ti. ¶ Quero vtrum[b] fideiuſſoꝛ iſte cogatur pꝛomittere certam pecunie qтitateз.Dy.videtur dicere ꝙ non:vt.l.i.ff.d pꝛeto.ſti. bꝛeuiter iiſtis cauſis vbi pena coꝛpoꝛalis vertitur cum ibi non cadat extimatio intereſſe debet quis pꝛomittere certam penam:vt pbatur per tex.ff.rem ra.ha.l.pꝛocuratoꝛ ad exhibendum .§.finali. ¶ Sed quero qтta erit iſta qтtitas.glo.hic dicit ꝙ illa qтtitas nō poteſt excedere modum poſitum in.l.eos.C.de mo. mul. ¶ Item quero cui applicabitur iſta pena pecuniaria.hic reperitur quedā additio.Dy.qua videtur dicere ꝙ applicet actoꝛi ſi fuit pñs ꝛ fuit ſtipulatus:vt.l.ſi pcur.ff.ſi quis cau.ſed conſuetudo obſeruat ꝙ iſte pene applicentur fiſco:ſicut quando pcurator ſtipulatuꝛ applicatur domino ꝛ ſemper habet reſpect⁹ ad perſonaз domini:vt.l.ſi pcur .ff.ſi qs cau. ¶ Quero infra qтtuз tēpus iſte fideiuſſoꝛ cogat hunc exhibere Dy.dicit ꝙ poſt.vi.menſes:vt.l.ſancim⁹[c].C.de fideiuſ. videte.l.illa loquit i fideiuſſoꝛe de iudicio ſiſti.ſed hodie iſta fideiuſſio fit alio modo:quia pꝛomittit repꝛeſentare ptem ſtatim ꝛ renunciat expꝛeſſe beneficio.l.ſancimus[d] ꝛ aliis beneficijs que fideiuſſoꝛibus competunt.ꝛ ita conſulo ꝙ faciatis. ¶ Quero vtꝝ pena iſta debet exigi ab iſto fideiuſſoꝛe dato ſibi libello per ſindicum cōis ꝛ ſecuta ſententia: vel ſi iudex hoc faciat ex ſuo officio.hic videtur in ſi.ꝙ iudex faciat ex ſuo officio quod ſatis puto eſſe verum.facit arg.quod no.in.c.ad nr̄am extra de iureiur.vbi dicitur in querendis bonis fiſcalibus iudex poteſt ex ſuo officio pꝛocedere argu.ad hoc.C.de bo.vac.l.i.li.x.

Ex.l.ſequenti.

¶ Si pꝛoceſſus ſit inualidus an valeat cōfeſſio facta:ꝛ an ſit potens ad cōdēnationem.

e ## J confeſſus.

Videtis h ꝙ confeſſus de crimine non habetur p condēnato contra.C.de confeſ.l.i.Rñ.ibi in ciuilibus.hic in criminalibus. ¶ Item op.ff.l. pꝛoinde.§.ſi.ff.ad.l.acquil.ſo.vt ibi.ita dicit glo.ſed eſt veritas ꝙ qтtum ad onus faciende pbatiōis ab aduerſario habetur pro conuicto:vt in contrario: ſed non quo ad condēnationeз.debet enim cōdēnatio ſequi:vt hic. ¶ Item op.ff.de confeſ.l.iul.ſol.ibi extra iudicium. ¶ Circa hāc.l.formo tibi vnam.q.notabilem. ponamus ꝙ pceſſus eſt inualidus ratione accuſatoꝛis vel alia rōne:reus eſt confeſſus crimen verum ex ſola confeſſione poſito ꝙ pꝛoceſſus ſit inualidus[f] poſſit condēnari glo.noſtra iuris ciuilis videtur dicere ꝙ non in.l.ſi filium.C.de lib.cau. Inno.tenз expꝛeſſe cōtra extra de accu.c. qualiter ꝛ quando.bꝛeuiter veritas eſt quandoqз quis ꝯfitetur extra iudiciuз:ꝛ tunc ex illa confeſſione non pꝛecedente pꝛoceſſu non poteſt condēnari:vt videbitis in.l.capite quinto .j. de adul. facit quod no[g].in.l.ictus fuſtium.ff.de his qui not.infa.ad idem.j.l.pꝛoxi.in pꝛin.ſed ſi confitetur in iudicio:tunc aduerte.aut confitetur delictum principaliter ꝛ per ſe.aut confitetur delictum per qтdam cōtīiam incidenter.pꝛimo caſu poteſt cōdēnari.caſus eſt hic.ꝛ quod no. Inno. in.d.c. qualiter ꝛ quando.extra de accu.facit extra de accu.c.i.li.vi.Secundo caſu non poteſt condēnari[h] niſi pꝛecederet pꝛoceſſus ita loquitur glo. in.l.ſi filium.C.de lib.cau.ad hoc facit quod dicam in.l.ij.§.ſi ex publico .j.de adult.videlicet quando eſt aliquis cōfeſſus crimen ſuper exceptione vel aliter cōuictus an debeat cōdēnari.

Ex.l.ſequenti.

¶ Ex confeſſione facta coꝛam officiali remittēti:an poſſit quis condēnari ab eo cui remittitur vt ſi per abbatem monachus confeſſus remittatur ad legatum vel per inquiſitoꝛem heretic⁹ remittatur ad iudicem ſecularem:ibi. Ex pma Et an cum exbannitus capitur debeat foꝛmari nouus pꝛoceſſus:ibi. Ulterius. Et quis poſſit con

e ¶ J cōfeſſus.Et ad iſta vide que dixi in.l.i.in pn.ij.col.C.de cōfeſ.et pulchre ſpe.in ti.de accuſ.§.i.ver.qd ſi latro.ꝛ ibi p .Jo.an.ꝛ ibi an iudex poſſit cōdēnare cōfeſſuз:lз de illo crimie nō ageret.vide bal.in.l.ict⁹ fuſtiū.ff.de infa.C.e.ti.in.l.i.§.ꝛ ſi ſeueriоꝛ.ꝛ archi.ij.q.i in pmis.ꝛ in ſpec.d teſte.§.iā de interrogatoꝛ js.ver.ſз nunqd querit.ꝛ an cōtra cōfeſſuз in iudicio requirit alius pceſſus.vide bal.in.l. mercalē.d cōdi.ob.tur.cām.ꝛ cy.C.de ꝯfeſ.in.l.i.in.ij.q. f ¶ Sit inualid⁹. vide Inno.in.c.p inq.de elec.ꝛ in.c.cū ſup de cōfeſ.ꝛ bar.in.l.magiſtratibus .ff.d iur.om.iu.ꝛ bal.in.l.i.i ſi.vbis.de iur.om.iud.ꝛ bal.in.l.quot.C.d iudi.ꝛ in.l.iuſiuran.qd ex cōuentiōe.ff.de iureiur.ꝛ i.l.mercalē.C.d cōdi.ob.tur.ca.ꝛ adde do.an.ꝛ abb.in.c.at ſi clerici.d iudi.ꝛ do.ant.in.c.cū oli.de reſcri.vid ēt q dixi poſt bar.i.l.certi ꝯdi.§.ſi nūmos.ſi cer.pe.in ſi.ij.col.ꝛ add ꝙ etiā in ciuili cōfeſſio facta ſup libello iepto valз ſcdm qd voluit bal.i.l.ij.ad ſi.C.d re iu. ſi tñ cōfeſſio facta eēt nō in foꝛma iudicij nō valз:vt p gl.i.l.iubem⁹.C.d lib.cau.ꝛ ad bar.h etiā add ea q p illū tex.no.bart.in.l.ſi debitoꝛ.§.ſi i vēdi.q.mo.pig.vel hyp.ſol.Itē ex pceſſu nullo qs pōt dānari ſi ſequat cōfeſſio.c.qualit.ꝛ qñ de accu.ꝛ Inno.i.c.ij.de cōfeſ.Itē intellige niſi cōfeſſio reſultet ex moꝛte cōfitētis q caſu cuз nō poſſit aliter cōdēnari habet p cōdēnato.tex.ē ꝛ ibi hoc tenet bal.in.l.ij.C.q teſta.fa.poſ.ꝛ de.q.de qua h per bar.adde p ſpe.in ti.d teſte.ver.ſed nunqd.archi.ij.q.i.c.multi.ꝛ.c.in j mis ꝛ vide ange.i.l.ſi do .§.de viro.ſo.ma.ꝛ h faciunt ꝯ ea que voluit do.ant.in.c.examiāta.d iudi.quē ibi etiā repꝛobat imol.per ea q voluit Inno.d.c.qualiter.bar.h ꝛ vide q dixi in.l.publia.§.ij.dpo.ꝛ p opi.bar.eſt tex.in.c.piſanis. de reſti.ſpo. queз no. allegat. bal.i aut .of ferat. in fin. C.d lit. ꝯte. ꝛ vid q in ſi milī. no.bar to.i.l.ſi i pn. ff.d eīdē aliaſ i.l.i. i ſi. pn. coꝛ.ꝛ pdicta itellige ſз glo.no.ꝛ ibi dixi.j. de q.ſti.in.l.pe.et ad pdicta vide oīno ſto.in.q.ſua incip.inqſit⁹ d deciſiōe pmi dubij.ꝛ vid q dixi in.l.ii bellorū .i.q.qualit dз ex pmi pſona.ff.ti.i.ꝛ bal.i.l.itē exigit de dolo. ꝛ cle.cōſtit.de elec.ꝛ bal.in .l.i.ſi menſ.fal.mo.dixe.ꝛ qd ſi emanet ficta cōfeſſio ſuper iepto pceſſu: vt q: vigoꝛe ſtatuti cōtumax habet p cōfeſſo.vide bal i.l.ij.§.ſi actoꝛ.d iur.ca.ꝛ dixi i.l. abſētē.j. de penis. et vide bal.i.l.ict⁹ fuſtiū.d iſa.ꝛ add qd bal.i.l.i.C.d iudi.dicit ꝙ vbi pcedit ꝯ confeſſū nō requirit oꝛdo iuris tan qз ſup notoꝛio.alle.bal.in.d.c.ſuper inquiſit.ꝛ pdicta ēt ſunt vera vbi qs cōfitetur in caſu in quo inquiri non poſſet.c.euidentia.d accuſa.et vide ang.in.l.i.ff.de cōfeſ.ꝛ limita pꝛedicta.niſi cōfeſſio emanaret poſt actuз factū puta poſt ſnīaз:vt no.bal.in.l.debitoꝛ.in ſi.C.de here.ac.ꝛ qd dixi in.l.nō tantū.de ap.ꝯ hoc facit qd vult bal.ꝛ ange.in.l.ij.de lib.ꝛ poſthu.ꝛ ibi refert alex.itē adde qd ang.in diſpu.baſtēſio miles.dicit ꝙ ꝯfeſſio generalis inducit notoꝛiū:vt voluit ſpe.in ti.de noto.cri.§.iaз v.notoꝛiū.ꝛ bal.in.l.i.in.l.pperandū.in ſi.pn.C.de iudi.ꝛ qd ſi inſtātia eſt finita poſtea eſt cōfeſſus.vide bal.in.l.pperandū.in ſi.iij.col.C.de iud.ad hoc adde glo.in.c.ex penitentib⁹.l.diſt.ꝛ eſt addi. g ¶ Facit qd no. Adde ꝙ cōfeſſus nō pōt opponere de ineptitudie libelli.ſm bal.in.l.ij.C.de re iudi.p.c.piſanis.de reſti.ſpo.ꝛ idē bal.in.l.cū mulier .ff.ſo.ma.ꝛ in.d.l.mercalē.C.de cōdi.ob tur.cau.ꝛ hic vide bar.ꝛ ad hic no.vide doc.in.c.at ſi clerici in pꝛin.de iudi. ADDE vt per bal cōſilio.cxlvii.ij.iiij.lib. h ¶ Non pōt cōdēnari.an ex inoꝛdinato pceſſu poſſit qs condēnari cuз bar.hic tenet bal.in.l.i.ff.de iur.om.iu.ꝛ in.l.q iuraſſe.d iureiur.ꝛ allegat no.in.l.ait pretoꝛ.§.pmittit.de mino. cōtrariuз videt velle ideз bal.in.l.ij.§.qd obſeruari.de iura.cal.ꝛ in.l.vnica.C.de cōfeſ.vbi alle.Inno.dicere ꝯrīū eius ad qd allegat per bal.in.c.p inqſit.d elec.ſed ꝯ iſtā doctrinā videt facere cōis doctrina.doc.in.c.i.de accuſa.i.vi.vbi dicūt non valere cōfeſ.vide bonū dictuз bal.in.l.i.in ſi.pn.ꝛ in.l.pperandū.C.d iud.vbi vult ꝙ pempta inſtātia rōne cōfeſſiōis iudex poſſit

condemnare. ⁊ eſt addi.
ADDE ꝙ ange. conſilio. clxxviij. tenet glo. in. d. l. filium ⁊ ita dicit ſe ali
as etiā obtenuiſſe in ſindicatu cuiuſdam domini rainerij lafranchi de
piſis poteſtas peruſij qui q̄ndam abſoluerat a confeſ. facta ſuper inepti
a tudine libelli. dnuo iquiſit. formauerat ⁊ i ſindicatu moleſtabat

imperator. in fi. apo. mag. ī. de iur. ff. ſed bal. in conſi. ſuo breui incip. cū
apparet de condē. petri gilidini. de tali loco licet non ſit articulatum de
corporis vnitate ſi non conſtat plures eiuſdem nominis eſſe non preſu.
mitur pluralitas: alias ſequeretur ſententiam tanꝙ obſcuram ſemper
nō valere: quod eſt ridiculū. fa. ad hoc. l. quid tn̄. ff. de arbi. ⁊. l. duo ſūt

ſtituere deūciatores: ibi. Primo qro. Et q ſint
conſtituendi denunciatores: ibi. Secundo. Et
quis ſit effectus denunciationis: ibi. Tertiō. Et
an qui denunciat ita debeat ſe ſubſcribere ſicut
qui accuſat: ibi. Quarto. Et ꝙ ſit officium iudi
cis ſuper denunciatione: ibi. Alteriꝰ. Et an ab/
ſolutoria lata ſuper denunciatione pſit reo:
ibi. Alterius quero. Et an ſit excuſatus denun/
ciator: q: malefactores ignorauit: ibi. Alteriꝰ cir
ca. Et quid ſi denunciator fuit pūctus oēm pſo
nā teneatur denunciare: ⁊ an illud delictū ꝙ ꝺ
quo nō venit imponēda pena vide in fi.

d **Iuus.** Hec eſt vna no. l. Denun
ciatoribus non eſt creden
dū quo ad condēnationē: ſed ex eis po
teſt pcedi ad inquiſitionē ⁊ veritate cōpta ab/
ſoluet vel condēnabit denunciatum. ⁊ diuidiſ
hec. l. in tres partes. nam in prima dicit ꝙ denū
ciatio non pdeſt quo ad condēnationē. ⁊ hoc
probat duobus exemplis. Secundo dicit ꝙ de
nunciatio prodeſt vt perueniatur ad inquiſitio
nem: ⁊ hoc pbat duobus reſcriptis. Tertio di
cit quale debet eſſe iudicis officium ſuper pceſ/
ſu quem facit ſuper inquiſitione. ſecūda ibi: ſʒ
etiam caput. tertia ibi: ⁊ ideo cū quis. ¶ Ex p/
ma parte. l. habetis ꝙ ex confeſſionibus factis
corā officiali remittenti non pōt quis cōdēna/
ri ab eo cui remittitur. quod facit ad multa que
occurunt quottidie. Specialiter facit vnum du
bium. abbas ſancti petri cepit monachos ſuos
qui confeſſi ſunt crimen coram eo. demū eos re
miſit ad legatū cum eorum confeſſionibꝰ que/
rebatur an ex illa confeſſione eſſent condēnādi
a legato: dictum fuit ꝙ nō. caſus ē hic. ſed dice/
tis vos nō eſſe dubiū ꝙ iſte confeſſiones nō p
ſunt ad aliquem condēnandū tanꝙ facte corā
iudice non cōpetenti[a]: vt. l. ij. C. ſi a non cōpe.
iu. per totū. ⁊ extra de iudi. c. at ſi clerici. ſʒ poſ
ſet dubitari quid de confeſſione facta coram iu/
dice cōpetenti. exemplum inquiſitor heretice p
uitatis proceſſit cōtra quedā: ⁊ eum condēna/
uit de hereſi ⁊ eum tradidit iudici ſeculari: an
iudex ſecularis debeat credere illi ſnīe ⁊ illi pro
ceſſui: ⁊ ſic executionē facere. an vero debeat ꝺ

nouo formare pceſſum. tex. videtur ꝙ debeat
executionē facere. ī. e. l. non eſt dubiū. Guil. ꝺ
cu. tāgit hanc. q. in. l. mgr̄atibus. ſ. de iur. om.
iu. finaliter veritas eſt iſta: q: caſus eſt ꝙ iudex
non habet neceſſe illi pceſſui cōſentire. ſed pōt
de nouo facere[b] pceſſum ⁊ de nouo crimē exa/
minare: ⁊ ſm ꝙ ſibi videbitur poterit eū puni
re: vt in auē. de ſan. epi. ſ. ſi vero crimen. col. ix.
¶ Alterius vos videbitis hic in ver. ⁊ ſic ⁊ diuꝰ
pius: ꝙ annotati non debēt haberi p condēna
tis: ſed debet ex integro queri p hoc dicit Dy.
no. ꝙ nunꝙ alibi inuenies ꝙ exbāniti[c] non de/
beant ſtatim puniri cū capiūtur: ⁊ non haben
tur p confeſſis niſi contineaſ. in. l. municipali.
ſed debet queri de crimine ⁊ quaſi ꝺ re integra lʒ
multū faciat cōtra eos fuga. videte dn̄i quid
operatur fuga. non dico hic ſed dixi in. l. lege.
corne. ſ. ad ſil. ⁊ ſi ibi non dixi alibi repetam.
Spe. tangit hoc dubium in ti. de acc. ſ. ſequiſ
ver. ſed pone. a. ⁊ ibi videtur dicere idem que ꝟ
ba ſine dubio vera ſunt ſm iura cōia. ſed ſm ſta
tuta ciuitatum italie ſm que exbāniti hn̄tur p/
confeſſis ⁊ ſnīa fertur in eos tanꝙ in confeſſos:
tunc cum ſint capti poſt condēnationē non ē
opus nouo pceſſu ſed ſola executio. ⁊ hoc plu
ries practicaui ꝙ exbānito pducto coram te fa
cias reperiri bānum ⁊ facias confiteri[d] ꝙ eſt ille
talis qui reperiſ exbānitus ⁊ condēnatus p ta
li crimine ⁊ tali tēpore ⁊ facias poſtea executio/
nē quando vis. ¶ Alterius de iſtis denuncia/
tiōibus queramus aliqua. ¶ Primo quero qs
poſſit conſtituere iſtos denūciatores? Rn̄. qui/
libet iudex vel vniuerſitas que haberet merum
imperiū nō mixtū. nā iſti poſſunt iſtos denū/
ciatores cōſtituere: vt. ſ. de off. pre. vr. l. i. ſ. qui
es. facit. C. de curioſ. l. i. li. xij. facit ad hoc. l. iſta
⁊. l. ab accuſatore. ſ. denunciatores[e] ī. ad turpil.
⁊. l. ea quidē. C. ꝺ accu. ¶ Secundo quero qui
poſſint conſtitui denunciatores. breuiter circa
hoc do vnam regulā ꝙ quicunqʒ nō poteſt eē
accuſator: ille non poteſt eſſe denunciator: vnde
illi qui non admittuntur ad accuſandum q po/
nunſ. ſ. ti. i. l. qui accuſare: illi non admittuntur
ad denunciādū. hoc ponit text. ⁊ glo. Ber. i. c.

d Iuus. iudice non competen/ti. Sed adde ꝙ iſta talis confeſſio facta coram incompetenti iudice operatur ꝙ cogatur exiſtere reos: niſi diceret ſe aliter intellexiſſe ſecundum Inno. in. c. per inquiſit. de elec. facit qꝺ ipſe no. i. c. cū dilec. de ſucceſ. ab inte. ⁊ p omnes in. c. at ſi clerici. ꝺ iudi. ⁊ ange. in. l. magiſtratibus. ꝺ iur. om. iud. ⁊ ange. in. l. i. C. de confeſ. et ibi bald. in penul. colū. ⁊ adde ꝙ lʒ delictum ſit notoriū etiā per confeſ. nunꝙ tamē poteſt exeq a iudice icōpetenti. ſcꝺʒ bal. in. l. magiſterie. C. ꝺ iur. om. iud. ⁊ an compellatur perſiſtere in tali confeſſione. vide bald. i. l. in bone fi dei. C. ꝺ re. cre. in verſi. item quero ⁊ in. l. clarū de auc. pſtā. ⁊ bald. in. l. i. in penul. col. de cōfeſ. vbi dicit qd facit iudiciū ⁊ vide de his la ius per alexan. in. d. l. magiſtratibus. poſt doc. ibi.

b ¶ Nouo facere. contrarium tenet ange. in. l. i. C. de exhi. reis. per. c. pre
ſidentem. extra de here. ⁊. c. inquiſitiones. ſ. nunꝙ. e. ti. in. vi. vt no. In.
no. in. c. paſtoralis. de offi. delega. ⁊ in. c. cum in iure peritus eo. ti. ⁊ ſic
cum ibi legi tenui opi. contra Barto. ⁊ etiam contra barto. tenet ange.
in. d. c. inqſitiōis. ⁊ an. ⁊ Imol. in. c. i. de offi. ordi. ⁊ eſt ēt addi. c ¶ Qꝺ
exbāniti. No. ꝙ alibi nō repies ꝙ bāniti nō ſūt ſtati puniēdi nec ſtati ha
benſ p pfeſſis. vide bal. in. l. error. ad. fi. C. de iur. ⁊ fac. ign. ⁊ in. l. ita de
mun. C. de procura. ⁊ in. l. ij. ſ. fina. ꝺ. de iura. calū. ⁊ Barto. in. l. quicū
qʒ. C. e. ⁊ vide glo. in. l. i. ⁊ ibi Bal. poſt Cy. C. de requi. reis. ⁊ bald. in. l.
neganda. in penul. colum. C. qui. accu. ⁊ adde ad hanc materiam barto.
in. l. illicitas. ſ. fin. de offi. preſi. ⁊ que contumacia requiratur vt quis bā
niri poſſit. vide bar. in. l. i. ſ. fi. ff. ſi quis ius dic. non obten. ⁊ qualiter re
uocetur. vide que dixi in. l. relegati. ī. de penis. item iſtis adde que no. in
. l. i. ī. de requi. re. in glo. mag. in prin. ⁊ adde glo. in. l. i. ſ. fina. in glo. ma
gna in prin. ſi quis ius di. non obtē. vbi dicit ꝙ mulcta nō poteſt peti iu
re act. in factum ⁊ ad hoc adde omnino ibi bald. ⁊ vide practicam ban
ni. per cano. in. c. ij. de conſti. ⁊ quod no. pau. de liaza in probe. cle. ⁊ viꝺ
. ī. de requi. re. in. l. i. ⁊ late ang. in diſpu. incip. duo ad inuicem litigātes.
ADDE ꝙ Io. an. in addi. ad ſpec. loco all. per bar. format. q. ꝺ eo q fue
rat per iudicem condēnatus ad truncat. capi. ob contumaciam ꝙ nihil
ominus ſi caperetur poteſt de innocencia. docere ſm gui. de ſuza. in. l.
ſuum. ſ. ſi publice non habentur.

d ¶ Facias confiteri. no. ꝙ iudices faciunt bannitos confiteri ſe eſſe ta
les de quibus in banno: vt inde exequi poſſint condēnationē abſqʒ alia
noua cōmiſſione. adde quod voluit bar. in. l. inter ſti. ſ. i. in fi. de verbo.
obli. ⁊ in. l. demonſtratio falſa in fin. de condi. ⁊ demon. ⁊ quod dixi. in. l.

ticij. ff. de teſta. tu. ⁊ vbi eſt nois cōformitas ibi eſt corporis identitas: niſi aliter pbetur. de re. du. l. qui hē. bat. de māu teſt. l. qui hē bat ad idem quod nota. in. l. qui iuraſſe. ſ. qui patri. de iureiur. ⁊ co. ti. l. cum qui. ſ. in pluralibus. vbi nō preſumitur pluralitas. ⁊ ad hoc fa. ꝙ no. cy. ⁊ bal. in. l. ſiqua per calumniam. de epiſ. ⁊ cle. et dicit ꝙ bar. hic loquitur de cautela. ⁊ ſi aliter itellexiſſet non plene conſideraſſet hūc punctum ſicut ſpeculatori accidit in fi. lec. ⁊ vide bar. in. l. i. C. ſi vnus ex pluribus. ap. ⁊ ita etiā ꝙ in nomie non preſūatur pluralitas reperiſ conſuluiſſe. ange. ⁊ vide ad materiā que dixi i. l. ſi is qui reꝰ. ꝺ. de publi. iud. in. ix. colū. ⁊ de hac pluralitate. nō preſumēda not. pulchre per Ja.
bu. in. l. ij. de erro. aduo. ⁊ ibi bald. de quo vide bal. in. l. edita. in penul.
colum. C. de eden. ⁊ dicit Bal. in. l. fi. C. de re. cre. ꝙ nō preſumitur quē
teſtamentum feciſſe niſi ſemel tantum. tamen in hoc vide quod no. bar.
⁊ bal. in. l. ij. C. de teſta. ⁊ de hac pluralitate vide quod no. Bal. in. l. ne
qʒ natales. in prin. iij. colum. C. de proba. facit quod ſimpliciter nota.
Barto. in. l. ii. in fi. quemad. teſt. ape. ⁊ bald. in. l. in exercendis. in. iiij. co
lum. C. de fide. inſtru. ⁊ vide quod no. Imo. poſt barto. in. l. ſcire debe
mus in fin. prin. de verbo. obli. ⁊ non preſumitur niſi vni cum dominiū
⁊ vnicus contractus. alias vnitas. c. cum ioannes. de fide inſtru. ſecun
dum Bald. in. l. i. in. ij. colum. C. quando prouo. ⁊ in nomine nominis
non preſumitur pluralitas niſi oſtendatur. ⁊ ita ſufficit allegare nomen
ſine cognomine. l. ſi rem. in ver. licet ⁊ ibi no. Bar. ff. de rei ven. Itē nō
preſumitur pluralitas niſi ex propoſitionibꝰ partium contrarium appa
reat: puta quia vna loquitur de contractu ſolemniter facto. alia pars di
cit ſolēniter non factū ⁊ ſic de alijs actibus contrarijs. vel ſi vnus de fa
cto vno dicit alius de alio. ita intelligiſ per Ja. bu. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de
bo. poſ. ſecundū tab. ⁊ ibi etiam Barto. ⁊ dicit do. anto. in. c. in preſen
tia eſſe ibi tex. in ver. neroni. ꝙ actuum multiplicatio non preſumitur.
idem bu. in. l. optimā. de contrahen. ⁊ cōmit. ſti. et no. bal. in. l. conuen
ticulam. in. v. col. cum ſe. de epiſ. et cle.
ADDE an pluralitas preſumatur Bal. cōſilio. lxxiiij. v. lib vbi repre
hendit Barto. hic.

e ¶ Hoc ponit tex. adde ꝙ denunciatores debēt in prin. eorum officij
iurare ſm ang. in. l. ſi vacantia. in prin. de bo. va. li. x. Item adde ꝙ q nō
poteſt accuſare poterit tamen denunciare. l. i. et ibi bal. C. ſi tu. nō geſ. et
an denunciator puniri poſſit. adde ꝙ nō punitur etiā in caſu de quo per
bal. in. l. ij. C. de erro. aduo. et vide oīno ſali. in. l. ea quidem. C. de accu.

Item punitur pena falſi.l.lege cor.⁊ ibi bar.j.de fal.⁊ punitur in expen-ſis ſm bal.in.l.ſancimus.in.xij.q.C.de iudi.

a ¶Se ſic inueniſſe.quero ſtatutum dat premiuʒ accuſatori vtruʒ id ha-beat denunciator.gui.de ſuza.in.q.ſtatutoruʒ.in.q.que incipit.ſed pone ſtatutum eſt regi q accuſans ludentes ad taxillos ⁊c.dicit q ſic arguē-do ad vtranq; partē.al-le.de iur.pa tr.l.cum q.§.non tan-tum.l.i.§.in cidit ad tur-pil.⁊ q dic̄ ſpecu.in tit. de inquiſit. §.nunc tra ctemus qua liter.ver.ex quo de vi. cum ſe.⁊ fa-cit.C.de ac-cu.l.ſi quis. ⁊ tex.bonus in.d.l.cum qui.ff.d iur. patr.nō ob. de bo.lib.l. qui cuʒ ma-ior.§.accu-ſaſſe.⁊.l.i ſer uitute.§.ſi pacifici.⁊ q habetur i.l. i.C.ſi tu.nō geſ.quia illō eſt verum i-ſpectis ver-bis edicti q̄ hic non ſūt limitanda: quia ſtatuta recipiunt di ſtincti.⁊ de-termiatiōeʒ legis.l.cre-ditor.i.rñ.q po.in.pig. hab.l.ſed ſi leg.§.vt gra datiʒ.d mu. ⁊ hono.⁊ vi-de ſali.in.d. l.ea quideʒ .C.de accu. ⁊ ange.hic ⁊ bal.in.l.i.C. de ope.lib.⁊ ſpe.⁊ io.an. in ti.d renū. §.i.ſed an iſti dnuncia toreſ poſſint corrigere er rorem ſuum vide text.q ſic in.c.pre-terea.de te-ſti.cogen.itē no.q iſti de nunciatores denunciare maleficia nō debent que non ſunt cō miſſa coruʒ tempore.ar. c.epiſcop⁹. xxxv.q.vi. ⁊ an poſſint eſſe teſtes ſu per eo q denunciant.vide tex.in.c.in omni.de teſti.⁊ no.bar.j c.l.i fin. ADDE an ſi ſtatutum det premiuʒ denuncianti maleficium illud habe-re debeat ſyndicus denuncians bal.cōſilio.cij.v.li.

b ¶Quero vtrū.vid bar.i.l.ab executiōe.§.nūciatores.j.ad turpil.

c ¶.§.denunciatores.alias ad turpil.⁊ ibi vide bar.

d ¶Quero qd.Adde tex.⁊ ibi bal.in.l.i.C.de priua.carce.adde tamē q etiā poſtea quādo ſcit tenet denūciare.l.i.cū ibi no.per.bal.C.d fal.mo. ⁊ bal.in.l.i.de his qui latro.occul.⁊ ibi quādo pſumat ſcire ⁊ qd no.bal. in.l.i.§.occiſorū.ſ.ad ſyl.

e ¶Puniēdus.Adde q ɔtriū vult bal.in.l.duob⁹.§.ſi.d iureiur.⁊ ſali.in.l.ea qdē.C.de accu.⁊ dicit bal.no.in

in omni extra d teſti. ¶Tertio quero quis ſit effectus denunciationis ⁊ videtur q denun-ciatio hēatur p plena pbatione: creditur enim nūcio ⁊ creditur officiali i officio: vt.l.ſi quis d curio.C.de fal.⁊.l.magis puto.§.nō tamē.ſ.de re.e. In cōtrariuʒ videtur tex.huius.l.in pri.ij. rū.⁊.C.de curio.l.i.li.xij.⁊.l.ea quideʒ.C.de ac cu.breuiter q̄tuʒ ad ppoſituʒ iſta eſt veritas.q̄-dam ſunt maleficia grauia: ⁊ in iſtis denuncia-toribus nō credit: nec alteri iudici coequali cre ditur: vt.ſ.dixi.hoc pbat hic ⁊.l.i.C.de curi.et pal.l.ea quidem quedā ſunt maleficia non gra-uia: ⁊ hic aduerte.quādoq; ponitur denuncia-tor ad denunciandū illud quod re ipſa īuenit ⁊ vere ⁊ illud quod vidit ipſe. Exempluʒ mittit aliquis ad perſcrutanduʒ per ciuitateʒ ludētes vel portantes arma ⁊ ſimilia leuia: ⁊ in iſtis cre-ditur tali officiali referenti ſe ſic īueniſſe[a].ita lo-quitur.l.i.§.quies.ſ.de offi.p.vr.facit.ſ.ti.i.l. leuia.ſi vero officialis nō mittitur ad referēdū illud quod videt: ſed illud quod reperit ex au-ditu ⁊ fama aliorum: tunc iſtis officialibus non creditur ſed ſufficit ad inquirenduʒ nō ad pu-nienduʒ.ita poteſt intelligi.l.iſta.⁊ ſi.ſ.all.q̄tū vero ad inquiſitionem faciendaʒ ſuper iſta de-nunciatione: tunc talis dnūciatio pdeſt: vt hic. ¶Quero vtruʒ[b] ille qui denunciat debeat ſe ſb-ſcribere ſicut ille qui accuſat.breuiter tex.habe-tis q non: vt.l.ea quidem.C.de accu.⁊ extra de accu.c.ſuper his.ſed dicetis vos hoc eſt contra hanc.l.in ſi.vbi ſi non pbat punitur.⁊ idem di-citur in.l.ab accuſatore.§.denunciatores[c].j.ad turpil.ſo.fateor q denunciator qui nō pbat pu nitur: qr debet ad pbandum aſſiſtere denuncia tioni: vt hic ⁊.l.ab accuſatore.§.denūciatores. ſed non punitur ad penaʒ talionis ſed punitur extra ordineʒ: vt hic dicitur.hoc probatur extra de calū.c.ſi.⁊ quod ibi no. ¶Alteri⁹ quero qd ſit officium iudicis ſuper denūciatione. ego di-co q iudex ſuper denūciatione poteſt pcedere duobus modis.vno modo ſuper dnūciatione ſimpliciter pcedendo: ⁊ iſto caſu poſſent oppo ni omnes exceptiones que contra accuſatorem poſſent opponi dicendo talis nō eſt legitimus denūciator ⁊ ſi.vt.ſ.dixi.poteſt etiaʒ iudex pce-dere per inquiſitioneʒ quaʒ facit propter illam denūciationeʒ: tunc ille exceptiones cōtra per-ſonaʒ denunciatoris ceſſarent. hoc pbatur per tex.extra de ſimo.c.licet heli. ¶Ulterius quero vtrum abſolutoria lata ſuper denūciatione pſit reo ſicut abſolutoria lata ſuper accuſatione: vt dixi in.l.ſi cui.§.hiſdeʒ.ſ.titu.i.tex.videtur hic velle q nō.naʒ ſi bene reſpicias tex.ſi iudex nō reperit veritateʒ maleficij ſic denunciati debet pnunciare illuʒ denunciatoreʒ non bene denū-ciaſſe: non dicit q debeat reuʒ abſoluere: vt di-citur hic irrenarchā minus retuliſſe ⁊c.finalit credo idem iuris eſſe ſiue quis abſoluatur ſup denūciatione ſiue ſuper accuſatione ſiue ſuper i quiſitione: vt dixi in.d.§.hiſdeʒ. ppter idētita-tem rationis.non ob.tex.iſte.qr tex.iſte tantum loquitur de pnunciatione que ſit reſpectu ipſi⁹ denunciatoris: vt ſic ipſe veniat puniendus vel nō.ſed reſpectu rei denunciati tex.iſte nō dicit. ¶Ulterius circa litteraʒ noſtraʒ quero quid[d] ſi talis denunciator non denūciauit: quia malefa-ctores ignorauit breuiter excuſat⁹ eſt: vt.l.ſi iō. .C.de his qui.vt indi.ſed quid ſi nō denuncia-uit infra tēpus ſibi ſtatutū: qr maleficiuʒ fuit cō miſſum occulte ⁊ claʒ. Rñ.nō venit puniēdus[e]. vt.l.omnes.ſ.de calū.⁊.l.i.§.occiſorū.ſ.ad ſyl. ⁊.l.ſemp.§.hoc interdictuʒ.ſ.quod vi aut clā. ¶Quero quid[f] ſi talis denunciator nō denūcia-uit preuentus ab alio forte ab iniuriato accuſā-te.certe ſi nō fuerit negligens non punitur: vt .l.edicto.§.cum autē.j.de iure ſiſ.⁊.l.i.§.elegā-ter de lib.ag. ¶Ulterius quero an denunciato res iſti teneantur denunciare[g] delictum illud de quo non venit imponenda pena de hoc dic vt dixi.ſ.d pub.l.i.§.diui fratres.dixi in.l.ſi qs in graui.ſ.ad ſyl. ¶Item quero vtrum iſti de-nunciatores teneantur denūciare omneʒ perſo ſonaʒ delinquentē: Rñ puto q nō: qr illā perſo naʒ quaʒ denunciator non poteſt accuſare non tenetur denunciare: vt.l.pe.⁊ vl.C.qui ac.non poſ.⁊ per multas.ll.illius ti.⁊ etiaʒ illas perſo-nas in quas inuite teſtimoniuʒ nō dicūt nō poſ ſunt denunciare: quoniā denunciatio habʒ vim accuſatiōis ⁊ atteſtationis: vt.d.c.i omni.extra de teſti. Et ex hoc q dicit denūciationē habere vim teſtis: ſi iudex pcedit ſuper crimine denun ciato per inquiſitioneʒ poteſt dictum denunciā teʒ in teſtē admittere[h] quod non eſt in accuſato re: vt in.c.licet heli.extra de ſimo. ¶Ultio no. ex hac.l.in prin.ſm iaco.de are.q delictum nō poteſt probari per inſtrumentuʒ.de quo dicam plene in.l.ſenatus circa pri.j.ad turpil. vidiſtis plene de denunciatione.

e **Olent.** De hac remiſſione dic: vt dixi.ſ.ti.i.l.ſi cui.i ſi.

d **E militibus.** Uidiſtis de hoc.ſ.ti.i.l. ſi.in ſi.⁊ videbitis in.l.i.⁊.ij.d re mili.

n **On dubiū.** [i]Uide gl. que incipit alias cō-ſtituit: ibi.i.pnunciatum eſt vult dicere pbatum.vel vult dicere.i.pnunciāduʒ.⁊ ſcōm iſtam litteram ſm quaʒ videtis q remittitur exe cutio.facit q iudex ſecularis cui tradit condē-natus ab inquiſitore debeat ſolum exequi ⁊ pu nire ſine alio pceſſu: vt dixi in.l.diuus.in pn. .ſ.e.ſed pōt reſpōderi q hoc eſt verū reſpectu

.l.i.C.ad macedo.q requirit q cōſtet d diligēti inqſitiōe ſindici denun ciantis.Sed qd ſi ſtatutū dicit q teneat infra tres dies denūciare male-ficia pſtata.dic q icipit dies currere a die pſtata nō a die cōmiſſi ma leficij.l.ſi.⁊ ibi bal.C.de neg.geſ.

f ¶Quero qd.quid ſi denūcia-tor pcuſſus ē ab aliquo ⁊c.adde bal.in.l.ſororē.C.d his q.vt indi.⁊ ibi etiā barto.⁊ adde ad ma teriā qd pul chre no.bar to.in.l.i.§. accuſatoreʒ. ad turpil.et vide quod ipe no.i.l.cū quidā.§.qd dicit.ff.de acq.here.et quod notat. bal.in.l.ſiqs non dicam rapere.in vij.colum. .C.de epiſ.⁊ cle.vbi etiaʒ dicit q taleſ de nunciato res tenent d exactiſſima diligentia.⁊ ad Barto. hic adde ſa-li.hoc idem tenentem in .l.ea quideʒ .C.de accu. ſed roma.in .l.penul.ff. ad ſil.dicit q ſi aliquis minus bene denunciaue rit licet pue nerit denun ciatorem ip ſe denuncia tor tenet ad intereſſe rei pu.ita tʒ al-ber.de roſa. in.q.ſuis: vt ipſe refert.ſʒ qd ſi aliquiſ vt qlibet de populo de-nūciauit po ſtea creatus eſt ſindicus ⁊ iterū nō d nūciauit an incurrat pe nam ſtatuti dic q nō ſʒ bal.⁊ imo.p illū tex.in.l. ſiqs heres ff.diu.⁊ irri-teſt.⁊ corā q̄ iudice teneā tur dnūcia-re.vid bal.i .l.i.C.de p-ua.carce.

g ¶Teneant denunciare. Sʒ vtrū te-neant ſeip-ſos dnūcia-re.dic q nō ſm bal.in.l. .i.in ſi.C.in q.cau.in ite.reſti.nō eſt neceſ.⁊ h adde gl.⁊ ſali.i.l.ea qdē.C.d accu.

h ¶In teſtē admittere.vtr iudex poſſit admittere denūciātē in teſtē.add qd ſali.in.l.ea qdē.C.d accu.dicit ea q dicit hic bar.eſſe vera ſi iudex nō pcedit ſup denūciat.ſʒ inqrit pp denūciationē ⁊ famā ad ei⁹ aures reuer berantē.ita q qdāmō ſub diſſimulat.trāſiri nō pōt.⁊ ita loqtur tex.i.d.c lʒ oli.alle.p bar.h ſʒ vbi ſup denūciat.pcedit tūc dnūciator dʒ pbare p teſtes idoneos ⁊ nō p ſe.qd pʒ: qr ſi dnūciator nō pbat incidit in penam vt no.bar.ſ.e.l.⁊ p ɔñs nō eſt legitimus teſtis.

i n On dubiū.qd ſi tps nō eſt appoſitū infra q d debeat denūciari q debeat hoc fieri: ⁊ qd ſi ad ei⁹ notic iā finito officio vel añ puener

an poſſit purgare morā.vide bal.in.l.cū ancillis.in.iij.col.C.de inceſt.nup.ꝛ ad materiā ī ſimili dictū qḋ habes in.l.fi.ſ.de iur.om.iu.

a i In eos.No.ex.l.in eos q̄ eſt pe.ꝯ frāgentes carcerē.ꝛ iſte tex videtur deſtruere id qḋ no.voluit bar.in.l.i.j.de bo.eo.q mor.ſibi ꝯſciue.tex.in.l.milites agrū.§.pe.ad fi.de re mili.ꝛ de pena effractoris carcerū.viḋ an ge.in.l.i.de effrac.ꝛ ſpe.ꝛ io.an.ī ti.de pſump.§.ij.v.violentia.ꝛ v.quid de frāgentibus ꝛ adde ꝙ exiēs carcerē inueniens apta hoſtia nō tenetur pena carceris effracti ſm ang.p illū tex.in.l.verū.la.ij.ſ.de fur.ꝛ in.d.l.ḋ effra.ꝛ qḋ no.in.l.ſi qs.ſ.co.p bar.ſ; bal.in cōſi.qḋ ici.in xpi noīe pūctus ꝛ articul⁹.q.talis eſt an fugiens ꝛc.dicit ꝙ dū hic dicit̃ ꝙ aufugiēs de carcere habet̃ p cōfeſſo ē verū ſi p ſpāli inq̄ſitōe erat in carcere ſecus ſi p generali imo ſi p ſpāli eſt requirit̃ ꝙ ad h̄ vt habeat̃ p cōfeſſo ꝙ aufugerit cū cōſpira.vt h̄ ſi vo ſiñ.tūc nō habet̃ p cōfeſſo ſ; punit̃ p motu iudicis: vt not.guil.de cu.in.l.ſuccurrit̃.ff.ex q.cau.maio.ꝛ ibi bal.ꝛ i.l.admonendi.in.ix.col.ſ.ḋ iureiu.ꝛ an q latitat ne carceret̃ dicat̃ aufugere.dic ꝙ nō ſm bal.i.l.i.in.iij.col.ſ.ḋ edi.ac.vbi dixit qd ſi aufugiens de vna clauſura remāet in alia an dicat̃ aufugiſſe ꝛ qd ḋ muliere q̄ aufugit cā cuitāde libidinis.vel ſi mulier exiuit cū lnia cuſtodis cā explicandi rē.ꝛ an cuſtos poſſit ei dare lniaȝ.Itē qd ſi exiēs carcerē cito reuertat̃ an dicat̃ aufugere.dic ꝙ nō.bal.in.l.i.i.vi.col.C.de ſer.fu.de materia vide cano.in.c.a nobis de apoſt. ADDE ꝙ cōſiliū bal.ē.cccxx.i.li.ꝛ icipit pm⁹.qz articulus ꝛ adde io.anto.in addi.ad ſpec.in titu.de pſump.in prima addi.mag.vbi ēt ponit qd ſi ꝯ inſtrumētū pductū ab actore oppōit̃ falſitas ꝛ accuſat̃ notari⁹ q aufugit an ei⁹ fuga noceat actori. ꝛ an fuga faciat quē haberi p cōfeſſo vide old.cōſi.lxv.icipiēte hic igit̃. b ¶ Perſonis cuſtoditis.adde ꝙ ſi repit̃ aliqs mortu⁹ in carcere tenet̃ iudex ſm gl.in.l.cū ita.§.ſpēs.ſ.de le.ij.ꝛ.l.quead.§.iurat⁹.ꝛ ibi flo.ſ.ad.l.acql.vtrū autē ciuilit̃ teneant̃ tales cuſtodes ad debitū fugiētis.matet̃.dicit referēs ita tenuiſſe guil.de cu.in.l.q̄tiēs.C.de exac.tribu.ꝙ ſic ꝛ qdē ex

remittentis.nam remittens ſolaȝ executionem remittit.ſed ille cui remittitur nō habet hoc facere neceſſe:ſed poteſt de nouo facere ꝓceſſuȝ: ꝛ eſt expreſſuȝ in aut.de ſan.epi.§.ſi vero crimē de quo plene p guil.ſ.de iur.om.iu.l.magiſtratibus.ꝛ hoc in criminalibus in ciuilibus autem dic:vt.l.a diuo pio.§.i.ſ.de re.iu.

m **Ilites.** No.caſum in quo ex ḋlicto cōmiſſo ſine dolo quis punitur ad mortem.

Ex.l.ſequenti.

¶ Qui eruptis carceribus fugiunt puniūtur ḋ effractione carceris illa pena quaſi maleficium ḋe comiſiſſent pp ꝙ in carcereȝ ſunt miſſi.

i **In eos.** [a]Uos habuiſtiſ.ſ.qualiter puniantur perſōe que nō cuſtodierunt bene.nunc ſequitur videre de perſonis cuſtoditis[b]. Et no.hanc.l.ꝙ ille qui eruptis carceribus effugiunt puniuntur de effractione carceris illa pena in qua punirentur ſi vere illud maleficiuȝ ꝯmiſiſſent.ꝓpter qḋ ī carcere ſūt miſſi.videbitis.j.ḋ effra.l.i.

n **On eſt facile.** [c]No.hanc.l.ꝛ teñ mēti ꝛ no.ver.interduȝ.ꝙ ſi vnus ḋ cuſtodibus fugit cum perſona cuſtodita ꝙ parcitur alteri cuſtodi remanenti.

¶ Ad.l.iul.maieſtatis.

¶ Dixi.ſ.in genere.ſ.de publi.iudi.nunc ſequitur in ſpecie.ꝛ primo incipit dicere de grauioribus criminibus.

Ex.l.ſequenti.

¶ Quotuplex ſit ſecuritas ꝛ an data ſecuritate veniendi videatur conceſſa ꝛ recedendi.ꝛ ſecuritate cōceſſa veniendi ꝛ recedēdi intelligatur ꝓ vna vice vel pluribus

p **Roximum.** [d]No.gl.que incipit.i.eos qui acceperunt ꝛc.ꝛ ponit hic duas lec.ꝛ vtraqȝ eſt notāda:vt.j.dicā. Tu habes hic ꝙ crimeȝ leſe maieſtatis eſt illud qḋ fit aduerſus ſecuritateȝ[e] populi romani. ¶ Cōtra hoc op.ꝙ īpune hoſtis populi romani poſſȝ offendi ꝛ fides data hoſti nō eſt ſeruanda:vt.l.i.§.nō fuit.ſ.de dolo. Rñ.fides data a priuato hoſti ꝛ inimico ciuitatis nō eſt ſeruanda:vt ibi.ſed fides data a ciuitate vel a magiſtro exercit⁹ eſt ſeruanda:vt hic ꝛ.l.cōuentionuȝ.in prin.ſ.de pac. ¶ Circa hanc.l.quero de qua ſecuritate loquitur hic.rñdeo debes ſcire ꝙ quedaȝ eſt ſecuritas que datur de iure gen.vt legatis ꝛ ambaſiatoribus.ꝛ iſti de iure gen.hñt ſecuritatem ꝛ nemo īpune pōt eos offēdere:vt.l.fi.j.de le.ꝛ.l.ſanctū.ſ.de re di.quedaȝ eſt ſecuritas que datur per iura ciuilia.exēplū vt quicūqȝ vadit ad nūdinas nō debet inquietari:vt.l.i.C.de nūdi.tūc iſta ſecuritas que dat̃ per iura ciuilia nō porrigitur ad hoſtes:vt.l.mercatores.C.ḋ cōmer.ꝛ mer.ꝛ iō lȝ ſtatuto huius ciuitatis detur ſecuritas veniētibus ad nūdinas:nō tamē poterūt venire exbāniti huius ciuitatis ex vigore illius ſecuritatis:niſi expreſſe ſit actuȝ ꝙ exbāniti poſſent venire.ꝛ ita pōt ītelligi hic.ꝙ ſi populo romano detur expreſſe ſecuritas hoſti eſt ſeruāda fides. ¶ Quero[f] fuit data ſecuritas per hanc ciuitateȝ cuidaȝ ꝛ ſocijs ſuis ſecuȝ veniētibus.mō cum illo veniebat quidaȝ iudeus ꝛ fuit capt⁹ et derobatus an illa ſecuritas porrigatur ad iſtuȝ ꝛ qualiter ītelligatur[g] ꝛ ſocijs ſuis nō dico nūc:q: pendet de facto.ſed tangaȝ in.l.iteȝ apuḋ labeoneȝ.§.tenetur.ſ.de iniur. ¶ Tertio quero ſi eſt data ſecuritas alicui veniendi an videt̃ data ſecuritas recedendi.iſtaȝ.q.tetigi vobis.ſ.ḋ ſepul.vio.l.vtimur.dic vt ibi. ¶ Quarto quero data eſt alicui ſecuritas eundi ꝛ redeūdi.an intelligatur iſta ſecuritas ꝓ vna vice[h] tantuȝ an ꝓ pluribus.do.Old.diſputauit quandam.q.in ſimili ꝛ ex illius ſo.poſſumus ſoluere hanc ſic. Quandoqȝ ſecuritas fuit determinate petita ꝛ determinate data:tunc qḋ non habet dubiuȝ:quia ſtamus certo:vt.l.continuus.§.cuȝ ita.ſ.de verbo.obli.quandoqȝ illa ſecuritas fuit determinate petita ꝛ indeterminate data:tunc intelligitur illa indeterminata conceſſio ſm determinataȝ petitionem:vt inſti.de inu.ſti.§.preterea.ꝛ.l.ſi ſine.§.qui interrogatus.ſ.ḋ interro.act.quandoqȝ fuit indeterminate petita ſed fuit determinata cōceſſio.ꝛ tunc ſtamus cōceſſioni determinate:vt.l.i.ſ.de ſo.ſicut iudex q indeterminatuȝ iuramentum taxat ꝛ limitat:vt.l.i.§.pe.ſ.de in litem iuran.eſt eniȝ in poteſtate iudicis limitare indeterminataȝ petitionē. Itē eſt in ptāte eius concedere vel nō.ſi vero fuit īdetermīata petitio ꝛ indeterminata ꝯceſſio:tūc intelligitur ꝓ prima vice[i] tantuȝ:vt.l.boue.§.h̄ ſermone.j.de ver.ſig.cuȝ ſi.ita dicit old.p̄dicta intelligo vera niſi cōceſſio ſi.facta ꝓ certa cā vtputa conceſſa eſt ſecuritas veniēdi ꝛ redeundi ꝓ pace fienda:tunc debet intelligi ꝙ poſſet ire ꝛ redire[k] donec pendet iſte tractatus pacis ar.l.continuus.§.qui inſulaȝ.ſ.de ver.obli.facit.l.veteres.cum.l.ſe.ſ.de iti.actuqȝ pri.ꝛ hec ſufficiant circa primaȝ ſecuritateȝ.item pōt intelligi hec.l.in ſecuritate.hoc eſt quando due ciuitates faciunt pacem in ſimul ꝛ concordiam hec eſt longa materia quando aliquis offendit aliqueȝ de ciuitate cū qua eſt facta pax videtur ꝙ

illa.l.ꝛ vide.C.e.l.ad cōmētarieſes.ꝛ qḋ ibi bal.vbi dicit ꝙ hec.l.hȝ locū in cuſtode caſtri.ꝛ vide que dicam.ſ.e.l.ſi is cui.ꝛ oldr.in conſi.lxxxij.l.

c n cip.quidam ꝛc.
On ē facile.vide hūc tex.allegari ꝓ fin.p ro.in not.ſuo.xxxi.ꝛ vide.j.No.ꝙ hāc.l.nō eſt facile.q̄ i.l.fi.ſume no.bal.in.l.ſi qs filio exheredato.§.ei⁹.ſ.de iniuſt.te.ꝛ adde ꝙ h̄ ē caſus ſingulariſſimuſ ꝙ cuſtoſ carceris nō tenet̃ ḋ facto ſocij.ꝛ h̄ iō: q: iuſte cōſ ſuo erat ḋ ſocio.qḋ no.ꝓ caſtelanis q ſepe ſūt pdi.ti a ſocijs vt nō teneāt̃ ḋ facto ſociorū.qḋ tene mēti.an aūt fuga aut fugiētiſ ſola ſit ſufficiēs pbatio ꝯ cōmentariēſē.bal.i cōſi.icip.in xpi noīe pū.ct⁹ ꝛ articu.l⁹.q.ꝛc.dicit ꝙ nō.q: fuga vni⁹ ꝛ cōtumacia nō noceȝ alteri niſi cōmētariēſis eēt in dolo.ꝛ lata culpa.l.q̄tiēſ.C.de exact.tribu.li.x.ꝙ no.dy.i.l.i.C.qñ ex fac.tu.ꝛ p̄dicta pbatio ñ extēdit̃ ad aliū in q̄ par culpa nō regrit̃ ad qḋ.l.i.ſ.de iureiur.ꝛ.l.ei⁹ q.j.de iur.fiſ.ꝛ.l.q repudiātis i fi.ſ.de inof.teſt.ꝛ viḋ gl.no.i.l.cū ita.§.ſpēs.ḋ le.ij.ꝛ adḋ bal.i.l.ad cōmētariēſē.C.e.ꝛ gl.in.d.§.ſpēs.aleg.ange.de are.in ſuo tractatu maleficioꝝ.i v.q iudex dictū ticiū detieri fec̄ ꝛc.in.ij.col. ADDE qñ cuſtos carceris teneat̃ ḋ facto ſocij: bal.cōſi.cccxvi.iij.li. ¶ Ad.l.iul.maie.rub.

d Roximū.ꝛ ḋ eo q facit ꝯ ſecuritatē datā.viḋ bar.i.l.iij.§.fi.j.ḋ ſic.
e ¶ Securitatē no.ꝙ ſtatutū ꝯcedēs generalit̃ abſolutionē his q ḋliquunt nō extedit̃ ad ḋliquētes ī crimīe leſe maieſtatis.vt voluit ang.ī diſ.incip.exorta guerra.de q̄ p alex.i.l.ḋ pupillo.§.ſi plurib⁹.ḋ ope.no.nū. f ¶ Quero fuit ꝛ ḋ ſaluo ꝯductu viḋ bar.i.l.is q re⁹.ſ.ḋ pub.iu.ꝛ viḋ bal.i hac materia i.l.pñtes.C.ḋ his q ad eccle.ꝯfu. g ¶ Qualit̃ ītelligat̃.qualit intelligat̃ ꝛ ſocijs ſuis ꝛ ſic qñ ꝯcedit̃ alicui ſecuritaſ cū ſocijs q cōphēdāt̃ viḋ ꝙ no.bal.i.l.ſpadonē.§.idē āt.ſ.ḋ excu.tu.p āg.i.d.l.vtimur.ḋ ſepul.vio.vbi belliſſime loq̄t̃ ī materia. h ¶ Una vice tm̄.vide do.abb.ſicu.plene diſtiguētē in.c.iuenim⁹.qḋ ē.c.vl.eꝛ ḋ treu.ꝛ pa. i ¶ Prīa vice tm̄.idē bar.i.l.dotis.ſ.ḋ iur.do.ꝛ ang.i.l.vtimur de ſepul.vio.ꝛ in.l.grece.§.poſt lit.ſ.de fideiuſ. k ¶ Ire ꝛ redire.adḋ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ꝙ ſaluus cõduct⁹ dat⁹ vſqꝫ ad tp̃s nõ ĩtelligiť ꝑ vna vice tm̃ ſꝫ ꝙ quo- ties voluit accedere pp̃ tp̃is adiec.ꝛ ita dꝫ limitari bar.h̃ per.l.ſi cũ ĩ an nos.C.q.mo.vſufru.ãmit.ſm rapha.in.l.ſi mihi ꝛ ticio.ð v̄.ob.ꝑ ibi no. ꝑ bar.ꝛ ꝑ ang.ĩ.l.vtimur.ſ.de ſepul.vio.ꝑ io.calde.ĩ diſ.ſua incip.ex oc to ſtudẽtib⁹.vbi facit mẽtionẽ ð diſpu.old.ꝛ ꝑ h̃.l.grece.§.ꝛ poſt lit.ſ.ð fideiuſ.ꝛ vid ꝑ itellectu.d.l.hõe.ĩ ꝑpoſito noſtro oĩo bal.ĩ.l.iuit⁹.C.de ꝑcu.

incidat in.l.iul.maieſta.vt hic dicitur. ſed quia longa eſt materia nõ dico hic. Item dicitur hic ꝙ armantur homines.quero aliquis cõgregat gentẽ in alia ciuitate q̃ in ciuitate romana.an ĩ cidat in.l.iul.ma.dicit glo.ꝙ nõ habet locuꝫ in alia ciuitate[a]:qꝛ cuꝫ hic dicat de vrbe intelligiť de ciuitate romana :nõ autẽ intelligitur de alia ꝛ all.ſuas.ll.ſed aduerte ꝙ qui facit cõgregatio neꝫ gentis in alia ciuitate tenetur.l.iul.de vi.vt .l.i.cum ſe.ĩ.ad.l.iul.de vi.ꝛ.l.vl. C.ad.l.iul.de vi.¶ Ultimo no.ꝙ illi qui mittunt nunciũ[b] vel litteras hoſtibus incidunt in hanc legem.

l **Ex.xii.ta.** No.iſtos caſ⁹ qꝛ ſunt multũ cões ꝛ ex hoc quod habes hic dic ꝙ eccleſia romana condẽnat omnes iſtos qui dicũt ſe reges ſicilie cum nõ hẽant regnum licite incidunt in.l.iul.maie.¶ Secũdo no.ꝙ ille qui p̃parat exercituꝫ ſine iuſſu ſuperioris incidit in.l. iul.maie.ſed hodie ciuitateſ italie poſſunt licite preparare exercitum cõtra ſubditos ꝛ inimicos ſuos cum dominuꝫ nõ recognoſcant:vt videbitis in.l.hoſtes.ĩ.de capti.¶ Item no.ꝙ nõ ſolum ille qui fecit ſed qui facere curauit tenetur hac.l.

Ex.l.ſequenti.

¶ Qui mutuat pecuniam dicit dare auxiliuꝫ et qui abſtulit a familia reum cõfeſſum ꝛ condẽnatum incidit in.l.iul.maie.Si autẽ non ſit confeſſus vel condemnatus qualiter puniať vid.ĩ.

c **Uiuſqꝫ.** ¶ No. ꝙ quicunqꝫ dat auxilium hoſtib⁹ ꝛ fauorẽ tenetur.l.iul.maie.¶ Itẽ no. ꝙ quicunqꝫ mutuat[c] pecuniam dicitur auxiliuꝫ preſtare ꝛ fauorem.ex quo habes ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ quicunqꝫ dederit auxilium ꝛ fauorem talis puniatur in tantum.ſi quis mutuat pecuniã illi dicitur preſtare auxilium ꝛ fauorem. de hoc auxilio ꝛ fauore qualiter intelligatur reqrit magnam indaginem.dicam in.l.furti.§. ope.ſ.de fur.¶ Item no.tex.ibi.itẽ qui confeſſus.ex quo habes qualiter debꝫ puniri ille qui abſtulit a familia[d] aliquem condẽnatum vel condẽnanduꝫ cum eſſet confeſſus de crimine incidit enim ĩ.l. iul.maie.vt hic quod tene menti.ſi vero aliquis eripit aliqueꝫ non condẽnatuꝫ vel confeſſuꝫ habetis caſuꝫ ſpecialeꝫ ꝙ debet puniri ad morteꝫ vt in caſu.l.ſi.C.de male.ꝛ mathe.In alijs autẽ caſibus qualiter puniatur eripiẽs[e].habes ĩ cor. auť.vt oẽs obe.iudi.ꝑ.§. eripiãt ſed ſi qs iterfecerit captũ a familiarib⁹ reuꝫ qualiter puniať By.tangit in.l.in laqueũ.ſ.ð acqui.re.do.Ia. de are.hoc diſputauit.tangã.in.l.in laqueum.ꝛ .l.eiuſdem.§.ſi.ĩ.ad.l.cor.de ſicc.

n **On contrahitur.**

a ¶ Alia ciuitate. Sꝫ qñ ciuitas ñ recognoſcit ſupiorẽ eſſꝫ idẽ qð ĩ ciuitate romana.ꝑ no.ꝑ bar.ĩ .l.pria.ꝛ vid q̃ dixi in.l.ſi qs ꝑ co.ꝛ ad de qð hẽs ꝑ do.nellũ de ſicto gemi.ĩ ſuo tractatu bãnitoꝝ ĩ.ĩ. ꝑte ſcdi tp̃is q.xvi.q refert no.ꝯſil. bal.ꝛ vide ꝑ moder.ĩ.l.ſi familia.ſ.de iur.om.iu. ADDE qñ cõmittať crimẽ leſe maieſtatis old.cõſilio.xliij.

b ¶ Mittũt nũciũ.qd de his q portãt litteras.vid bar.ĩ.l.i.§.ĩ cidit ad turpil.ꝛ no.ꝙ ĩ h̃ crie ĩcidit q faẽ papavi uẽte ð papa tu ꝯuẽticulã ſꝫ io.an.ĩ.c. vt me⁹ de teſti.Itẽ no.ꝙ nõ ſubdit⁹ ñ incidit ĩ crimen:vt no. bal.ĩ.l.ij.C.ð fal.mo.et tenẽs caſtꝝ rebellatũ vel ꝯcitãs populũ ꝯ reꝫ publi.ñ incidit in hãc penaꝫ vid ĩ.l.i.ꝛ.ij. ꝛ ibi bal.C. de ſedi. ADDE qd ð his q ſpoliãt nuncios apoſtolicos an ĩcidãt ĩ h̃ crimie ro.cõſilio.ccclxv. ꝛ ꝙ nõ ſubditus ñ cõmittat crim̃ leſe maieſtatis vid q̃ in facto ꝯſuluit old.cõſi.xliij.ꝛ an poſit⁹ad cõfinia q fuit inobediẽs dicať ĩcidiſſe ĩ hoc crimie vide bal.cõſi.cxxviiij.ĩ.li.

c Uiuſqꝫ mutuat.mutuãs pecuniã diciť p̃ſtare auxiliũ.ꝛ ad h̃ vid q̃ c dixi ĩ.l.ſi.ſ.de publi.iud. d ¶ Abſtulit a familia.qualiť puniť q abſtulit a familia aliquẽ ꝯdẽnãdũ.vide bal.in.l.aditos.C.ð epi.au.et ibi cy.ꝛ vide q̃ ſcripſi in.l.iij.§.trãſfugas.ĩ.de ſicca.ꝛ qð no.aretin⁹.iſti.de act.§.penaleſ.ꝛ add qð no.ino.in.c.ſane.ð offi. dele.ꝛ doc.ĩ.l.aditoſ de appel.ꝛ vide bar.in ex̃ua.ad repmẽdũ.in ṽ.tãgit.qd ãt de eo q receptat vel occultat bãnitũ vel debitorẽ an capiať.bal.in.l.ſi.de optio.vel al. .C.de ope.lib.dicit ꝙ nõ teneť ad delictũ.ꝛ vide q̃ hẽs in rub.ſ.ne qs eũ qui in ius vo.eſt vi exi.ꝛ an teneanť ad debitũ cuſtodes carcerũ creditorib⁹.vide q̃ ſcripſi in.l.ſi.ſ.ti.ĩ. d ¶ Puniať eripiẽs.vide bar.ĩ.l. .ĩ.§.is videť in ſi.ſ.ſi qs ius dicẽ.ꝛ vide bal.in.l.ſꝫ eximẽdi.§.itẽ ſi qs. .ſ.ne qs eũ.q in ius vo.

e i In q̃ſtiõibus. Aduertatis.qꝛ vbicũqꝫ admittunť iſti tales admittũť ſine tormentis hec ad accuſãdũ. ſec⁹ qñ admittũtur ad teſtificandũ. quia tũc ñ admittunť ſine tormẽtis.ita ſingu.voluit ĩno.in.c.cũ ꝑ mãconella.ex̃ de accu.ĩ glo.ĩ.ꝛ vide bar.ꝛ ibi dixi in.l. ex libero.ð q̃ſti.

¶ No.ꝙ aurifex qui reficit caliceꝫ iaꝫ conſecratuꝫ vel eccleſiaꝫ iaꝫ cõſecrataꝫ nõ incidit ĩ.l.iuli maieſ.Item ille qui vendit caliceꝫ nõ conſecratuꝫ non incidit in.l.iul.maie.alias ſi eſt cõſecratus vendere nõ poteſt:vt.l. ſancimus.C.ð ſac. ſan.ec.

f **Amoſi.** Uides hic ꝙ infames admittuntur ad accuſanduꝫ in hoc crimine.ſed an admittantur ad teſtificandum. Reſpondeo ſic:vt.ĩ.e.l.prori.et ibi ſtatiꝫ dicam Ex.§.ſequenti.

¶ Mine an inducant iuſtum metum.

**Hoc tamẽ crimẽ.** Not. tex. ibi:nec lubricuꝫ ꝛc̃.no.aut quis delinquit cõtra principẽ verbo ꝛ habet locum.l.i.C.ſiquis ipe.male.aut quis delinquit aliquo facto vel tractatu:ꝛ tũc ſi eſt de capitibus exp̃ſſis.ſ.l.i.ij.iij.ꝛ.iiij. tunc debet puniri:vt ibi.ſi vero nõ eſt de alijs capitibuſ tũc debꝫ puniri inſpectis qualitatib⁹ q̃ hic ponunť.¶ Ulterius no.ar.vtrũ mine alicui⁹ inducant iuſtuꝫ metuꝫ.certe ex qualitate pſone minãtis inducit iuſt⁹ met⁹:alias nõ.vt hic.ꝛ.l.i.C. ſiquis imperat.male.ꝛ glo.not.in.l.metum.C. quod me.cauſa. Ex.l.ſequenti.

¶ Qualiter intelligatur ꝙ in hoc crimine ꝙ famoſi ꝛ alij qui non habent ius teſtificandi:nec accuſandi admittãtur.

i **A q̃õnibus.** Uides ergo ꝙ illi q alias ad accuſãdũ vel ad teſtificãdũ nõ admittunť tñ admittunť ĩ hoc crimie.¶ Quero[f] q̃liter dꝫ intelligi ꝙ famoſi ꝛ alij q nõ hñt accuſandi ius nec teſtificãdi admittunť in hac cã:Rñ. ð teſtimonio loquor.q̃dã eſt cã q̃ repellit aliquẽ a teſtificãdo:qꝛ.l.timet ne dicat mendaciũ ꝯtra reũ forte qꝛ eſt ſu⁹ inimic⁹.ꝛ ĩ iſto caſu nõ admitteť ẽt ꝛ in iſtis crimĩb⁹ exceptuatis.qdã ſunt q repellũť a teſtimoĩo pp̃ aliquã cãꝫ q̃ nõ reſpicit ſingulariť inimicitiaꝫ ꝛ odiũ accuſati.ꝛ iſti admitterenť.hãc diſtictionẽ facit.c.ꝑ tuas[g].ex̃ ð ſimo.¶ Itẽ dr̃ hic ꝙ in q̃õib⁹ leſe maie.admittũtur iſte pſone.q̃ro vtꝝ admittãť ad ꝓbãdũ q̃dã alia admicula.exẽplũ in crimie leſe maie.volo ꝓbare ꝙ rector ꝓuĩcie nõ admiſit ſucceſſorẽ veniẽtẽ.certe bñ admitteẽť q̃ſi teſtes ꝙ ille noluit admitteẽ.ſꝫ an admittũť iſti ad ꝓbãdũ admicula.ſ.ꝙ ille q venit erat ltĩm⁹ ſucceſſor certe nõ admittũť qꝛ admittũť ad ꝓbãdũ ea q̃ reſpiciũt tm̃ delictũ:nõ aũt ad ꝓbãdũ admicula.ita dic̃ .c.ꝑ tuas.ex̃ de ſimo.qð ꝑpetuo tene mẽti.

e **Orũ.** Op.C.ð bo.li.l.i.ꝛ.l.iij.C. ð interdic.ꝛ rele.ſo.vt hic ĩ gl.ꝛ dicem⁹ in.l.iij.ĩ.de inter.ꝛ rele.

i **S qui i reatu.** Qualiter autẽ

f ¶ Quero vtrũ. Et pp̃ hoc ſin.dixit bal.in auť.ſi dicať in vlt. col.C. de teſti.ꝙ ſi ſtatuto caueť ꝙ ĩ famis poſſit ꝓbare adulteriũ ꝙ licet adulterium nõ poſſit ẽẽ ſine matrimonio ꝙ nõ potuerũt tales infames ꝓbare matrimoniũ. et h̃ faciũt an diſ ponẽte ſtatuto ꝙ ſtetur iuramẽto dãnum paſſi ꝙ nõ ſteť iuramento ſuo ꝛ vide in hac. .q.ꝛ in multis ſimilibuſ bal.ĩ.d.auť. ſi dicať.C.ð teſti.

g ¶ .c.ꝑ tuaſ Aduertatis ſm ang.hic ꝙ illud ibi ñ dicitur nec hoc ibi placet qꝛ ſi admitterentur ad factũ id ẽ ad accuſanduꝫ.ergo admittũtur ẽt ad ꝓbãdum oĩa admicula ſine qbus accuſatõ ſua non ſortireť effectũ.vt.l. ad rẽ.ꝛ.l.ad legatũ.ſ.de ꝓcur.c. veniens.de accuſ. credit tñ bar.dicere verum in his adminiculis que nõ ſũt de ſubſtantia ad fundamẽta accuiationis.ꝛ ad bart.hic adde benedic.de plũbi.in.l.etiã.§.abſẽs.in ſi.ð.de manu.vidic.

g i S q in reatu.no.qñ poſſit dãnari memoria alicui⁹ defũcti:vt bona publiceť.ꝛ vide q̃ dixi in.l.q crimẽ.q accu.nõ poſ.ſꝫ q̃zto tp̃e duret facultas accuſãdi poſt mortẽ delinq̃ntis.vide tex.ĩ.l.ij.ð apoſta.ꝛ ibi bar.dicit ꝙ facultaſ puniẽdi ꝛ accuſãdi hereticũ mortuũ finiť q̃nquẽnio ſꝫ idẽ dicas ĩ delinq̃nte ĩ p̃ncipis maieſtate.ſꝫ gl.mẽti tenẽdã in.l.manicheos.C.ð here.ſꝫ an debeat mitti cadauer ad iuſticiã qñ vn⁹ ſemetipꝫ ĩterfecit.vid cy.ꝛ but.in.l.ij.C.q teſta.fa.poſ.lꝫ bal.ibi dicat ꝙ h̃ poſſint facere iudices ſi volũt de q̃ late ꝑ ang.ꝛ imo.ĩ.l.defũcto.ſ.de pub.iu.et

ferat ſnīa contra moꝛtuum in crimine leſe maieſtatis ⁊ ſi.plene habes inſti.de ſucceſ.[a]ab īteſt.§.per contrarium.

Ad.l.iul.de adulterijs ⁊ ſtupꝛo.

Continua rubꝛicaꝫ:q꞉ crimē adulterij ē grauius crimen:q꞉ omne crimē ꝯmittitur extra corpus.foꝛnicatio vero cōmittitur in coꝛpus:vt pꝛima ad coꝛinthe.vi.cap̄.circa ſi.ideo ponitur hꝯ rubꝛica ad.l.iul.de adul. Quero quid continebat.l.iul.de adul. Rn̄.eius pꝛecepta ⁊ capitula habes.ſ̄.de mino.l.auxiliuꝫ.

**Ec lex.** Op.⁊ videtur qꝺ ſi hoc eſt veruꝫ ergo ab auctoꝛe debet denomīari.⁊ ſic debet denomīari.l.auguſta nō.l.iul.cum auteꝫ auctoꝛ ſuus vocetur diu° auguſtus ergo ⁊c̄.vt inſti.de dona.§.alie.ſo.vt in gl.duobus modis.vel dic:et iſta eſt vera ꝙ ille qui hanc.l.inuenit vocabatur iulius.nec ob.qꝺ hic dicitur:q꞉ quilibet imperatoꝛ vocatur diuus auguſtus.de hoc per cy.C.e.ti.ſup̱ rubꝛica.

**X lege iulia.** [b]Iſta.l.tractat quaſdaꝫ exceptiones que opponuntur contra crimen adulterij.⁊ pꝛimo ponit de quadam exceptione de qua videbitis.ī.e.l.denunciaſſe.et no.tex.ibi peregiſſet autē ⁊c̄.

**Marito.** De hac exceptiōe videbitis.ī.ad turpil.l.qui deſiſtit.et.l.abolitionibus.C.ad turpil.

Ex.§.ſequenti.

Lenociniuꝫ eſt duplex.

**Lenocinii.** Hic loquitur de tertia exceptione.ſ.lenocinij.⁊ in hac.l.ponunꝭ due ſpēs lenocinij.vnuꝫ manifeſtuꝫ quando dat operaꝫ:vt vxoꝛ ſua adulteretur:vt inde aliq̄d lucrareꝭ.Secūda ſpecies:lenocinij quādo vxoꝛem adulteraꝫ retinet.⁊ de his duabus ſpecieb° loquitur hic.§.⁊ hic qdaꝫ habēt nō confligitur.alij habent confligitur.

Op.de vna littera ad aliaꝫ.ſol.vt in gl.

**Qui hoc crimen.** Op.de.l.ſi vxoꝛ.§.iudex.⁊.§.ſi.ī.e.ſo.ille.§.intelligitur ſm̄ iſtuꝫ.§.q꞉ poſt nomē rei receptū inter reoſ nō pōt obijci hec exceptio. Itē op.ſ̄.ſo.ma.l.cuꝫ mulier ⁊.l.ſi marit°.§.pꝛeſcriptiōe.ī.e.⁊.C.eo.l.ita pudoꝛ.bꝛeuiꝭ iſta exceptio lenocinij eſt dilatoꝛia n̄ peremptoꝛia.ideo oꝫ opponi an nomē rei receptuꝫ inter reos:vt in.d.§.pꝛeſcriptōe.cetera circa hanc exceptionē dicā.ī.e.l.§.ſi publico.

Ex.§.ſequenti.

Lenocinij exceptio quādo poſſit oppōi:ibi. Pꝛo declaratione. Et qualiter crimen poſſit īquiri circa pꝛimuꝫ.⁊ an in inq̄ſitione debeat poni ānus mēſis locus:ibi. Quero. Et an inquiſitio debeat habere cōcluſionem:ibi. Tertio. Et an cōtra iudiceꝫ poſſint opponi ille exceptiōes que cōtra accuſatoꝛē:ibi. Querīꝭ. Et an inq̄ſitione poſſent teſtes examinari poſt didicita teſtificata:ibi. Ulterius. Et an iudex poſſit aſſumere ptes accuſatoꝛis ꝓſequētis ſuaꝫ vel ſuoꝛū iniuriaꝫ:ibi. Ulteri° q̄ro. Et an ꝙ hic dicaꝭ ꝙ pꝛobata exceptione lenocinij puniꝭ maritus habeat in alijs exceptionib° crimīalibus:ibi. Uenio Et an exceptione oppoſita ſuper eodem facto tollatur accuſatio ſup̱ eodē facto:ibi. Ulteri°.

**Si publico.** [c]Exceptio lenocinij oppoſita a muliere inter reos recepta marituꝫ nō repellit ſed euꝫ puniri facit.ſed ſi obijciatur ab extraneo nihil impoꝛtat.hoc dicit iſta.l.⁊ habeo hūc.§.⁊ ei° materiaꝫ multuꝫ ꝓ ſubtili.⁊ diuiditur iſte.§.in q̄tuoꝛ partes pꝛimo ponit vnuꝫ dictuꝫ.ſcꝺo illationē ex dicto tertio determinat vnā.q.ex pꝛedictis dependenteꝫ.quarto ponit aliud dictum.ſecunda ibi.lenociniuꝫ igitur.tertia ibi.vnꝺ queri poteſt.quarta ibi.extraneus autē. Op.⁊ videtur ꝙ exceptio lenocinij marituꝫ accuſantem repellat:vt.l.ita pudoꝛ.C.e.⁊.l.cuꝫ mulier.ſ̄.ſolu.ma.ſo.illud veruꝫ quando iſta exceptio obijcitur ante nomē rei receptuꝫ inter reos.ſecus ſi poſtea. Iteꝫ ad ideꝫ op.de.l.viro[d]atq꞉ vxoꝛe.ſ̄.ſo.ma. Rn̄.ibi loquitur quādo agiꝭ ciuiliter tunc eniꝫ illa exceptio vel replicatio lenocinij ē peremptoꝛia.merito poſt lit.cōte.vēit examinā da:vt ibi.ſed hic quādo accuſatur criminaliter tunc illa exceptio lenocinij eſt dilatoꝛia.ideo debet ꝓponi ante nomē receptuꝫ inter reos.quō autē hec exceptio hic ſit dilatoꝛia ⁊ ibi ſit perēptoꝛia ex teipſo perpendas quoniā ibi perimit cām:hic differt. Uenio ad.§.ſi extraneus.et op.⁊ videꝭ ꝙ quilibꝫ extraneus poſſit opponere exceptioneꝫ lenocinij:vt.C.e.l.quoniā alexādruꝫ.glo.ſoluit duobus modis.ꝑmo hic opponebatur hec exceptio poſt nomē rei receptuꝫ inter reos.ibi ante.⁊ iſta eſt vera.rōnē dixi.ſ̄.dat glo.aliaꝫ ſo.ꝙ lenociniū pōt oppōi tripliciꝭ.vel ꝙ maritus conſenſit vxoꝛi adulterate.vel poſt adulteriuꝫ ipſam retinuit ⁊ ipſius viciuꝫ appꝛobauit ⁊ hec exceptio ſemp̱ pōt opponi:vt in cōtrario. Tertio modo op.ꝙ duxit vxoꝛeꝫ condēnataꝫ de adulterio:tunc poteſt opponi tātuꝫ ante rei nomē receptuꝫ īter reos.ego miroꝛ multuꝫ de hac ſecūda ſo.q꞉ eſt cōtra hunc tex.ſ.§.q hoc dicit naꝫ pꝛecedens.§.loquitur de crimine lenocinij quando vir conſēſit vxoꝛi adulterate:⁊ tamē extraneus non poteſt hanc exceptioneꝫ opponere poſt nomen rei receptum inter reos. Item eſt contra hunc.§.qui loquiꝭ quādo vir retinuit depꝛehenſaꝫ ⁊ dānataꝫ in adulterio:et tamē hec exceptio nō pōt opponi ab extraneo quare tene pꝛecedētē ſolutioneꝫ. Iteꝫ op.ſ̄.de.§.ſi publico.ad.§.ſi extraneus.So.aliud in muliere obijciente marito.aliud in extraneo.rō dn̄ce eſt iſta.ſi mulier obijcit marito lenocinium qꝺ eius voluntate fecit pꝛeſumiꝭ mulier ſeducta a marito:vt.l.raptoꝛes.C.ꝺ rap.vir.iō tanq̄ ꝓſequens ſuaꝫ iniuriaꝫ admittitur ad hanc exceptioneꝫ que habet vim accuſationis quoniaꝫ ex ea maritus punitur.⁊ hoc etiā poſt nomē rei receptum inter reos:vt plene dixi in.l.is qui reus.ſ̄.de pu.iu.in.l.negāda.C.qui ac.non poſ.hoc autē ī extraneo nō pōt dici:q꞉ ex hoc extraneo nō eſt illata iniuria ſi maritus fuit leno vxoꝛis ſue.pꝛeterea ſi nos diceremus de alia exceptione lenocinij ꝙ vxoꝛeꝫ adulteraꝫ retinuit adhuc poteſt obijci a muliere ad maritum puniēduꝫ:quoniaꝫ hec duo crimina ſe contingunt ad inuiceꝫ:q꞉ vnuꝫ ab altero deſcēdit.ideo admittitur mulier ad hoc pꝛoponendū:vt dixi ī.d.l.is qui reus.⁊ eſt iſtud crimen cōmiſſuꝫ inter eaſdem perſonas:quoniā illa mulier que accuſat eſt illa que ab accuſatoꝛe retenta eſt.ſed in extraneo non poſſumus hoc dicere.q꞉ licet illa crimina ſe inuiceꝫ contingant tamen inter diuerſas perſonas cōmittuntur quoniā lenociniuꝫ reſpicit vxoꝛeꝫ ⁊ eius iniuriaꝫ.⁊ ideo poteſt opponi a muliere ſed non ab extraneo accuſato cuꝫ ei° perſonaꝫ non reſpiciat. Pꝛo declaratiōe hu-

bal.in.l.i.C.ex delic.defunc.in.ij.col.⁊ ang.in.l.ſi.C.ſi re° vel acc.mo.fuc.fa.l.i.et.ij.⁊ qꝺ ibi bar.ꝺ cada.puni.moduſ aūt ſnīe ē vt ꝓnuncietur quē eſſe hereticuꝫ et ꝙ ꝑ ꝯn̄s ei° memoꝛia dānaꝭ ⁊ multos caſus in quib° dānaꝭ memoꝛia vide enumeratos ꝑ go.in.l.ex teſtō.C.ꝺ teſta.manu.et excōicat° et vſurarius ꝓnunciat° an poſſit queri poſt moꝛteꝫ no.bal.in.l.poſt moꝛteꝫ.la.i.C.de licau.⁊ caſus in quib° dānaꝭ memoria enumerat etiā gl.in.l.i.in v̇.extictuꝫ.C.ſi reus vel accu.

a De ſucceſ.dic alias de here.que ab īteſt.vbi gl.ponit q̄n qs poſſit p° moꝛtem accuſari.

De adulterijs. Ru.

b X lege

c iul.no. ꝯ accuſatoꝛē criminaliter obijcitur exēplo lenocinij de q̄ per dy.in.l.viro ſo.ma.⁊ ī regula pari.ꝺ regu.iu.in.vi. Itē dico ꝙ pōt opponi exceptio criminoſa de ī habilitate ꝑſone puta ꝙ eſt excōicat° vel infamis.facit.l.quos ꝓhibet.ſ̄.de poſtul.ita tꝫ imol.in.d.l.viro vbi ipſe ſubdit ꝙ iſta ſūt v̇a ꝺ iure ciuili ſꝫ ꝺ iure cano.dic̄ ꝙ ꝯ accuſatoꝛē ad ipm repellēdū ꝑt

obijci de q̄libet crimine vt in.c.i.eꝫ de accuſ.plene in.l.is q.ſ̄.de pub.iu.

c C.§.ſi publico.in materia inquiſitionis vide ange.in repe.l.ſi vacā.tia.C.ꝺ bonis.vac.li.x.⁊ addꝺ quod bal.in.l.i.§.magiſtratibus.de magiſtra.cōue.dicit ꝙ licet ptās teneaꝭ inq̄rere tam̄ excuſaꝭ ſi ſi fuerit denūciatū.alias ſi nō ſit notoꝛiū.⁊ tꝫ bal.ī.l.data opa.C.q.accu.ꝙ ꝓ leui culpa nō īputatur.⁊ ibi vid eum in materia incendij. Itē adde ꝙ ꝯ ꝓducentē falſum teſtē.vel inſtrum̄tuꝫ iudex ꝑt inq̄rere.ſm̄ cy.in.l.vbi.C.de fal.et eſt tex.ī.l.iubemus.C.ꝯ ꝓba.itē no.ꝙ ludētes ⁊ blaſphemantes licꝫ ꝑſidi ⁊ ep̄o inq̄rere de iure.l.alearū vſus.C.de aleato. Itē ꝯ iniurias factaſ ſcolarib° vt in auꝭ.habita.⁊ vid bal.in.viij.colū.C.ne ſi.pꝛo pa.q̄n ſit licitū inquirere ⁊ vtrū ep̄s poſſit inquirere de adulterio q̄ ad penam īponēdaꝫ.vide qꝺ dixi poſt bar.in rub.C.eo.

d Op.de l.viro.vide ꝑ bart.ī.l.ſi marit°.§.p̄ſcrip.j.eod vbi glo.

a ¶Modum inquiſitionis.no.materiam inquiſitionis.⁊ adde bal.in.l.i.C.qui admit.⁊ bar.in.l.congruit.de offi.preſi.Quid autẽ ſit inquiſitio vide bar.in.l.tranſigere.in.iiij.colũ.C.de tranſac.⁊ bal.in.l.ea quidẽ in xij.col.C.de accu.⁊ adde quod eo tempore quo finiretur accuſatio eſt impedita inquiſitio.vt no.bar.in.l.querelam.C.de fal.⁊ tene menti quod glo.ij.q.v.alias.vi.c.p̃ſbiter ſi a plebe.in gloſ.q̃ incipit hic colligitur ꝙ nunq̃ iudex per viam inquiſitionis procedit niſi prius citato offenſo an velit accuſare qui maius ⁊ potentius ius habet ideo preferendus iure comuni.l.q̃uis indubitati.C.e.l.i.§.denunciare de vẽ.inſpi.ſa.l.ſenatus.⁊ ibi hoc not.dixit bal.C.q accu.quod ſatis videt̃ hic de mente barto.et maxime i ṽ.vlterius cuz inquiſitus aſſumit partes accuſatoris.⁊ ita puto debere intelligi hoc quando inquireretur ad vtilitatem priuatam alias dic vt hic per barto.⁊ add ad materiaz no.j.e.in.l.iij.⁊ vid ꝙ legitur ⁊ nota.in.c.i.vt ecc.benefi.vbi glo.magna alias magiſtra.⁊ vid bar.in extra ua.ad repri.in verſi.per inquiſitionẽ ⁊ ang.in re pe.l.ſi vacãtia.C.de bo.vacã.li.x.et bar.in.l.fin.j.de qõ.et aduertatis: quia iudex antequam inquiratur debet aſſignare terminum volentibus accuſare.d.c.preſbiter ſi a plebe.ij.q.v.⁊ vide glo.ij.q.vi.c.ſi quis de pluribus.Item adde ꝙ in cauſis ciuilibus non habet locuz inquiſitio niſi in cauſa vſurarum.vt no.Inno.i.c.ſi quis ad noſtraz.de iureiur.⁊ niſi in cã ſuſpecti:vt.C.de pecu.l.cum ⁊.ſ.de ſuſ.tu.l.iij.§.preterea.⁊.l.i.e.ti.vbi dicit ꝙ in inquiſi. videtur eſſe neceſſarius libellus:niſi vbi perſona vnius fauorabilis vel ipſa pietas iudicẽ ad collationez inquiſit.inducat.vt no.i.l.miles.per cy.C.ſi manci.ita fue.alie.quod dictum non eſt alibi in iure.⁊ bal.in.c.i.§.tres vel plures.de pa.tenen.Item niſi fauore fiſci ſecunduz bal.in.l.fi.de bo.vac.li.x.itez fauore miſerabiliuz perſonarum ſm cy.in.l.miles.ſi manci.ita fue.alie.item bal.in.l.ſancimus la.ij.C.de ſacro ſanc.ec.dixit ꝙ in ciuilibus fauore eccleſie admittitur inquiſitio.⁊ eſt ſpeciale ibi.in alijs ſecus.alle.inno.in.c.ad noſtrã.de iureiu.la.ij.⁊ in crimialibus ⁊ in eccleſiaſticis idẽ per illũ tex.in.l.ſi quis in hoc de epiſ.⁊ cle.poſt barto.⁊ in materia per io.an.in.c.felicis.de penis ⁊ bald.in.l.iubemus.C.de proba.⁊ quod dixi poſt barto.in.l.aut facta.§.fi.j.de penis.

ADDE ꝙ in vſuraruz cã poſſit procedi per inquiſitionem voluit bald.cõſilio.lxvi.iij.libro.

b ¶Tertio modo.Ex his ergo tenet bar.hic ꝙ ſi inuenitur aliqs occiſus ⁊ neſcitur a quo.vnde iudex inquirendo generaliter inuenit ticiuz occidiſſe ꝙ ex teſtibus receptis ſuper tali inquiſitione generali nõ poterit eũ cõdẽnare.qꝛ iſtud nõ eſt iudicium cũ non ſit fundatum ꝯtra aliquez ⁊ iõ ſubſequi debet inquiſitio ſpecialis ⁊ vide bar.i.l.fi.in fi.j.de queſti.et ſeqtur bald.in.c.iniuria.ṽ.ſed furtuz de pa.iu.fir.

ius diſtingue.aut exceptio lenocinij obijcit̃ marito agenti ciuiliter:aut obijcit̃ eo accuſante criminaliter.primo caſu poteſt ſemper opponi:vt.l.viro atq̃ vxore.ſ.ſo.ma.Secundo caſu aut obijcitur ante nomẽ rei receptũ iter reos aut poſt.primo poteſt obijci a quolibet extraneo niſi ſit ſeruus accuſatoris:vt.l.quoniaz alexandrũ.C.eo.aut obijcitur poſt nomẽ rei receptuz inter reos:⁊ tunc aut obijcitur ad repellenduz marituz accuſatorẽ.⁊ tunc nõ poteſt fieri:vt hoc.§.⁊.ſ.pri.aut ad ipſuz marituz punienduz.⁊ tũc aut a muliere ⁊ poteſt aut ab extraneo ⁊ opponi nõ põt.¶Op.dicitur hic ꝙ ſine accuſatore fuit punitus.cõtra ſine accuſatore nemo dãnatur:vt.l.reſcripto.§.ſi quis accuſat⁹.j.de mu.⁊ ho.dicit gl.ꝙ regula eſt ꝙ ſine accuſatore nemo punit̃.fallit h̃ ⁊ in alijs caſib⁹ no.i gl.quã vid.¶Pro declaranda glo habemus videre duo.primo q̃liter crimen poſſit puniri per moduz inquiſitionis.ſecũdo qualiter poſſit puniri per modum exceptionis.¶Circa primuz cõis doctrina gl.ẽ ꝙ regulariter de crimĩe nõ põt inqri.fallit in caſibus no.hic.Idez no.in.l.iij.§.preterea.ſ.de ſuſpe.tu.Idez ſentit ſpe.in ti.de inqſitione.§.ij.idẽ ſentit By.hic ⁊ cõiter oẽs doc.ego tñ in hac materia vidi vnuz dñm do.nic.de mat.in q̃dam ſua diſputatione q videt̃ mihi ꝙ tetigerit melius veritatez huius materie q̃ alij.iõ ſequẽdo eius doctrinã ⁊ addẽdo aliqua debetis ſcire ꝙ quedã inqſitio eſt q̃ fit ad priuatã vtilitatem.⁊ iſta aliquãdo fit ad crimẽ inueniendũ:aliquando ad crimẽ puniendũ.ad crimẽ inueniẽdũ fit tripliciter.primo faciẽdo denũciatores ⁊ alios officiales q denũcient maleficia q̃ cõmittũt̃.de quibus vidiſtis plene.ſ.ti.ij.l.diu⁹.⁊.l.i.§.qes.ſ.de of.p̃fec.vr.⁊.l.i.C.de decur̃.li.xij.q̃nq̃ fit iſta inqſitio per inſpectionẽ oculorũ vadit eni iudex perſonalit̃ ⁊ inſpicit quedã:vt.l.fi.C.de cuſto.reo.⁊.l.iudices.C.de epi.au.Tertio mõ [b]fit p inqſitionẽ generalẽ in q̃ inqrunt̃ latrones ⁊ alij male cõditiõis ⁊ fame:vt.l.cõgruit.ſ.de of.p̃.Iſta tamẽ inqſitio generalis põt fieri trib⁹ mõis generalit̃.primo modo generalis quo ad pſonas ⁊ quo ad delicta:vtputa iudex inqrit a teſtib⁹ ſi eſt in ciuitate iſta aliqs hõ male cõditionis:vt fur latro homicida ⁊c.quãdoq̃ eſt generalis de perſonis.de delictis vero eſt ſpãlis:vtputa ſi ẽ in ciuitate iſta aliquis qui fecerit tale crimez.⁊ de iſta inquiſitiõe ſcda poteſt intelligi.l.i.C.de preuari.⁊.l.fi.C.ad.l.iul.de vi.⁊.j.ad.l.iul.pecul.l.iiij.§.i.poteſt etiã eſſe generalis quo ad delicta:ſpecialis quo ad pſonas.Exempluz inqro contra tutorez de ſuſpecto.tunc interrogabo an cõmiſerit in adminiſtratiõe doluz vel culpã vel negligentiã.⁊ ſic crimẽ nõ expſſit.ita põt intelligi.l.hic eni in pñ.⁊ qõ ibi no.in glo.ſ.de ſuſpe.tu.⁊.c.fi.extra de pur.ca.Iſti ſunt tres modi ad iueniẽda maleficia nõ ad punienda:qꝛ ex neutro iſtorũ ſequit̃ cõdẽnatio ſed ſolũ crimẽ inuenit̃.quãdoq̃ fit inqſitio ad maleficiuz puniẽdum.⁊ hic aduertendũ eſt lz glo.⁊ By.hic teneãt ꝙ regularit̃ inqſitio iſta nõ põt fieri tamẽ veritas aliter ſe habet:qꝛ.ll.q̃ hic ponunt̃:vt caſus ſpeciales faciunt regulaz:vt.j.dicã.naz ſcitis ꝙ nõ permittit̃ alicui de facili accuſare:vt.l.ſi cui.in prin.ſ.de accu.ita nõ permittit̃[c] de facili iudici inqrere.ſed in qbuſdã caſibus in qb⁹ de facili permittit̃ accuſatio ſine metu calũnie.ex eiſdẽ rõibus inqſitio de facili permittit̃.do ergo regulas Prima eſt ꝙ iudex põt inqrere pp officialis denũciationẽ[d]:vt.l.diuus.ſ.ti.ij.⁊.l.ea qdẽ.C.de accu.⁊ de decur.l.i.cũ ſi.⁊.l.i.C.de cu.reo.huius rõ eſt:qꝛ ſicut tutor excuſat̃ a calũnia rõne officij ſi eſt inſtigatus a matre ⁊ ab alijs ꝯſanguineis[e] ⁊ alijs affinibus:vt.l.tutorẽ.ſ.de his q.vt indi.ita eadez rõne iudex excuſat̃ a pſumpta calũnia pp officialis denunciationẽ.Secũda regula eſt iudex põt inqrere pp incidentẽ cognitionez.regula eni eſt ꝙ vbicũq̃ iudex incidẽter cognouit de crimine de illo crimĩe ipſe põt p inqſitionẽ cognoſcere.ex ſus eſt hic pbatur optie i.l.pe.C.ſi aduer.li.ſimile vides ꝙ pp incidentẽ relationẽ criminis quis excuſat̃ a metu calũnie:vt.l.q cũ maior.§.ſi libertus.ſ.de bo.li.Tertia regula[f] eſt ꝙ iudex põt procedere p inqſitionẽ propter p̃cedentẽ generalẽ inqſitionẽ.vbicũq̃ eni iudex in generali inqſitione cõperijt aliquẽ deliquiſſe in eodẽ caſu põt ad inqſitionẽ ſpecialẽ deſcendere ⁊ illũ reuz cõdẽnare.⁊ ita debet intelligi.l.congruit.tex.pbat expſſe in.l.iiij.§.i.ad.l.iul.pecul.ita põt intelligi in aut̃.de col.§.iubemus.vides ſimiles in accuſatore ſi accuſator reperijt in teſtõ eius cui⁹ hrs eſt ꝙ talis fecit tale delictuz excuſatuz a pſũpta calũnia ſi accuſat illuz de quo teſtator dixit ⁊ hoc pp notificationẽ teſtõris:vt.l.q cũ maior.§.fi.ſ.de bo.liber.⁊.l.mr̃.C.de calũ.ita hic ⁊ i p̃cedẽti.alia regula ẽ pp notificationẽ factã iudici pp incidẽtẽ cognitionez vel propter generalẽ inqſitionẽ.põt inqrere ⁊ deſcẽdere ad ſpecialẽ inqſitionẽ.Quarta regula[g] eſt propter magnuz dolorẽ ſeu magnã offenſaz.vbicũq̃ eni crimẽ cõmittit̃ coram iudice de illo

c ¶Non permittitur.ſz vtruz in cauſa inquiſit.vbi iudex procedit ex officio ſuo habeat locum cõdẽnatio expenſaruz.vide per do.ant.poſt gl.in.c.dilecti.ad fi.de do.⁊ contu.cy.in.l.ſancim⁹ de iudi.

d ¶Officialis denunciationem.quo caſu ſi iudex non inquirat facit litem ſuam.ſecunduz bal.in.l.iubem⁹ in.iij.colũ.C.de probatio.

e ¶Alijs cõſanguineis.adde bald.in.l.athletas.j.de fal.⁊ Bald.in aut.ad hec.de vſur.vbi dixit ꝙ inqrens excuſatur a preſũpta calũnia vide Bald.in.l.i.in fin.l.C.ne quiſ in ſua cauſa.⁊ in.l.edita.in.vi.colũ.C.de eden.⁊ quod not.Barto.in.l.ſi maritus.§.i.j.eo.et bal.in.l.iubemus.in vlti.col.C.de pba.⁊ Inno.in.c.cuz clamor.de teſt.⁊ adde ꝙ ſiquis de delicto ciuiliter punitus fuerit talia acta operant̃ viz denunciationis ⁊ fame.adeo ꝙ poſtea ex illis actis tanq̃ ex denunciat.vel fama iudex poſſet criminaliter inquirere ſz bal.in.l.quod euitandi.C.de condi.ob tur.cau.

f ¶Tertia regula.Sed aduertatis:qꝛ bal.i.d.l.edita.in.iiij.alias.vij.colũ.voluit qcquid hic dicat barto.⁊ inno.i.c.bone de elec:ꝙ ex probationibus receptis ſup generali inqſit.poſſit ſeq ꝯdẽnatio.adde bal.i.l.iubem⁹.in.iij.col.C.de pba.⁊ qõ no.bar.in.l.fi.j.de qõ.⁊ ꝯ bal.i.l.edicta tz ſimplicit̃ abb.ſicu.in.c.graue.de pben.ſed qd ſi aliqs eſt abſolut⁹ ab inqſitiõe generali an poſſit ꝯ eũ inqri ſpãliter bal.ꝙ ſic in.l.fi.in pe.col.C.de pe.iud.⁊ ad h̃ dicta vide bal.in.l.ea qdẽ i.x.col.de accuſa.pau.de liaza.tz opi.ino.i cle.ꝯſti.de elec.⁊ vid bal.⁊ bar.i.d.l.i.ſ.de ſuſp.tu.⁊ ange.in.l.libellorũ.ſ.de accu.⁊ vide caſuz in fi.de col.lu.dete.vbi itez inqrit̃ ꝯ primo inqſitũ.⁊ in materia inqſitiõis vide aliqua que dixi ⁊ ſcripſi imediate poſt ti.de reg.iur.⁊ poſt bar.h̃ in pe.colũ.in ṽ.vlteri⁹ ſcias qñ crimẽ ⁊c.

g ¶Quarta regula.Add bar.in.l.ſi qs

pōt iudex ꝑ ſpālez inqſitionē ꝓcedere hoc ꝓbaẜ in calūniatore.C.ḋ calū.l.i.⁊ in falſo teſte.vt.l.nullū.C.ḋ teſti.⁊ in falſa charta.vt.l.pe.C.de ꝓba.⁊ idē in alijs ḋlictis ſi qua ḋlicta corā iudice cōmittunẜ de qbus tangā.in.l.eos.j.ḋ fal.vides ſimile i accuſatore marit⁹ ḋ adulterio vxoris ⁊ mater ḋ morte filij ⁊ ſimiles pſone cōiūcte ſine metu calūnie accuſant ꝑꝑ nimiū dolorē:vt.l.ſi.ff.ḋ pub.iu.⁊.l.mater.C.ḋ calū.cū ſi.Quīta regula eſt ꝑꝑ immēſuz crimē.ſūt enī q̄dā crimina ita enormia i qb⁹ pōt qs accuſare ſine metu calūnie:vt in falſa moneta:vt.l.i.C.ḋ fal.mo.⁊ no.in.l.athletas.§.calūniator.ff.de infa.ita in oībus criminibus in qbus ſine metu calūnie admittiẜ accuſator.in illis pōt iudex inqrere.⁊ fa.l.ſi qs in hoc.C.ḋ epi.⁊ cle.ita debetis itelligere.⁊ ſic iudex iqrēdo hꝫ magis largas habenas ꝗ̄ credatis ⁊ hoc de iure cōi.ſꝫ ḋ iure municipali.in qbuſdā terris ſunt ſtatuta ꝙ indiſticte iudex poſſit ꝑ inqſitionē ꝓcedere. ⁋ Quero vtrū in inqſitiōe debeāt poni āñus mēſis loc⁹ ⁊ alie ſolēnitates q̄ ponunẜ in.l.libelloꝝ.ff.ti.ij.gl.inſti.de pu.iu.circa p̄n.videẜ dicere ꝙ nō. Inno.expſſiſſime dicit ꝙ ḋlicta pticulariẜ nō ſunt exp̄mēda i inqſitiōe:nec loc⁹ ita dicit in.c.ſi.ex̄ de pur.ca.⁊ dicit aliḋ in inqſitiōe aliḋ in accuſatiōe do.Iac.bu.inſti.de act.circa p̄n.dicit ꝙ eadē ſolēnitas reqriẜ in inqſitiōe q̄ reqriẜ in accuſatiōe p̄terꝗ̄ in ſolēnitate inſcriptōis ad penā taliōis:q: illa ceſſat ibi.⁊ ita loqtur inſti.ḋ pu.iudi.i p̄n.ita dicit ipſe.nā cū iſta inqſitio ſuccedat in locū accuſationis ⁊ iudex vices accuſatoris ſuſtineat merito erit eiuſdē nature cuius eſt accuſator:vt.l.i.§.hec actio.ff.ſi quis teſ.li.iuſ.eſſe fue.ad dictuz Inno.nō rñdet:q: de eo nō facit mētionē.ego hoc dictū Iac.bu.puto veruz nō ob.dictū Inno.i.c.ſi.q: ibi loqtur quādo inqſitio fit ſpecialis quo ad pſonas:generalis quo ad ḋlicta.⁊ fit ad aliquē remouendū nō ad puniendū criminaliter ⁊ hoc idē eſt de iure noſtro:vt.d.l.ḃ enī.cuz ſua glo.ff.de ſuſpec.tu.nā eadē rō eſt ne qs in tanto crimie vageẜ cū alieno diſpēdio:vt.l.p̄tor edixit.i p̄n.ff.ḋ iniur. ⁋ Tertio q̄ro^b vtrū inqſitio dēat hr̄e cōcluſionē.rñ.nō ē neceſſariū ꝙ in inqſitiōe pōaẜ cōcluſio ſic nec i accuſatōe:vt.l.libelloꝝ.ff.de accu.ꝯſuetudo tñ obſuat ꝙ ponūt ⁊ cōcludūt ſic.ſup qbus oīb⁹ intēdit ꝓcedere ⁊ punire reptū culpabilē ſm formā iuris ſeu ſtatutoꝝ^c.qḋ no.q: ſicut in accuſatiōe pōt itētari noua.l.ita i inqſitiōe:q: pōt dicere itēdit

pūire culpabilē reptū ſm formā iuris ciuilis vel ſtatuti. ⁋ Queriẜ vtrū^d ꝯtra iudicē inqrētē poſſint oppōi ille exceptiōes q̄ pñt oppōi ꝯ̄ accuſatorē:puto ꝙ ſic:excepta exceptōe illa ꝙ inīcū hꝫ:cū enī iḋ ꝑmittaẜ inqrere:q: hꝫ mḡratuz:nō dꝫ eē idē cā admiſſiōis ⁊ repulſiōis:vt.l.cuz his.§.i.ff.de ꝯdi.ide.⁊.l.qui hoīez.§.ſi.ff.ḋ ſol. Idē puto ꝙ illa exceptio ꝙ hēat plures reos ḋlatos:de q̄ loqtur.l.q accuſare.ff.de accu.nō hēat locū in iudice inqrēte.nā ꝑꝑ offm̄ in eo ceſſat turpis ſuſpicio:vt.l.i.ff.de of.p̄.⁊.l.ſi.C.ad.l.iul.repe.alias aūt exceptiōes puto inqrēti poſſe obijci.ꝓ hoc optie faẜ ex̄ de cle.ꝯiu.c.diuerſ.⁊ qḋ ibi no.vbi dr̄ ꝙ inqrēti pōt oppōi ꝙ ē inimic⁹ ſicut pōt oppōi accuſatori vel teſti. ⁋ Vlterius q̄ro vtrū i inqſitiōe teſtes poſſint examiari poſt ḋdicita teſtificata vel de nouo ꝓduci.ino.tꝫ ꝙ ſic^e.in.c.cū clamor.ex̄ de teſti.q: ceſſat metus ſubornatiōis cū ſemꝑ iudici teſtes fuiſſent apti.ego pl⁹ dico ꝙ in q̄libꝫ cā crimiali iudex ex offō ſuo ēt poſt apturā teſtiū pōt teſtes ḋ nouo recipe tā ad offenſā ꝗ̄ ad ḋfenſā:vt.l.iij.in ſi.j.de qḋ.⁊ tāgā ibi. ⁋ Vlteri⁹ q̄ro cū inqſitiōe iudex aſſumat ptes accuſatoris vtrū poſſit aſſūeẜ ptes accuſatoris ꝓſeqntis ſuā vel ſuoꝝ iniuriā.vel ſimpliciter ptes accuſatoris cuiuſlꝫ.rñ.cuz inqſitio nō ꝑmittaẜ ad p̄uatā ptis vtilitatez:vt ff.dictū eſt nō pōt aſſumere ptes^f accuſatoris ꝓſequētis ſuā vel ſuoꝝ iniuriā:niſi qñ ſuū officiū eſt p̄ncipaliẜ offenſū:vt i falſo teſte et calūniatorib⁹ ⁊ ſi.hoc aūt ſcire ē magni effect⁹ ꝑꝑ multa ad q̄ admittunẜ illi q ꝓſequunẜ ſuā vel ſuoꝝ iniuriā.⁊ alij nō.⁊ hec ſufficiāt de inqſitiōe.nā ſpe.de hoc modicū tractat. ⁋ Vltio ſciaẜ ꝙ qñ crimē eēt notoriū iudex pōt indiſticte ꝓcedere ꝑ inqſitionē:vt.l.ea qdez.C.ḋ accu.⁊ gl.hic dicit.⁊ materiā ḋ notorio crimie dic de hoc ꝑ ſpe.i ti.ḋ noto.cri.tāgā aliqd in.l.ab accuſatore.§.ḋnūciatores.j.ad turpil. ⁋ Vlteri⁹ q̄ro^g vtrum ſupueniēte accuſatore ceſſet inqſitio.dicā in.l.iij i ſi.j.e. ⁋ Venio ad ſcḋaz materiā ḋ exceptōe crimis q̄ro vtrū⁹ qḋ hic dr̄ de exceptiōe lenocinij ꝙ iſta exceptiōe ꝓbata puniẜ marit⁹ ſit veꝝ in alijs exceptiōib⁹ crimis:vt falſa charta ⁊ ſimilib⁹ dicit gl.ꝙ nō:q: exceptio lenocinij tollit accuſationez lenocinij.ſꝫ exceptio falſi nō tollit accuſationē falſi.Examinem⁹ hāc glo.dy.dicit hic finaliẜ ꝙ per exceptionē falſi nō tolliẜ accuſatio falſi vr̄ ꝓbari ꝑ.l.ſꝫ ⁊ ſi exceptio.ff.ḋ euic. Itē facit ꝓ gl.q: hic tñ de lenocinio diciẜ ergo

obrepſerit.circa ſi.j.de fal.⁊ quod leuato velo tunc poſſit procedi abſqꝫ proceſſu.ponit bal in.l.ij.de ſpoꝝ.c.euidentia.per doc.de accu.
a ⁋ Exp̄mēda.adḋ bar.in ex̄ua.ad rep̄.in ṽ.per inqſit.⁊ bal.in.l.edita.C.de edē.in repeti.paduana videẜ tenere ꝯ̄ bar.ḃ.⁊ bal.in.l.illa iſtitutio ḋ here.iſtit.dicit i inqſitiōe ḋ falſo dꝫ poni loc⁹ ⁊ dies ⁊ vide in.l.ij.in p̄n.C.de edē.⁊ in.l.edita.in vi.col.e.ti.⁊ ſali i.l.ea qdē.C.de accu.vbi tꝫ ꝙ requiraẜ in inqſitiōe ſpeciali vel generali.adde cy.in.l.i.C.vbi cōue.q cer.lo.⁊ bal.in.l.i.i.iiij.col.C.q accu.⁊ in.d.l.ea qdē.i.xvi col.ſꝫ vtrū i inqſit.reqratur lit.cōte.inno.ꝙ nō i.c.cū oli.de teſti.ſec⁹ videẜ qñ quis executorē ad mittit ad inqſit.pſequēdaz ſm euz qḋ no.⁊ viḋ oio bal.in.c.i.§.iniuriā.in ṽ.ſeu furtū ḋ pa.iur.fir.vbi voluit ꝙ dꝫ liſ cōteſtari ſi hꝫ ꝓmotorē.et vide io.an.i.c.vi.de fo.ꝯpe.i nouella.⁊ inno.et do.anto.i.c.qm̄.§.ſūt et alij.vt lit.nō cōte.⁊ bal.i.l.i.in ſi.C.vbi de criagi.oꝫ.⁊ i.l.negāda.i.i.col.C.q accu.⁊ an vbi cūqꝫ iudx ꝓcedit ex offō requiratur lit.cōte.viḋ per ino.⁊ anto.de bu.in.d.c.qm̄.§.ſunt ⁊ alij.et vide ang.in.l.ſi vacātia.C.ḋ bo.va.li.x.⁊ inno.i.c.ij.de reſti.in integ.
b ⁋ Tertio q̄ro.viḋ bar.in.l.reruz.ff.re.amo.⁊ bal.in.l.edita.in.iij.col.ḋ edē.⁊ bar.i.l.libelloruz.ff.de accuſ.bal.in.l.ſi qs ſe.C.de accu.⁊ de hac clauſula ſup qbus oīb⁹ ⁊c̄.vide bal.in.l.i.C.q accu.in vl.car.⁊ in.l.⁊ ſi ſeuerior.de infa.⁊ in.l.et de ꝓba.⁊ bar.in.l.cūctos populos.de ſum.tri.in pe.col.
c ⁋ Seu ſtatutoꝝ vide bal.in.l.i.de ꝯfeſ.⁊ an teneat libell⁹ tanꝗ̄ dubius ꝑꝑ dictionē vel:dic ꝙ forte:ſic q: pōt ip̄ropriari ꝓ ⁊:⁊ vel ꝓ id ē.l.ij.C.ḋ adul.facit.l.ſi olei.C.loca.⁊ aliqñ illa copula ⁊ reſoluiẜ in diſiūctiuā ꝓ vel:vel ꝓ id ē.l.i.ff.ḋ pac.⁊ ibi glo.in ṽ.placitus ⁊ conſenſus.
d ⁋ Querit vtrū.adde ſali.in.l.ea qdē.C.de accu.vide bald.in.l.lꝫ.C.de ꝓcur.in.iiij.col.in ver.an poſt lit.cōte.
e ⁋ Inno.tenꝫ ꝙ ſic.Qḋ i inqſitione teſtes poſſint ꝓduci poſt didicita teſtificata.idē tꝫ do.ant.⁊ io.an.in.c.qualiẜ ⁊ qñ de accu.ſec⁹ ſm eos ſi iudex ꝓcederet ad inſtātiā accuſatoris ſec⁹ in pte.vt no.dicit bal.in auẜ.q ſemel circa ſi.C.ḋ ꝓba.⁊ vide ibi bal.in.i.col.⁊ bal.in.l.ea qdē.in.xv.col.C.ḋ accuſ.⁊ vide ang.in.l.ſi vacātia:poſt mediū.C.ḋ bo.vacā.li.x.⁊ ſpec.in ti.ḋ inqſi.§.nūc tractemus.ṽ.ſꝫ nūqd publicaẜ.⁊ bar.in.l.iiij.§.hoc aūt iudiciū.ḋ dā.iſec.⁊ vide oino imo.poſt bar.i.l.inter accu.ḋ pub.iu.⁊ bar.i ex̄ua.ad rep̄mē.in ṽ.neglexerit.⁊ i auẜ.q ſemel.C.de ꝓba.dicit ꝙ lꝫ agēs crimialiẜ renunciauerit ꝓbatiōib⁹.vel lꝫ cōcluſū ſit in cā:tañ pñt ſemꝑ examiari teſtes.ita dicit ibi i.iij.col.⁊ vide q̄ dixi poſt bar.in auẜ.q ſemel.C.ḋ ꝓba.
f ⁋ Aſſumere ptes.an iudex poſſit inqrere i locū accuſātis ꝓſeqntis ſuā vel ſuoꝝ iniuriā.vide qḋ no.i.l.negāda.C.q accu.⁊ no.i.l.iſ q re⁹.ff.de pub.iu.⁊ vide āge.i.l.ſi vacātia.poſt mediū.ḋ bo.vac.li.x.vbi ēt circa primū dic ꝙ ſi iudx vult aliquē abſoluere dꝫ citare offenſū ad ꝯ̄dicēdū:aliaẜ talis abſolutio nō p̄iudicat offenſo qn accuſare poſſit.⁊ forte ēt ſm euz iudex in ſindicatu teneẜ tu ēt in abſolu.facias citari ſindicuz ḋ cu⁹ p̄iudicio agiẜ.viḋ ēt q̄ ſcripſi i.l.ſenat⁹.circa p̄n.ḋ accu.⁊ adde bar.ḃ.bal.i.l.ea qdē.in xv.col.ḋ accu.⁊ adḋ qḋ no.bar.i.l.iter oēs.§.recte.ff.ḋ fur.
g ⁋ Vlterius q̄ro.viḋ do.frā.ḋ are.in.c.ij.ex̄ ḋ te.circa.iij.col.⁊ viḋ.j.imediate poſt ti.de reg.iur.
h ⁋ Quero vtꝝ.an crimē poſſit pūiri ꝑ viā exceptiōis viḋ ci.i.l.ſi magnā ⁊ ibi ſali.C.q accu.⁊ barto.i.l.q accuſare.ff.de accu.⁊ ad gl.ḃ q̄ repuẜ ſing.viḋ gl.⁊ bal.i.l.falſū.i.ſi.C.ſi ex fal.inſtru.i.l.ſi.in pe.col.co.ti.i.l.ſi.i p̄n.ḋ ſi.iſtru.⁊ qd ſi ꝯ̄ accuſatū vel inqſituz opponaẜ ꝙ teſtes ſūt falſi:⁊ ꝓduciẜ accuſatio ꝯ̄ eos an ſupſedeaẜ in p̄ria iqſitiōe.viḋ cy.⁊ bal.i.l.i.C.q accu.⁊ bal.i.l.i.de qḋ.⁊ ſali.i.l.ſi ad ei⁹ de fal.⁊ qḋ no.bar.i.d.l.vi.ḋ fal.Ex oppoſito adḋ ḃ dictis ꝙ qñ crimē ē notoriū iudex p̄t ꝓcedere ꝑ iqſit.ḋ q̄ ꝑ ino.i.c.bōe.ḋ elec.⁊ ḋclara:vt ꝑ bal.i.l.ea qdē i ſi.xij.col.C.ḋ accu.⁊ an poſſit ꝯ̄ aliquē ꝓcedi ḋ hōicidio notorio omiſſo tramite ordiario.viḋ bal.i.c.i.§.iiuria.i ṽ.ſeu furtū.ḋ pa.iura.fir.⁊ an circa famā ꝓcedaẜ iuris ordie nō ſuato.viḋ ino.i.c cū i tua.ḋ ſpōſa.⁊ an in notorijs reqraẜ citatio.vide bal.i.l.ꝑfiteri.de epi.⁊ cle.dixi i.l.ēptorē vbi viḋ de act.ēp.⁊ iſtis adde ino.i.c.ſtatuim⁹.ḋ of.ḋle.⁊ bal.i.l.addictos.ḋ epi.au.⁊ qñ i notorio reqraẜ ordo iudicij viḋ bal.i.l.poſtꝗ̄.i.iij.col.ḋ pac.⁊ no.bar.i.l.i.§.ſi.ḋ var.⁊ extor.co.⁊ bar.i.l.ab hoſtib⁹.§.ſꝫ ꝙ.ff.ex q.cau ma.dicit tñ bal.i.l.i.C.ḋ iudeis.ꝙ i notorijs ꝓcediẜ iuris ordie nō ſuato.alle.ino.in.c.ſi.ḋ coha.cle.⁊ mul.facit qḋ habeẜ i.l.ſi ꝯfeſſus.ḋ cuſto.reo.⁊ bal.i.l.ꝑperādū in ſi.p̄n.ḋ iud.no.āge.i.l.ſi vacātia.in ṽ.venio ad ſm articulū.i p̄n.ḋ bo.vac.li.x.⁊ bal.i.l.ea qdē.i.xij.col.vbi plene.C.ḋ accu.⁊ de materia notorij.viḋ ſali.i.d.l.ea qdē aliqd ꝑ gl.et bal.i.l.ciues.C.ḋ appel.⁊ ꝑ gl.i.c.ꝑ tuas.de coha.cle.⁊ mu.⁊ vtꝝ inqſi.

tuȝ ſufficiat citari ad domū.dic ꝙ pſonaliter dȝ citari aut per edicta publica.vt ſin.voluit inno.in.c.ſi aduerſaria.de eo q mit.in po.cā rei ſuā.⁊ vide doc.in.l.i.de req.re.⁊ an i inqſit.regraꝛ citatio.bal.ꝙ ſic.i.l.iiij.§.i.de cōdi.ob tur.cām.vide q̄ dixi in.l.de vnoqq̄ȝ.de re.iudi.pone ꝙ iudex cōtra inqſit.tulit ſniam poſtea petiꝛ reuocatio ſnie an iudex ſit citādus.ino.i.c.in noſtra.de ꝓcu.tenȝ ꝙ ſic in glo.ſi.circa ſi.al leg.c.cū ſpeciali.circa ſi.de ap.recurre ad alex.in.d.l.de vnoquoqȝ.ð re.iu.⁊ ē addi.

a ℂ In.l.lucius.viꝺ oino que late ſcripſi poſt ti.j.de reg.iur.⁊ adde bonū text.in.c.ij.circa ſi.extra de oꝛ.cog.ad id ꝙ deducitur p modū exce.no.bar.in.l.i.§.ſed ſi is de ope.noui nū.p q̄ optima glo.iū.cto tex.in.l.circa.de ꝓba.⁊ iō ſeq̄retur ꝙ iudex pronunciare poſſit ſuper nō excep.quando reus ꝓbauit cōtra libellū actoꝛis:vtputa contra agenteȝ rei ven.reº nō probauit ſe dominuȝ eē an iudex debeat ꝓnunciare ꝙ do/miniuȝ debeat ad eū ſpectare.ad h̄ fa.no.p glo.in.d.l.auia.⁊ ibi text.et no.inno.i.c.ex cōqueſtione.ð reſtitu.ſpo.adde ēt bal.in.l.hereditas mea.C.de peti.her.fa.l.ſi iter me ⁊ te.ff.ð exce.rei iu.⁊ iſta diſputatio non hȝ locū i duplicibꝰ iudicijs.l.ſi ðſū.§.ſi.ð ꝓcu.⁊ in vti poſ.gl.ē multuȝ not.i.l.i.i v̄.ꝑcario.⁊ ibi barto.C.vti

⁊c̄.vt.l.ſi ꝟo.§.de viro.ff.ſo.ma.ſȝ cōtra glo.facit.C.ð ꝓba.l.iubemꝰ.⁊ de fal.l.vbi.⁊.j.de fal.l.diuus pius.ſed pōt dici ſm io.ꝙ vbi i modū ordiarie accuſatiōis ꝓponebaꝛ exceptō falſi ꝙ vꝛ bene dictū.ad.l.vbi pōt r̄ndeꝛi per lr̄aȝ q̄ ibi dicit:nec accuſatiōi tm̄ ⁊c̄.ad.l.diuus piꝰ pōt r̄nderi ꝙ loquaꝛ in eo falſo qȯ ſine accuſatoꝛe puniꝛ:vt in falſa charta.vt dcm̄ eſt.ſi eni nemie opponēte poſſet puniri multomagis aliquo opponēte in modū exceptiōis.concludo ergo ſic.aut crimē in modū exceptiōis obiectū ⁊ ꝓbatū poterit puniri ſine accuſatoꝛe:aut nō:vt ex p̄dictis patet.ita dicit dy.Pe.alter dicit:vt refert cy.in.l.vbi.C.de fal.vbi recitat iſtā opi.dicit.n.ibi ipſe ꝙ exceptio pōt opponi qn̄qȝ ad repellēdū accuſatoꝛē:qn̄qȝ pōt opponi ad eū puniendū.p̄mo caſu nunꝗ̄ puniꝛ ille cōtra quē exceptū eſt.arg.ad hoc in.l.lutiꝰª.ff.de his q no.infa.⁊ qȯ no.hac glo.ſi ꝟo opponiꝛ ad eū cōdēnandū tūc poterit eū cōdēnare ita loquiꝛ h̄.vn̄ dicit ipe ꝙ iſta exceptio q̄ opponiꝛ hic opponebaꝛ ad hunc finē:vt cōdēnareꝛ:⁊ ita intelligit hūc tex.C.e.in.l.ij.dictū Pe.nō ē verū p.l.qm̄ alexandrū.C.e.vbi diciꝛ ꝙ ſuus nō pōt exceptionē lenocinij opponere.rō eſt:q: ſuus nō pōt dn̄m accuſare:eadē rōne nec exceptionē opponere ex q̄ dn̄s veniret puniēdus.ſȝ ſi hec exceptio ſimpliciꝛ oppoſita nō faceret dn̄m pūiri opponi poſſȝ a ſuo ſicut a libero:vt.l.ſuos.ff.ð accu.qȯ tamē illa.l.oino ꝓhibet.Cōcludo ergo ꝙ quocūqȝ mō ſit oppoſita iſta exceptio lenocinij facit accuſatoꝛeȝ puniri.qd dicemꝰ.breuiter nos hēmus ð hoc tex.in iure canonico.ex̄ ð excep.c.i.⁊.ij.ᵇ vbi diciꝛ ꝙ ſi crimē qȯ obijciꝛ cām cōtingit ð qua agiꝛ ꝙ tūc pōt iudex ex eo punire alias ſecus.itelligo aūt iſtud crimē cōtingeꝛ cām ſi reſpicit illud idem fcm̄ ð quo p̄ncipaliter agiꝛ et eaſdeȝ pſonas:vtputa teſtis dicit falſuȝ in hac cā cōtra me:excipio ꝙ eſt falſus teſtis.itē ꝓduxiſti falſuȝ inſtrm̄ contra me:excipio ꝙ inſtrm̄ eſt falſuȝ.vel dico ꝙ feci adulteriū te volēte.cū ergo exceptio cōtingat id ð quo agiꝛ ⁊ eaſdē perſonas iudex pōt punire:vt hic.ſecꝰ ſi diuerſas perſonas cōtingeret:vt hic in ꝟ.ex̄neus tūc eni iudex ex vigoꝛe eiuſdē exceptiōis n̄ poſſet punire.ſȝ fateoꝛ ꝙ ex hoc ⁊ cognitione hita poſſet inqrere iterū ⁊ ſup inqſitiōe puniꝛ ex nouo ꝓceſſu.⁊ ita obſeruaꝛ.¶ Ulteriꝰ q̄ro ꝑ ðclaratiōe glo.vtrū exceptiōe ꝓpoſita ſup eodē facto tollaꝛ accuſatō ſup eodē facto.breuiꝛ iſta.q.pōt intelligi tripliciꝛ.vno mō vtrū exceptio tollat accuſationē pendēte iudicio.⁊ hoc puto ꝙ nō.ſicut inqſitio nō tollit accuſationē:vt dicaȝ in.l.ſi maritꝰ.i ſi.ita nec exceptio:vt ibi dicaȝ.fa.l.ſȝ ſi an̄.ff.de excep.⁊ qȯ ibi dicā.Scḋo pōt intelligi vtrū exceptō tollat accuſationē poſtꝗ̄ ab

poſ.⁊ gl.i.l.pōp.§.ēt ſi is.ð ꝓcur.de qbus latiꝰ vide bal.in.l.cū papi.de ſen.⁊ iterlo.om.iu.⁊ qȯ legiꝛ ⁊ no.i.l.ſi poſſeſſoꝛi.in p̄n.ff.ð iureiur.⁊ dixi ēt poſt bart.i.l.ſicut.§.i.ð excep.rei iudi.⁊ ad bar.h̄ vide no.i.l.lutiꝰ.ff.ð infa.⁊ viꝺ cano.⁊ ino.in.c.i.ð excep.⁊ plene p pe.⁊ cy.in.l.i.C.de fal.poſtȝ tn̄ nō abſurde dici ꝙ ſit h̄ verū q̄ ad penā oꝛdiariā nō iponendā ſȝ quo ad ex̄oꝛdinariā ſic.ar.l.nullū.C.ð teſti.ſm do.flo.i.q.ſua icip.inqſitꝰ.in deciſ.p̄mi dubij.⁊ viꝺ ēt bar.i.l.ſi cōfeſſus.ff.ð cuſt.reo.adde id qȯ no.bal.in auꝛ.ſtatuimꝰ.vbi dicit ꝙ nō refert an qs ð crimie ꝯdē/neꝛ an p exceptionē cōuincaꝛ.alle.c.ſup eo.ð teſti.⁊ de ap.l.ſi cū.⁊ ita dicit ꝯſuluiſſe ſede.adḋ p̄dictis gl.no.i.c.cū ſup.in v̄.nō extitit.ð ꝯceſ.p̄bē.ex qua colligiꝛ mirabile dictū vȝ ꝙ crimē cōfeſſatū p viā exceptiōis.

ēt in ciuili iudicio pōt pūiri.ſȝ io.an.ibi ꝯ q: exceptōeȝ obijciēs nō fateꝛ ⁊c.cū venerabilis.ð exce.itē q: crimē exceptū nō dȝ puniri:cū ad h̄ non agaꝛ ⁊ modꝰ agēdi iſpiciēdꝰ ſit.c.ij.de oꝛ.cog.⁊ optie in.c.ſup his.ð accu.do.ant.dicit ibi gl.ſaluari poſſe qn̄ crimē eſt ꝯnexū ei de q̄ agiꝛ.iuxta no.i.c.i.ð exce.c.ij.de ꝯfeſ.nec ob.p̄mū ar.io.an.q: id qȯ ē in ipa exceptiōe excipiēs bn̄ fateꝛ licȝ nō fateaꝛ tacite icluſuȝ:vt no.doc.i d.c.cū venerabilis.do.ab.dicit ꝙ ſi bi placȝ dcm̄ do.an.qn̄ actū fuiſſȝ i p̄ncipali iudicio crimialiter.ſȝ q: gl.ibi loqꝛ qn̄ actū erat ciuiliter.iō dicit durū eſſe tenere gloſ.marie p id qȯ habeꝛ in.d.c.ſup his ⁊ remittit ſimiliter ſe ad no.i.c.ij.de cōfeſ.marie p eū.addo ꝙ no.bar.i.d.l.ſi cōfeſſus ð cuſto.reo.⁊ de hac materia viꝺ ēt aliqd p bal.in.d.l.p̄ſoiteri.C.de epi.⁊ cle.⁊ i auꝛ.nouo iure.C.pe.iud.⁊ p ro.i.l.cuȝ mulier.ff.ſo.ma.

ſolutio ſecuta eſt ſup exceptōe.ad qȯ r̄n̄.vt dicā in.l.ex duobꝰ.ff.ð exce.rei iud.⁊ a liqūātulū tangā in.§.duo ffes.Tertio mō pōt intelligi vtrū exceptio tollat accuſationē poſtꝗ̄ obtētū eſt ſuper exceptiōe.⁊ h̄ dico ꝙ ſuper exceptione pōt obtineri duobꝰ modis.vno mō ꝙ accuſatoꝛ ſimpliciꝛ repellaꝛ.⁊ iſto caſu nō p̄iudicaꝛ in accuſatiōe qm̄ ad aliū finē tendit.nā ſicut ciuilis ⁊ crimialis nō tolluntꝛ exceptiōe.nā vna aliā nō ipedit:vt.l.i.C.qn̄ ci.ac.cri.p̄iu.qn̄qȝ eſt ſecuta victoꝛia ſup exceptiōe:q: accuſatoꝛ punitꝰ eſt.tūc gl.videꝛ dicere ꝙ exceptio nō tollat accuſatōeȝ vt hic.⁊.l.nullū circa ſi.C.ð teſti.ſȝ gl.ibi rep̄hēdiꝛ a doc.⁊ bn̄.cū eni iſta ſint duo iudiciaᶜ ad vidictā tendētia vnū indiſticte tolliꝛ pp aliud nō attēto vtrū ſit plus i vno ꝗ̄ i alio:vt.l.p̄toꝛ.§.i.ff.ð iniur.Circa p̄dicta tāguntꝛ multa q̄ faciūt ad hoc ex̄ de pur.cano.c.pe.ℂ Quero vtrū qn̄ opponiꝛ crimē per modū exceptōis debeat poni locus ⁊ ſi.dic:vt in.l.i.ff.de exce.Item an in exceptiōe crimis debeat ſe qs inſcribere.dixi i.l.ſi cui.in p̄n.ff.de accu. Ex.§.ſequenti.

ℂ Qualiter intelligaꝛ ꝙ pluribꝰ cōcurrētibꝰ iudex idoneioꝛē p̄fert.⁊ q̄ ſit cā potēs ad p̄ferendū idoneioꝛē ⁊ qualiter ꝓbatur adulteriū.

**Si ſimul.** ℂ No.hic ꝙ id qȯ dicitur.ff.ð accuſatoꝛibꝰ ꝙ ſimul pluribus cōcurrētibus p̄toꝛ idoneioꝛem eligit dȝ intelligi pluribꝰ veniētibꝰ an̄ nomē rei receptuȝ inter eos:vt hic in ꝟ.intātū.⁊ ꝟ.ſȝ ⁊ quotieſ hoc ēt no.C.de accu.l.q ð crimie.Itē in.l.ſi plures dꝛ ꝙ iudex ex cā p̄fert vnū alteri certe cā poniꝛ hic.q: ſi reperijt vnū colludere vel eē iſamē p̄fert aliū.⁊ ex hoc dico ꝙ ſi ꝓpiqoꝛ accuſat occiſoꝛes ſimpliciꝛ alius accuſat illos adiecta aliq̄ qualitate p quā puniuntꝛ acriꝰ tūc iudex pōt vlterioꝛē p̄ferre ꝓpinqoꝛi ſi apparet iudici illā q̄litatē eſſe verā.ar.huiꝰ.l.ℂ Itē no.ꝙ ſi ego accuſoꝛ a pluribꝰ hēo exceptionē ſine dubio:vt non poſſiȝ accuſari pluries de eodē crimie:vt.l.ſi cui.§.hiſdē.ff.ð accu.⁊.l.q de crimie.C.ð accu.ſed nūqd p̄mus accuſatoꝛ pōt dicere ſcḋus accuſatoꝛ nō debȝ admitti.ſed certe hic vꝛ tex ꝙ ſic:vt hic.niſi ergo pꝛ ⁊c̄.dicā latiꝰ.j.l.pxi.ℂ Itē dꝛ hic ꝓbatiōibus inſiſtēte.q̄ro qualiꝛ ꝓbabiꝛ adulteriūᵈ.R̄n̄.nō pōt ꝓbari directo aliq̄ rōe:qa ſi videres in camera duos vel i lecto neſcires tn̄ qd facerēt.ſȝ dico ꝙ ꝓbaꝛ ex p̄ſumptiōe:vt in.c.p̄terea ex̄ de teſti.⁊ de p̄ſump.c.litteris.⁊.c.tertio loco tene mēti p̄dicta. Ex.l.ſeqnti.

ℂ Qn̄ duo p̄nt admitti ad aliqȯ dōec vnꝰ p̄occupet vtriqȝ cedūt tp̄a.Et ſi cōceſſa ſit p̄benda vacatura ꝗ̄.j.mēſē duxerat acceptandam quādo incipiat currere menſis.

ᵉ **I maritus.** Ad euidētiaȝ huiꝰ.l.ōbetis

b ℂ.c.i.⁊.ij.Cōtrariū videꝛ tenuiſſe bar.i.l.i.§.ſȝ ſi is.ff.ð op.no.nū.⁊ ibi vide q̄ dixi i.§.ne in op.

c ℂ Duo iudicia.vide bar.⁊ bal.in.d.l.nullū.et bal.in.l.vbi in ſin.C.de fal.

d ℂ Si ſimul ꝓbabiꝛ adulteriū.qualiꝛ ꝓbabiꝛ adulteruȝ.adde bar.i.l.ij.§.i.de aqua plu.arcē.in v̄.qȯ ait lex.in p̄n.⁊ i.l.i.ð ex̄oꝛ.cog.⁊ bar.i.l.i.in p̄n.ð fur.bn̄ facit qȯ no.bal.i.l.neqȝ natales ð ꝓba.in v̄.alij.Et quō ꝓbeꝛ aliquā eē meretricē.viꝺ bal.in.l.ij.ð collu.ðtegē.⁊ adde ꝙ teſtes ðponētes ð adulterio teneꝛ reddere rōnē nō iterrogati.de q̄ viꝺ bar.i.l.capite qnto.j.e.Qualiꝛ ꝓbaꝛ aliquā mihi eē vxoꝛē.viꝺ qȯ ſcripſi.j.e.l.ſi vxoꝛ.§.ſȝ ſi ca.ad quod recurrere ⁊ ibi no.bar.

e I maritꝰ.§.ſi aūt ex̄neꝰ.ceſſet inqſitio vtꝛ ſupueniēte accuſa.ante ſniaȝ ceſſȝ inqſitio adde ino.i.c.ſup litteris.ð reſcrip.q dicit ꝙ tanꝗ̄ ex oꝛdiariū ceſſat ⁊ plene ang.i.l.ſi vacātia poſt mediū.C.ð bo.vac.li.x.vide ſpec.i ti.de inqſi.i.iij.pte.§.nūc dicamꝰ v̄.ſi heres.⁊ io.an.ibi:⁊ ſciatis ꝙ ſi inqſitio ē magis p̄iudicialis reſpectu debite qualitatis ꝗ̄ȝ ſit accuſatio p̄feꝛ accuſatōi.ij.q.vi.c.ſi qs ð pluribꝰ.⁊ viꝺ gui.ð ſuza.in.l.ſi qs in h̄.de epi.⁊ cle.⁊ ſali.in.l.ea qdē v̄.ſed q: pp ðnūciat.ð accu.⁊ bal.

ang.⁊ raph.i.l.ſi ſuus plurīū de le.i.⁊ an formata inqſit.offēſus poſſit i ſiſtere ⁊ cōparere ⁊ illā īfirmare.bal.ꝙ ſic in aut.nūc ſi heres.ð litigi.ſed qd ſi offēſus dicᷓ iudici nolo accuſare:ſȝ demū inqſitiōe formata vult:an audiaᷓ.bal.ꝙ nō.i.l.accuſatorē.i.ij.col.C.q accu.⁊ i.l.ea qdē.i pe.col.ð accu.de q̄ vitio vide q̄ dixi i.l.ſenatꝰ.poſt bar.i.i.col.de accu.⁊ viꝺ bal.i .d.l.ea qdē. i.xvi.col. ⁊ i vi.⁊ viꝺ gl. ⁊ bal.i.l.i. ð li.⁊ eo. libe. ⁊ bal.i addi. ſpe.i ti.ð accuſa. in. xxi. co.i aut.abſēte acuſatore ꝓbaᷓ hermo diniū. vide i no.in.c.lȝ in beato petro de accuſa.et q̄ hr̄tur i.l. libellorū. de accu.in.l.in tra. de pub. iud.⁊ tex.in .§.ꝓhibemꝰ in auᷓ. ð col la.⁊ dicᷓ bal. in.d.l.ſiqs i hoc.ꝙ debȝ differri inqſitio nō ꝯueniat vel venire poſſit accuſator vide bal.i.d.l. edita. in.xxvij. col.i v̄. q̄ro.ð edē. vbi q̄rit an poſſit cumulari.Et vltimo ſcias an accuſator ſuꝑueniēs poſſit corā alio iudice accuſare q̄ȝ corā illo q iā inſtituerat inqſi. vide bal.i.l. ea qdē ad fi. de accu.⁊ vide bar.i.l.ea lege.ad fi.et ibi ſcripſi.et vide bart.h v̄ſus fi.⁊ an inqſitō dicatur remediū iudiciarium vel extiudiciariū.viꝺ bal. i.l.nullū .C. ð teſti.⁊ i.l. vbi.C.ð ſal.

a ¶ Nō tendūt adꝺ qꝺ idē voluit i no.i.c.cū dilecto.extra ð pur.cano.in gl.ſua mag. in v̄.⁊ dicūt gdā.viꝺ.ſ.l. ꝓxi.§.ſi publico.v̄.vtꝝ inqſitio.

b ¶ Retardāte.vide q̄ dixi poſt bar.i l.libelloꝝ.§. fi.ſ.ð accu.

c ¶ Cōtrariū puto.ſic no. ꝙ accuſator ſuperueniēs pēdēte inqſitiōe pōt accuſare coraȝ alio iudice ⁊

ſcire ꝙ glo.dicit hac eadem.l.§.i.ſ. que ſint tp̄a accuſatiōis adulterij. Et no.ꝓn.huꝰ.l.ad multa ꝙ quādo duo pn̄t admitti ad aliquid donec vnus ꝓoccupet vtriqȝ cedant tp̄a.⁊ ſic facit ad materiaȝ.l.eū qui.⁊.l.cōtra maiores.C.de inof. teſt.ꝙ anteq̄ vnā accuſationeȝ intentare incipiat in vtraqȝ tp̄a currunt. facit etiā ad.q.duobꝰ ſunt conceſſe littere de prebenda vacatura quā infra menſeȝ duxerit acceptandā a quo tp̄e incipiat currere menſis.fa.ad hoc.C.qui admit.ad bo.poſ.l.fi.nā debemus ſic diſtinguere. aut admittunᷓ ordine ſucceſſiuo.⁊ loquitur illa.l.fin. aut admittuntur pariter licet locus ſit ꝓoccupationi.⁊ habet locuȝ.l.iſta.nō habetis alia.

Ex.§.ſequenti.

¶ An ichoata inqſitione ⁊ ſuperueniēte accuſatore ante latā ſn̄iaȝ ceſſet inqſitio:ibi. Ultimo Et an accuſator poſſit opponere ꝙ ſuper inqſitione nō ſit ꝓcedenduȝ vide in fi.

## Si autē extraneus.

Hic ē notandꝰ tex.aduerte i iſto.§.no.duo. Primo ꝙ marito ſuperueniens pendēte ꝓceſſu ſup accuſatiōe incohata ab extraneo prefertur extraneo Secūdo no.ꝙ etiā marito ſupueniēte poſt abſolutionē ſecutaȝ admittitur.rō quia ſuā iniuriam ꝓſequitur.⁊ iō ſufficit ſi doceaᷓ ſe ignoraſſe de primo ꝓceſſu licet de ꝑuaricatione nō doceat:vt ꝓbatur hoc tex.⁊ dixi in.l.ſi cui.§.hiſdeȝ. .ſ.ð accu. ¶ Op.ſ.ð ſepul.vio.l.ſepulchri violati. Rn̄.ibi reus accuſatus condēnatus fuit in primo iudicio ⁊ condēnatus ſoluit.ideo aliꝰ ſuperueniens qui ꝓſequitur ſuaȝ iniuriaȝ repelliᷓ ne quis de eodeȝ delicto bis puniatur:h̄ ꝟo in primo iudicio fuit abſolutus. ¶ Ultimo iſta.l.i ducitur per dy.ad.q.ꝙ inchoata inqſitione ſuperueniente accuſatore ante lataȝ ſn̄iam ceſſȝ inqſitioᶜ.iſtud tenet dy. in.c.actuȝ legitime ex ð re iu.li.vi.⁊ ita hn̄t etiaȝ quidā hic per eum.alij hn̄t per dy.in.l.in ꝓuinciali.ſ.de no.op.nū.et quidā hn̄t per euȝ in.l.pen.ſ.de ſuſpec.tu.Cy. .C.de accu.in.l.ea quidē in fi.videtur tenere cōtrariuȝ.prima rō eſt iſta quādo auxiliuȝ extraordinariuȝ eſt introductuȝ cā adiuuādi ordinariū: vnuȝ per aliud nō tollitur:vt.l.i.§.per hanc.et ibi no.ſ.de rei ven. ſȝ iſtud ē huiuſmodi.ergo ⁊c̄.rn̄.⁊ dico ꝙ illo caſu ordinariuȝ nō tollit extraordinariuȝ.ſ.q̄tuȝ ad origineȝ ſed q̄tuȝ ad executioneȝ ſecus.preferᷓ eni auxiliū ordinariū:h̄ apparet ex notatis in.l.cū in ſcdō.ſ.ð iniu.rup. ſcd̄a rō quaȝ ponit cy.eſt talis quādo ſunt duo auxilia que tendūt ad eundē effectū nō refert q̄liter fiat:vt.l.gallus.§.ſi eius.ſ.ð li.⁊ poſt.⁊.l. cuȝ ſuus de ꝟb.ob.rn̄deo dico ꝙ accuſatio ⁊ inqſitio nō tendūtᵃ ad eundē effectū ſm̄ opi.multoruȝ qui dicūt ꝙ per inqſitionē nō infamaᷓ cōdēnatus.ſm̄ aliā opi.illorū qui dicūt ꝙ dānatꝰ per inqſitioneȝ infamaᷓ ſicut dānatus p accuſationē.rn̄.vt ſtatiȝ ꝓxime dicā. Tertia rō ē.q.l. magis cōfidit de iudice q̄ de pte.ergo ⁊c̄.ſȝ ad iſtā rōnē rn̄deo ꝙ vbi accuſator ē erit hoc plus q: erit accuſator ⁊ erit ēt iudex qui pōt defectuȝ accuſatoris ſupplere:vt.l.ij.C.de aboli.ita ēt in ꝓcedenti rōne videᷓ dicendū ꝙ nō tendūt ad eundē effectū cū habeamus hic plꝰ.ſ.accuſatoreȝ ⁊ iudicē ⁊ ſic rōnes Cy.nō ob.dy.q̄re poſt multa videᷓ dicendū ſic.ſiquidē inqſitio eſt inchoata ad petitionē accuſatoris ſuperueniētis vel ad eius inſtigationē.vel eſt inchoata accuſatore negligente ⁊ retardanteᵇ ⁊ tunc nō admittitur accuſator ſuperueniēs ar. huius.l.⁊.ſ.e.l. .ij.in fi.ad hoc facit qꝺ no.in ſpe.ð inqſit.§.pe. ꝟ.pe.in fi.ſi vero iſta nō poſſent opponi accuſatori ſuperueniēti.ſiquidē accuſator ſupueniēs proſequatur ſuam iniuriaȝ prefertur:vt hoc.§. ⁊.l.ſi cui.§. hiſdem .ſ.de accu.niſi iudex videat ꝙ accuſator ſuperueniat cā tranſigendi aut colludēdi ſup crimine:vt.ſ.l.ꝓxi.ſi ꝟo ſuā iniuriaȝ nō ꝓſeqtur tunc ſimiliter dico accuſatoreȝ eſſe preferendū pendēte iudicio p illaȝ rationem q: ſuperueniēte ordinario auxilio ceſſat extraordinariuȝ: vt.l.in ꝓuinciali.ſ.de ope.no.nū. ⁊ qꝺ no.p dy.in.c.actū legitīe.extra de re.iur.li.vi.niſi ⁊ hoc apparet iudici accuſatorē venire animo colludēdi vel trāſigendi ſuper crimīe:vt.l.ſ.ꝓxi.⁊ iō putareȝ in iſtis caſibus ꝙ iudex licite poſſet de hoc īterrogare accuſatorē an ītēdat illi accuſationi renūciare qꝺ erit forte ſm̄ ſtatuta terrarū:⁊ ſi hoc reperit nō admitterȝ eū:vt.ſ.l.ꝓxi.ꝓdicta vera de iure cōi.ſed cū per formā ſtatutorū quarundā terrarū inqſitio ſit auxiliū ordinariū:q: indiſtīcte ꝑmittiᷓ iudici ingreᷓ etiā nō extitibus illis cauſis q̄s dixi in.l.ij.§.ſi publico.ſ.e.tunc dicerē accuſatorē ſupueniētē nō tollere iqſitionē ꝓcedētē ſicᷓ nec aliā accuſationē lrī me īſtitutā. ¶ Quero reꝰ pōt obijcere iſtā exceptionē ne ꝓcedaᷓ ſuper inqſitōe:q: ſuperuenit accuſator:vt hac.l.⁊.l.ſi cui.§.hiſdē.ſ.de accu. ſed an poterit eā opponere accuſator: caſus vᷓ ꝙ ſic.ſ.l.ꝓxi.certe nō videᷓ dubiū quādo iudex nollet admittere ſup accuſatione.ſed vt nr̄a qꝺ ſit dubia pone inqſitionē fieri a capitaneo accuſationeȝ porrigi corā ptāte.vnde ptās admittit accuſatorē vtrū ille accuſator poſſit opponeᷓ coraȝ capitaneo ne ꝓcedaᷓ ſup inqſitione:videᷓ ꝙ nō quaſi ſua nō īterſit cū ſup accuſatiōe ſi admittaᷓ.ꝯtrariū putoᶜ.nā ſi capitaneꝰ priꝰ illū reū puniret:tūc obſtarȝ illi accuſatori exceptō rei iudicate:vt.l. ſepulchri violati accuſatio.ſ.de ſepul.vio.⁊ accuſator ex ſua accuſatiōe nō poſſet reportare ſn̄iaȝ.iō ſua intereſt. Idē puto i iudice ꝙ iudex ipſe corā quo ꝓpoſita ē accuſatio pt opponere alteri iudici ingrēti ne ꝓcedaᷓ ſup inquiſitiōe qn̄ illa cā pēdet corā eo.intereſt enim ſua:vt ꝺfendat ſuā iuriſdictionē:vt.l.i.ſ.ſiquis ius di.nō obtēp.facit.c.ſi duo extra ð offi.or.

d ſitor repellatur ope exceptionis vel ipſo iure. — idē tenet bal.in.l.ea quidē.in fi.C.de accu.⁊ ibi etiā an accuſator vel inqſitor repellatur ope exceptionis vel ipſo iure.

## Nter liberas.

ᵈ Querit gl.q̄ eſt pena adulterij.certe pena adulterij ē.C.e. .l.q̄uis.⁊ auᷓ.ibi poſita qꝺ ē verū ſȝ iura noua: ſȝ ſm̄ iura antiq̄ eſt alia pena:vt.l.ſiqs viduā.ſ. de q̄ſtio. ¶ Itē q̄ro que ē pena ſtupri ⁊ q̄ inceſtus ⁊ q̄ lenocinij.dic vt in gl. Ex.§.ſeq̄nti.

¶ Conſenſus patris nō requiritur in his in quibus patri nō queriᷓ vſuſfructus.

## Filiuſfamilias.

ᵉ Not.ergo ex hac.l. caſuȝ cōtra gl.que eſt in.l.fi.§.neceſſitate.C.de bo.que lib.ꝙ in publicis accuſatiōibus filius admittiᷓ ſine cōſenſu pr̄is:vt hic.⁊.l.poſt legatū.§.ſi filius.ſ.ð his q.vt indi.⁊ hoc tȝ dy.q: in his q̄ publici iuris ſūt nō curaᷓ pr̄ia ptās:vt.l.naȝ q.ſ.

i Nter liberas.adde ſm̄ ange.ꝙ de iure poli ſerui cōtrahunt matrimoniū.vt in.l.cum ancillis.C.de inceſ.nu..⁊ in.l.ſerui.C.e.⁊ ideo ꝓponi poterit accuſatio adulterij ſm̄ eum,in tex.ibi ꝓcedit.adde ſm̄ Ange.ꝙ ſtuprātes ancillas alias ſclauas quibus i domibus vtimur nō iponūᷓ pene ordinarie ſtupri cōmiſſi i libera.l.fi.ð offi.preſi.et etiam ſm̄ eū dicit iac.de are.ꝙ etiam puniri poterunt vtili accuſatione .l. iul.de adul. ſed nō erit illa accuſatio publica ſed priuata.ſcilȝ domi.⁊ ſm̄ euȝ tene mēti qꝺ ēt erit alia pena ſtuprantis ſclauā ð qua ibi per eū.ſȝ ius accuſādi nō cōpetit cuilibȝ ð populo

f Filiuſfamilias. filiuſfa in publicis iudicijs admittitur ſin̄ conſenſu patris verūtn̄ aduerte: qa ſi eſſet veruȝ ſequereᷓ ꝙ ð oi crimie ꝑuato de q̄ agiᷓ criminaliᷓ filiꝰ poſſȝ accuſare ſin̄ ꝯſēſu patris cū patri tūc nihil q̄raᷓ ſȝ fiſco apliceᷓ .l.agraria.ð termi. mo. qꝺ ē falſū niſi abſn̄te patre accuſarȝ vt no.i.l.lege cor.§.lex cor.ſ.de iniur.⁊ niſi pater ſit vilis perſona .l.ſȝ ſivnꝰ.§.filio e.ti. vn̄ dic idē in crimine publico qꝺ in ꝑuato q: ēt ꝓ crimine publio pōt agi ciuiliᷓ ad itereſſe.l.q crimē .ſ.ð falſiſ vn̄ i publiciſ criminibꝰ ſicut i ꝑuatis q̄ri pōt ⁊ q̄ritur vſufructꝰ patri.ſȝ ang.h q dicit ſe de facto ita obtinuiſſe. ſed bal.pº bar.i .l.filij ð his q ſūt ſui vel alic.iur. dic

ꝙ nõ reqrit cõſenſus patris . niſi ex forma ſtatuti.alias reqrereť alit obligareť pať ex ðlcto filij ⁊ vide bal.i .l.pen.C.de nova.⁊ bal.i .l.cũ oꝫ.§.fi. ad fin.C.de bo.ꝗ lib.et viδ δy.bal.ang.⁊ imo.i l.fi.§.fi.ð v.ob.i.l.qt.la.ij.de nova. ADDE an valeat accuſatio filijfa.cũ conſenſu patris bald.cõſi.lxviiij.v.li.

a Ui pupillam. certa dote. adde bar.in .l.ticio cẽtũ .§.genero.ð ꝯdi.⁊ ðmõ.

b ¶ .l.cũ plures.§.i.ideꝫ ibi bar.⁊ andre.ð piſ.in .c.i.de ꝓhi.feu.alie.

c Et ſi amicis. poſtea iterfectuſ no.ꝯ facientes tractatũ vt qs occidať viδ.c.i.ð homici.li.vi.⁊ punitur mandatoꝛ lꝫ homicidiũ ñ ſequať.vide ꝗ dixi i.l.ſed ſciẽdũ.ð paricidijs.⁊ vide arc.i tractatu ſuo maleficioꝝ.i ṽ.exñs floren tie in vl.q.

d ¶ Dicimꝰ ð inſultu.nota.limitatione ad.l.q de crimie.C.ð accu.⁊ ad.l.illð.ſ.ad.l.acql.⁊viδ ẽt bonã glo.⁊ bar.ad limita.d.l.illð.in d.l.q de crimie.⁊ vide bal.i.c.i.§.iiuria.de pa.iur.fir.q dicit ꝙ ſi quis vulneravit aliquẽ i vno territorio et i alio occiditur ꝙ vbiqꝫ põt pũiri.ci.⁊ ray.ꝙ i loco vulneris i.l.i.C.vbi ð cri.⁊ viδ oľno bald.i.d.§.iiuria.ad limitationeꝫ notatoꝝ i.d

ad treb.Spe.variat.nã i ti.de accu.vř teneť iſtõ idẽ in ti.de actoꝛe vř tenere ꝯriũ ⁊ illi q dicũt ꝯriũ dicũt ꝙ hec.l.coꝛrigiť.vt hic tãgiť p glo.ſm vnã opi.veritas ẽ ꝙ iſte.§.nõ coꝛrigiť.nã tũc ẽ verũ ꝙ pñs cõſenſus reqriť cũ agiť de rebꝰ in quibus pñi qriť vſufructꝰ.alias ſecꝰ:vt not.in.d.§.neceſſitate.ſm vnã lec.⁊ verã opi. Otto.ꝓ qua eſt hodie caſus in.c.fi.extra de iudi.li.vi.

Ex.§.ſequenti.

¶ An ex eaδ cã pľes vno libello accuſari poſſint

**Maritus.** Quero quid eſt dictũ qñ ex cã nõ cedit in numerũ ⁊c.rñdeo q: ſuaꝫ iniuriaꝫ ꝓſequiť.ergo ⁊c.vt.l.hos accuſare.§.lege.ſ.ð accuſa. ¶ Quero vtꝝ ex eadẽ cã eodẽ libello poſſent accuſari plures.glo.hic videť tenere ꝙ nõ:ſed dicit ꝙ reqrunť plures libelli.hoc etiã tꝫ.j.l.ꝓxi.in fi.⁊.l.vi paſſaꝫ.§.fi.cõtrariũ eſt verũ vt no.gl.C.ſi re.vel accu.moꝛ.fue.l.i.⁊ ꝓbatur.j.l.ꝓxi.in fi.⁊.l.vi paſſaꝫ.§.fi.j.e.⁊ hoc tꝫ δy.per rõneꝫ arguẽdo ð cõtractibus ad delicta:vt.l.oẽm.ſ.ð iudi.⁊ i auť.vt oẽs obe.iud.ꝓuin.§.⁊ hoc cõſiderãtes.⁊.l..ij.§.fi.C.de cuſto.reo.ſꝫ in cõtractibꝰ videmus ꝙ plures obligati eadẽ obligatione pñt cõueniri eodẽ libello:vt in auť.de duo.re.§.ſinautẽ.⁊ .C.de duo.re.auť.ibi poſita:ergo ideꝫ in delictis.de hoc dixi in.l.hos accuſare.§.lege.ſ.ð accuſa.

Ex.l.ſequenti.

¶ Dotata qualiter intelligatur

q **Ui pupillã.** No.tex.ibi deſponſatã vel deſtinatã vel teſtõ ⁊c.arg.ad ſtatutũ quod dicit ꝙ mulier dotata nõ ſuccedat quod intelligatur de dotata a patre vel ſi eſt tradita nuptui vel deſponſata ſeu deſtinata ſub certa dote[a].vel ſi dos eſt cõſtituta in teſtõ.vt hic,ꝓ hoc fa.l.cuꝫ plures.§.iᵇ.ſ.de admi.tu.

**Inceſti.** Qδ dicit ſimul itellige eodẽ libello:vt dixi.ſ.e.l.ꝓxi.in fin.

Ex.l.ſequenti.

¶ Inſultꝰ ad domũ dř fieri ẽt ad domũ ꝯductã

q **Ui domũ.** Not.ꝙ dicitur in fine ꝙ appellatõe domus cõpꝛehenditur habitatio.quod facit ad ſtatuta que dicunt ſiquis facit inſultuꝫ ad domuꝫ:vt intelligatur domus ſiue ſit ꝓpria ſiue ſit cõducta:vt hic ⁊.l.lege coꝛ.§.domuꝫ.ſ.de iniur.⁊ inſti.de iniur.§.domũ.

Ex.l.ſequenti

¶ Ubi debet puniri qui oꝛdinauit venetijs aliqueꝫ occidenduꝫ padue.⁊ qui preſtat domum ad colocandũ de maleficio teneť ⁊ ipſe.

**Et ſi amicis.**

e **Sed ⁊ ſi.** ¶ No.caſuꝫ iſtũ.⁊ facit ar.ad.q.ꝙ ſi aliquis tractauit ⁊ oꝛdinauit hic ꝙ aliquis iterficereť qui fuit pꝰ ea interfectus[c] floꝛentie ꝙ de iſto tractatu ⁊ oꝛdinatione põt puniri hic.⁊ intellige ꝙ puniať de oꝛdinatione ⁊ tractatu facto aliter ꝙ̃ in mente ſua:q: ſola cogitatio nõ pũiť hoc autẽ ſpãliť i mãdatore.vtꝝ puniať in loco mãdati vel i loco delicti.dicã in.l.nõ ſolũ.§.ſi mandato.ſ.de iiur.Item pꝛedicta vera in eo qui oꝛdinauit cuꝫ alio:vt ab alio quis occideretur:ſed ſi ipſe oꝛdinauit hic ꝙ occideret alium ipſemet ⁊ alibi occidit videtur ꝙ pena tractatus ꝓpter ſequens homicidiuꝫ ſit extincta:vt.l.illud in fin.ſ.ad.l.acquil.⁊ ar.eius quod dicimus de inſultu[d] percuſſione ſecuta:vt no.in.l.qui ð crimine.C.ð accu.ſed poteſt rñderi ⁊ non male ꝙ iſtud eſt veruꝫ ſi de homicidio eſſet punitus ⁊ condẽnatꝰ vel poſſet puniri ⁊ condẽnari.ſed ſi eſt ꝯtumax[e] in loco homicidij ꝑpetrati:ita ꝙ ex homicidio pena nõ poteſt habere effectum:tũc ſatis ꝓbabiliter põt dici ꝙ ex contractu veniret puniẽdꝰ tunc enim ꝑncipale extinguit acceſſoꝛiuꝫ quando pꝛincipale habet accuſationis vim.alias ſecus:vt.l.heres a debitore.§.ſi hic ſeruus.ſ.ð ſi deiuſ. ¶ Ultimo no.ꝙ ille qui pꝛeſtat domum aliquibus:vt cõmode poſſit loqui de maleficio cõmittendo videtur dare auxiliuꝫ[f] ⁊ fauoreꝫ ad illud maleficium cõmittendum:vt hic.quod tene menti

m **Ater.**

**Mulier.** Querit glo.vtrũ per hoc euitetur pena adulterij ſi eſt publica meretrix vel lena ⁊ eſt nupta.dicit ꝙ nõ ſꝫ euitatur pena ſtupꝛi.dicã.j.e.l.ſi vxoꝛ.

m **Iles.**

**Eaqꝫ.** Per iſtuꝫ.§.dicunt quidã ꝙ receptio iter reos fiat aliter ꝙ̃ per lit.cõte.quoniam abñs inter reos põt recipi:vt hic de hoc dic:vt dixi in.l.is qui reus.ſ.de publi.iudi.

Ex.§.ſequenti.

¶ Non ſolum ab accuſando repellitur qui deſtitit ab accuſando ſed qui deſtitit a profeſſione qua pꝛofeſſus eſt ſe accuſaturuꝫ.⁊ vir nõ lucrať dotem niſi ſe ſubſcribat.

**Socer.** [g] ¶ Op.⁊ videť ꝙ iſta.l.nullã recipiat dubitationẽ.nam q ſemel ðſtitit accuſare iteꝝ nõ põt:vt.ſ.e.l.ij.§.i.So.fateoꝛ cõtrariũ ſed hic nõ dedit libellũ.ſed .l.cõtra loquiť qñ dedit libellũ i quo dicebat ſe velle accuſare in futurũ nõ ꝙ accuſaret mõ.ita dicit δy. ¶ Alterꝰ dicit hic ꝙ maritꝰ non iniq repelliť.qro a quo repelliť.dic gl.ꝙ repelliť ab accuſando ſm hãc lec. ¶ No.ꝙ ab accuſando repelliť nõ ſolũ ille q deſtitit ab accuſatiõe:ſed ẽt ille q deſtitit ab illa ꝓfeſſiõe qua eſt ꝓfeſſus ſe accuſaturꝰ[b] qδ eſt notãdũ.an aũt qui deſtitit añ lit.cõte.incidat i turpil.gl.tãgit hic ⁊ δy.dicã in.l.in ſenatꝰ.§.q poſt.j.ad turpil.Itẽ põt itelligi ꝙ hic dř nõ iniq repellať a petitiõe dotis ⁊ hoc videť qri in tex.⁊ hoc ẽ veꝝ qñ niſi vir accuſet ⁊ ſe inſcribat doteꝫ nõ lucratꝰ[i]:vt in auť.vt lic.ma.⁊ a.§.q: vo plurimas.col.viij.⁊ not.in .l.cõſenſu.C.de repu.

**Quidã.** ¶ No.ꝙ dies qbus qs eſt i cuſtodia nõ ꝯputanť[k] ⁊ hoc iδ eſt verũ:q: iſta cã ꝑ ꝓcuratoꝛẽ nõ poterat agitari.alias ſecus:vt.l.papi.exuli.ſ.ð mino.⁊ hũi ſtis no.i.l.ſi is q reꝰ.ſ.de pu.iu. Ex.§.ſeqñti.

¶ Sicut libellꝰ die feriata pt offerri ita rei exceptio:terminus tñ ad ꝓponẽdas exceptõeſ ñ pt dari die feriata.⁊ lꝫ ꝓceſſus agitatꝰ die feriata coꝛruat ñ coꝛruit libellꝰ.⁊ an ſi teſtõꝛ teſtõ ðdit mrẽ tutricẽ filijs ⁊ ðide illã caſſauit an mř admittať tanꝙ̃ legitima

**Sexagita dies** No.tex.ibi qñ ð plano quoqꝫ ⁊c. ¶ Op.gl.ſ.ſi qs i iuſ vo.nõ ie.l.ij.§.fi.dicit gl.ſpãle ẽ hic.⁊ ſic no.caſũ mirabilẽ ꝙ libellꝰ pt dari die feriato.⁊ itelligũt doc.eẽ veꝝ i ꝗlibꝫ cã ẽt i ciuili.vt no.i ſpe.ð ferijs.§.ſequiť.ṽ.ij.ibi.itẽ libellꝰ ⁊c.ad hoc facit.C.ð ferijs.l.i.Et per

l.q ð crimie ⁊ qδ cõſuluit do.frã.ð arc.apδ ferariã.vt hẽſ recitatñ ꝑ moder.i.l.ſi familia.ð iur.om.iud.

e ¶ Cõtumax ſi aliqs ẽ cõtumax i loco homicidij põt pũiri in loco tractatꝰ ⁊ vide bar.i .l.ſepulchri.ð ſepul.vio.

f ¶ Dare auxiliũ.ð pſtante auxiliuꝫ ⁊ fauorẽ.vide bar.i.l.furti .§.opẽ.ſ.de fur.⁊ i.l.qcũqꝫ.ſ.ad.l.iul.maie.

g Iles. m .§.ſocer.iſte.§.hꝫ tres no.itellectꝰ.⁊ ð eiꝰ itellectu viδ late ꝑ bal.et moder.i.l.lutiꝰ.ſo.ma.et ibi ro.⁊ per bal.⁊ imo.in .l.cũ mulier e.ti.⁊ ibi dixi

b ¶ Se accuſaturũ.adde .c.lꝫ ſm moder.ð accu.

i ¶ Nõ lucratur.nota ꝙ maritꝰ ñ accuſionec ſe i ſcribẽs accuſatiõi ð adulterio ſꝫ ſimpliciť accipiens ð adulterio nõ dꝫ lucrari dotem bal.ꝯ ⁊ ibi ꝑ imo.i.l.cum mulier.ff.ſo.ma.⁊viδ ro.i.l.lutiꝰ.e.ti.⁊ ſic ꝯ bar.ẽ cõis opi.dic vt ꝑ alex.i.l.cum mulier ſo.ma.

k ¶ Quidã ñ cõputať.viδ bal.⁊ imo.i .l.pen.§.ad crimẽ.in.x.charta.i.vij limita.ſ.de pub.iu.vbi vide bar.

a ℭ Seraginta. dari die feriato.vide q̃ dixi pᵒbarto.i.l.i.§. nũciatio de op.no. nũ.ꝛ i.l.nec ꝯequã.§.ꝺ plano ꝺ offi.ꝓcõ.ꝛ no.bar.i.l. diuus.ꝭ. de ferijs. ꝛ vide glo.i.l.ij.ꝭ.ſi qs i ius vo.nõ ie.ꝛ bar.ꝛ Bal.in rub.de i ius voc.ꝛ bal.in.l.i.v.q.qui admit.cuꝫ his que hẽs in dictis locis.ꝛ gl. ꝛ bald.in.l.iure.C.e.ſ.de adult.alias de in ius vocan.per barto.ꝛ glo.in l.i.in ṽſi.cõpellendi .ꝭ. ꝺ ferijs. ꝛ bal.i.l. ſi.C. de ferijs.ꝛ ẽ text.in.c.placita ſecularia.xvi.q.ii.ij.et diẽ no. b.l.in.d.l.i.v. op.C.q admit.ꝙ ſola oblatio libelli poſſit fieri ſed ſi vltra oblationem requireretur vel fieret aliqua petitio per quam petatur aliquid dari nõ poteſt illud fieri,ꝛ intelligeꝙ libellᵒ poteſt dari die feriato ipſi iudic inõ autem parti. vt tenuit hoſtien. quem refert do.anto.poſt In.no.in.c.ij.extra de dila.ꝛ vide bal.i.l.ij.C.de ſac.ſan.ec.ꝛ i.d.l.i.C. q admit.ꝛ huius ratio forte ẽ quia datio libelli nõ habet vim litiſ conteſ. ꝛ ſic alicuius ꝑncipij.l.libertus aduerſus. cum ibi no .C.de in ius vocãdo ꝛ not.glo.et imo. in.c.ſi. extra de iudi.ꝛ faciunt ea que habẽtur in.c.i.de lit.conte.ad de glo.in.l.i.in ver.appellandi .ꝭ. de ferijs.q̃ꝫ ad hoc alle. ſpecu.in ti. de lib. conce.§. videamus. circa princi.adde ꝙ executio ſententie bene põt fieri die feriata ob hoim reuerẽtiã.vt i.d.c.ſi. ꝺ iudicijs.Quid aũt tpe feriarũ repẽtiarũ io. an.i.d.c.ſi.tꝫ ꝙ ſic.in ꝯriũ videt gl.i.cle.ſepe ꝺ ṽ.ſig. quã ad h̃ alle.do.an.i.d.c.ſi.quã ibidẽ videt ſeq imo.i ferijs ṽo i honorẽ dei tꝫ idẽ ſed.ꝺ ſenis ſuo cõſil.cxxxix.ſꝫ circa h̃ vide bo.di.io.an.i addi.ſpe.in ti.ꝺ lib.ꝯce.§.nũc reſtat alias nũc dicẽdũ.ṽ.xxv. ADDE k.

hoc ego ſemel hũi ꝺ fcõ cũ cã erat agitata diebᵒ feriatis ꝓnũciatũ fuit ꝓceſſuꝫ eẽ nullũ vſqꝫ ad datõem libelli excluſiue q̃ſi datio libelli tenuit. Itẽ plᵒdico ꝙ ſicut libellᵒpõt dari die feriatoᵒ p actorem eadem ratione exceptio poſſit dari per reum die feriata:vt.l.non debet de re.iur.terminus tamen ad proponendas exceptiones non poteſt dari feriata die.nam cum terminus debꝫ dari ꝛ limitari cauſa cognita:vt.l.ij.ꝭ. ꝺ re iud. non poteſt dari die feriata.ℭ Ultimo fineꝫ huius.§.alleg.dy.ad.q. maritus dedit vxorem in teſtamento tutricem filijs ſuis:poſtea caſſauit illam perticulam.vtrum vxor poſſit admitti ad tutellam tanq̃ legitimaꝫ hic videtur ꝙ ſic.naꝫ licet excludaẗ a teſtamentaria tutela: tñ remãet aliud ius commune. ſcilicet ꝙ ſit legitima.argumẽ.huius tex.ꝛ alleg.etiam.l.i.§.quibus.ꝭ. de ſuc.edic.contra determinauit per.l.ſcire.§.i.de tu.ꝛ cu.da.ab his.ꝛ.l.cum hi.§.cum lis.ꝺ tranſac.ꝛ.ꝭ.quarum re.ac.non da.l.i.§.exceptiones.ſed ego puto dy.dicere verum. ſi ideo illam perticulam caſſauit : quaſi eam indignam reputauit.ſed ſi illam perticulam caſſauit volẽs inteſtatus decedere q̃tum ad illam tutellam: tunc ſecus.arg.l.cancellauerat.ꝭ.de his que in teſta.delen.ꝛ quid in dubio collige ex ibi no.

Ex.§.ſequenti.

ℭ Si aliquis contrahat matrimonium cum minore.xij.annis ꝛ deinde aliam maiorem dicat:ꝛ illa moriatur pubeſcente minore matrimoniuꝫ non confirmatur.

**Queritur.** ℭ Iſtam.l.inducit dy.i argu.ad.q.vos ſcitis ꝙ ſi aliquis contrahit ſponſalia vel matrimoniuꝫ cum minore.xij.annis ea pubeſcente tacite matrimonium confirmatur:vt.l.ſi vxor.§.ſi minori.j.e.ſed pone ꝙ ſponſus anteq̃ puella perficeret.xij.annos duxit aliam vxoreꝫ que eſt mortua.queritur an illa puella pubeſcẽte matrimonium reconualeſcat.Dy.ꝙ non:quia illud eſt verum ſi ſpes p̃mi matrimonij non fuit finita. pro quo facit.ꝭ.de condi.ob cau.l.ꝙ ſeruius.ꝛ quod ibi no.ſed per ſecundum matrimonium fuit ſpes p̃mi matrimonij finita.hic ergo nunq̃ reconualeſcit:vt.l.qui res.§.aream.ꝭ.de ſol. ita determinat dy.

**Defuncto.** ℭ Op.ꝭ.ᵇde ven.i poſ.mit.l. antepe. Reſpondeo:vtᶜplene no.C.de fal.l.i.ꝛ.ꝭ.ꝺ car. edicto.l.i.§.penul.

**Uolenti.** Uxor non repudiata nõ poteſt de adulterio accuſari.h̃ dicit.ℭ Oppo.j.e.l.vim paſſaꝫ.§.nupta.So. vt ibi.Secundo.op.C.e.l.q̃uis Solu.quidam dicunt ꝙ ibi loquitur in certis perſonis.alij dicunt ꝙ iſta per illam corrigitur.quidam alij dicunt ꝙ illa ſecundum iſtam debet intelligi hoc eſt poſt matrimonium ſolutum.ꝛ ꝙ ibi dicit cõnubia debet intelligi ſecunda contracta.tene quãuis.ℭ Item op.in auẗ.vt lice.ma.ꝛ auie.§.quia vero plurimas poſita.C.e.auẗ.nouo iure.dicit glo.per illam auẗ.corrigitur iſta.l.quia

an.i.addi.ad ſpec.i ti.ꝺ lib.cõceſ.§. nũc videamᵒ i ṽbo ſexagita vbi põit an in caſu in q̃ ẽ locus ꝑuentioni ſufficiat ſi offerẗ libellᵒ die feriata ꝛ an citatio q̃ nõ tenet ꝑpetuet iuriſdictionẽ.ꝛ in q̃tuꝫ allegat ſede.adde ꝙ eſt.cxliiij.Quo ṽo ad.q. bar.vltio formatã vide ꝙ in terminis cõſuluit bal.cõſilio.clxxv. incipiente teſtator inᵒteſtamento primo volu.

etiam conſtante matrimonio de adulterio põt accuſari:vt ibi dicitur.

**Licet ei.** Adultera ſecundo nubens non poteſt accuſari niſi prᵒ conuicto adulterio hoc dicit.

Ex.§.ſequenti.

ℭ Fama publica excuſat a dolo.

**Mulier.** Hic.§.eſt notandus.fama excuſatᶜa dolo:niſi habuerit originem ab eo qui propter famam ſe vult excuſare.hoc dicit iſte nota.§.ℭ Not.ex iſto.§.ꝙ fama publica excuſat quem a dolo.pro hoc fa.l.i.in fin.ꝭ.de arbi.ꝛ quod ibi no.ꝛ ad.l.faui.ꝺ plagia.l.ſi plagij.tamẽ ad hoc:vt fama hic quẽ excuſet videtur requirere hoc.l.duo. primo ꝙ fama iſta longo tempore fuerit:vt hic.ibi longo tpe ꝛc̃.ꝛ glo.dicit.ideſt vel.x.vel.xx.annis.h̃ autem q̃to tempore debeat durare fama dicaꝫ.j.de qõ.l.de minore.§.tormenta. tetigi vobis hoc anno. in.l.labeo.de ſuppel.leg.tamen q̃tum ad propoſitum ſpectat q̃to tempore mulier debeat exſpectare virum dic plene.C.de repu.auẗ.ſed hodie.ſecundo videtur requiri ad famam ꝙ non ſit fama procurata ſeu immiſſa ab eo qui procurat eam:ſed debet eſſe immiſſa ab alijs perſonis fidedignis:vt hic dicit.dicaꝫ in.d.§.tormenta.

Ex.§.ſequenti.

ℭ Si teſtator legat fratribus centum ſi eum in tali loco ſepelierint:ꝛ facto defuncti ibi non poteſt ſepeliri fratres debent habere legatum.

**Ream.** Non videtur in culpa qui dimittit eam quam retinere non poteſt:vt hic.Dy.inducit hũc.§. ad .q.q̃dã reliq̃t fratribusᵈ predicatoribus .c. ſi eum ſepelirent in tali loco in eccleſia.ille occidit ſeipſum: vel eſt repertus excommunicatus ita ꝙ non poteſt ſepeliri in ſacro an fratres debeant habere legatum licet ibi eum non ſepeliant. determinauit Dy.ꝙ ſic cum facto defuncti ꝛ eius culpa hoc acciderit:vt hic nec obſtat . ꝙ non ſit impleta conditio ſub qua legatum eſt relictum:quia illa conditio eſt impoſſibilis que legatum non viciat:vt.l.obtinuit.ꝭ.de condit.ꝛ demonſtratio.

Ex.l.ſequenti.

ℭ An q ſuaſit vel mãdauit vel fieri fecit teneatur ex propria ſignificatione verborũ.

b **Ec uerba.** ℭ Hec ẽ ſolennis .l. nota ꝙ hic dicit littera hec verba ꝑtinent ad eum qui ſuaſit:ꝛ ſic innuit ꝙ ille qui ſuaſit vel mandauit ꝛ fieri fecit tenetur ex propria verborum ſignificatione non ex interpretatione.ℭ Contra hocᵉergo oppo. de.l.prima.§.deieciſſe.ꝭ.de vi ꝛ vi armata.vbi dicitur ꝙ ex interpretatione tenetur ille qui fieri facit.Solutio eſt iſta .quandoqꝫ verba legis ſunt ſcripta in rem. tunc per propriam ſignificationem comprehendit etiam eum qui fecit fieri:vt hic. dicit enim adulterium ſtuprum ve

b ℭ Defũcto oppo.ꝭ. no. ꝙ licet maritus probet vxorem adulteraſſe tamen filiᵒ natus in matrimonio cenſetur natus ex eodem patre. ꝛ ita alleg.old.in.l. filium ꝺ his qui ſunt ſui ꝛ bal. i rub. .C.de ꝓba. in vlti.colũ. ꝛ bal. in.l. ſi vicinis.C.ꝺ nup.ꝛ fin.ſꝫ bald.in.l.ſi a matre. de ſuis ꝛ legit. q etiam ita decidit bal. ADDE ꝙ ideꝫ decidit conſilio. lv. ij.iij.lib.

c ℭ Mulier fama excuſat.fama publica excuſat a dolo. facit tex.not.in.l. illud.de lib. cau.ꝛ notat. Barto.in.l. cum quidaꝫ .§.quod dicitur.de acqui.here.

d ℭ Ream. quidam reliquit fratribus. Quod relinquens fratribᵒſi eũ ſepelierint ſi ſe occidit: ita ꝙ nõ poteſt ſepeliri in eccleſia ꝺbent fratres nihilominuſ habere relictũ. Contra hãc conclu. bar.ꝺterminat cumanᵒ ꝑ tex.illũ i.l. cũ tale.§.falſã.de ꝯdi.et de.i.ij.rñ.ad de quod no. bar. i.l. apõ iul.§.ſi.ꝺ le.i.ꝺ hac.q.ꝑ bal.i.l.i. ꝺ i.ſti. ꝛ ſubſti. ſub ꝯdi.fac. i.xi.q.ꝛ imo lã i.l.i teſtõ. la.ij.ꝺ ꝯdi.ꝛ de.ꝛ ibi bar. facit.l.q̃ ſub ꝯdi.§. qt. ã ꝯdi.iſti.q̃ vi deẗ ꝯ raph. ꝛ vide bal.i.l.ſi qs ad ꝺ clinãdã i vl. col.ꝺ epiſ.ꝛ cle.in ſimili.q.ꝛ in.l.i.de his q no.inſa.alias de his que pene no.i.ṽl.colũ.no.p inno.alias p imo.in.c.filius.de teſta.

e

b Ec ṽba cõtra hoc vide bar.i.l.nõ ſolum.§.ſi marito.ꝭ.de i.iur.ꝛ

in.l.ſed ſi vnus.§.primo eo. titulo.⁊ Barto.in.ſua queſtione que incipit bernardus de turdeto in primo dubio.⁊ Bart.in.l.tranſigere. in fine de tranſac.⁊ Barto. in.l.prima de ſeruis fugitiuis.⁊ in.l.prima de ſenten.⁊ Bal.in.l.non ideo minus de accuſa.⁊ in.c.ſi quis deceſſerit.ſi de feu.fue.contro.inter dominum ⁊ agna.⁊ Baldum in ti.de pa. conſtan. in ꝯſiculo opizoni.⁊ Bal. in.l. qui ſepulchra .C. ꝺ ſepul. vio. ⁊ vide baldum in dicta.l.ſꝫ ſi vnꝰ ⁊ Ange. in .l.tertia.§.ſi procurator. qꝺ qſqꝫ iur.

a Juxor s acceſſus ad concubinā.not. ꝙ licet habens coituꝫ cum concubina ſoluti nō poſſit accuſari ab eo qui eam tenet: hoc tamen fallit: niſi eſſet concubina patroni ꝑ iſtuꝫ textum. no. adde tamen ꝙ iuſta cauſa exheredationis eſt ſi filius concubuit cum cōcubina patris vel ecōtra .§. aliud quoqꝫ i auẗ. vt cum ꝺ appel. cog. et nota. plene in.c.quintavallis de iureiuran. Et que pena ſit rapienti per vim meretricem:vt eam per vim cognoſcere vel ea potiri poſſit.vide tex. in.l.verum. el.ſecūdo de furtis ⁊ no. mathe. in ſuis not. dictis no.cy. Quid autem de eo qui cōgnoſcit ſeruam.vide in .l. penultia. .j. eodem et .l. miles .§. penulti. eodem titu. et vide que dixi in.l. inter liberas.ſ.e. Quid in habente reꝫ cū famula libertinaria.vide in.l.que adulterium et ibi gl.⁊ barto.C. eo.et quid in muliere que meretricio more viuit.vide ibidem.⁊ quid ſi patronus coeat cum ancilla ſeu ſclaua.vtrum ex hoc ſit conſecuta libertatem. vide que habeo in.l.ſed ſi hac.§.ſi liberta.ſ.de in ius vo.

b Glo.dat hic tres.vide glo.⁊ bar.in.l.ſi ea.⁊.l.que adulteriū.⁊ vtrobiqꝫ glo.no.⁊ in.l.ſi nullum.C.e.⁊ ibi bal.⁊ vide Jo.an.in rub.de iniur.⁊

factum iudex non impunitum relinquit. ⁊ ſic .l.reſpexit factum ⁊ factum punit.quandoque verba.l.ſunt ſcripta in perſonam. verbi gratia ſi quis vim fecerit:tunc ille qui vim fieri fecit nō proprie facit ſed ex interpretatiōe:vt.l.prima .§.deieciſſe.ſ.de vi ⁊ vi armata. hāc diſtinctionem.facit textus.in.l.aut qui.§. fina.ſ. quod vi aut clam. Jaco.de are.tetigit hoc in.l.ſi ſeruum.§.amouiſſe.ſ.de acquiren .hereditate. Item no.hunc tex.in eo ꝙ dicit ſi iuſſit.et ſic innuit ꝙ ſuaſio facta etiaꝫ ei:qui alias erat facturus veniat punienda: quod dicam in.l. non ſolum.§.ſi mandato.ſ.de iniur.

Ex.l.ſequenti.

Acceſſus ad concubinaꝫ alterius quando ſit punibilis ⁊ an ille qui tenet concubinaꝫ debeat accuſare de adulterio vel ſtupro.

s **Juxor.** Circa primum reſponſuꝫ no.ꝙ acceſſus ad concubinam [a] alterius ē punibilis quando illa concubina eſt talis que nomen matrone hoc eſt honeſte mulieris non perdebat:vt quia erat concubina patroni ſui. alias eſt coitus impunitus ſicut in alia meretrice:niſi ponaſ ꝙ violēter fuerit factus coitus. Querit glo.vtrum iſto caſu patronus poſſit accuſare de adulterio vel ꝺ ſtupro.quidam de adulterio.alij de ſtupro.et hoc puto veruꝫ:quia adulteriū proprie cōmittitur in nuptam:vt.l.inter liberas.§.i.ſ.e. Venio ad ſecundum reſponſum dicitur ħ mulier ſiue iuſta ſiue iniuſta. Quero qualiter intelligatur de muliere iniuſta.glo.dat tres expoſitiones ⁊ quelibet eſt bona.tamen aduerte:quia ſecundum tertiam expoſitionem ſecūdum quam exponitur iniuſta.ideſt non legitima. dic ꝙ non poſſet accuſare iure mariti ſꝫ iure extranei:vt.j.proximo.§. Venio ad tertium reſponſum : dicitur hic ꝙ vir qui habet vxorem que fuit vulgaris poteſt accuſare de adulterio.contra.C.de adulte.l.que adulterium.⁊.l.ſi ea.gloſ.dat hic tres [b] ſolutiones. vna ꝙ ibi non erat vxor ⁊ iſta comuniter tenetur ibi.aliam ſolu.ponit hic:⁊ hec plus placet ⁊ multi doctores tenent ipſam ꝙ ibi loquitur in ea que licet eſſet vxor: tamen conſtante matrimonio erat meretrix.hic loquitur in ea que iam fuit meretrix tm̄ fctō matrimonio incepit eſſe honeſta mulier . Vltimo nota. ex hoc text.in.l.ſi.ꝙ ea que ſemel fuit vulgaris ſi poſtea ſtat innupta ſine viro acceſſus ad eam eſt impunitus ſecundum hoc delictum remanet impunitum. Ad quod opponitur gloſ.de .l.ita vulneratus .ſ.ad.l. acquil. Reſpondeo propter vtilitatē vite: delictum hic habetur ꝓ non delicto.

Ex.§.ſequenti.

Quid eſt dicere remittit omne ius ꝙ habꝫ vel habere ſperat.

dū.dato.in addi.ſpec.

c Diuus.pluries dixi.vide barto.in.l.qui rome.§.duo fratres.in.vij. colum.ſ.de verbo.o.li.⁊ bald.in.l.pactum.in.iiij.colum.ꝺ colla.⁊ bar. in.l.poſt emancip.§.ide lib.leg.

d Sed ſi ea ſufficit probare. No.ꝙ ad probanduꝫ ꝙ aliqua ſit vxor ſufficit probari ꝙ habebaẗ ⁊ tractabatur: vt vxor ⁊ vide ang. in.l.prima ꝺ queſtio.⁊ nota.in.c.illud de preſump. ⁊ bald. in.l. non ignoret in.iiij. colū. qui accuſ.et in.l.ſi eius. .C.e.⁊ barto. in.l.in cōcubinatu.i ꝑn. et ibi glo.de concubi. in auẗ. per inſtrumentuꝫ dotis probetur matrimonium. vide baldū. in auẗ.ſi quis in aliquo .in .ij. colum. .C.de eden. ⁊ Pe.ꝺ ancha.qui ſeqtur bald. in clemen.prima.de probati.⁊ vide Jo.an. in.c. ex tenore.q filij ſint legitimi.⁊ quod no.bald. in l.filium. de his qui ſunt ſui.⁊ vide i.no.in.c. veniens. de ꝟborū ſigni.⁊ vide ro.i notа.ſuo.liiij.⁊ bal.i.l. neqꝫ ſiū.C.ꝺ nuptijs.⁊ bart. in diſpu.ſua incip.quidā habens filiū naturalē ⁊c. nā inſtrumētum non ſit principaliẗ. ſuper matrimonio. ⁊ lꝫ vir ⁊ vxor iuicē ſe appellent nō ꝓbaẗ plene matrimoniū lꝫ illud pſumatur.c.illud ꝺ pſump.⁊ ibi hoc idem tꝫ ber. hoſt. et io.an. Sed ꝙ non ꝓbeẗ per ꝟba enūciatiua matrimonium. nec ꝑ aliquā poſſeſſioneꝫ matrimonij tꝫ inno.in.c. ex pte ꝺ reſti.ſpo.⁊ bal. in.l.nō epiſtolis.in vlti.col.de ꝓba.⁊ bal.in.l.ij.de fur.alias de ſeruitu. in.xix.col.in ꝟ.nunc de qnto puncto.⁊ in.l.ij.ad ſi.de execu.rei iu.⁊ i.l. .i.in vlti.col.de priuil.do.⁊ ad ꝓbandū matrimonium an ſtetur iuri ciuili vel canonico vide bal.in.l.⁊ ſi contra.C.de nup.vide bar.in.l.filiuꝫ de his qui ſunt ſui vel alie.iur.qualiter autē ꝓbetur cōcubinatus.vid in

**Diuus.** Nota ꝙ dicit neque ſpeꝫ ad id quod pluries dixi [c].nā pluries in inſtrumento dicitur remiſit omne ius quod habebat ⁊ habere ſperat.quid eſt dictuꝫ ſperat.certe ſpes pro prie dicitur ex aliqua cauſa de preſenti vel que habebat dependentiam de preſenti.ſic hic ſpes matrimonij dicitur quando ſponſalia ſunt contracta de preſēti.ſecus ſi non eſſent contracta ſponſalia.naꝫ tunc non diceretur ſpes matrimonij: vt.j.e.l. .§.ſi quis vxorem.pro hoc.l.ꝙ ſeruius.ſ.de conditio. ob cauſam.pro hoc optime in.l.prima.ſ.ꝺ ſta.lib.vnde illa verba remittit omne ius quod habet vel habere ſperat debent intelligi habere ſperat ſcilicet ex cauſa de preſenti:quod tene menti:⁊ hoc pluries conſului.

Ex.§.ſequenti.

Quid debeat ꝓbari ad hoc:vt aliquis puniatur de adulterio.

**Sed ſi ea.** Nota. quando accuſans aliquem de adulterio:ad hoc vt ille puniatur de adulterio ſufficit te probare [d] ꝙ illa mulier hēbatur ⁊ tractabatur vt vxor.non enim requiritur ꝙ ſit vxor vere:⁊ hoc quando accuſas iure extranei. ſed ſi vis accuſare iure mariti: oportet te probare ꝙ vere ſit vxor:alias nō potes accuſaꝛ iure mariti.ita dicit iſte textus quem tene menti.tamē aduerte eoipſo ꝙ probas ꝙ ipſa habebatur ⁊ tractabatur vt vxor: preſumitur vxor vt.l.in libere .ſ.de ritu.nup. ⁊.l.in concubinatu.de concubi.ſi ergo ex alia parte ſcilicet ex parte accuſati rei fieret probatio ad probandū ꝙ illa non poterat eſſe vxor non releuat qn condemnetur de adulterio.ſed debet probare ꝙ non tractabatur nec habebatur vt vxor:⁊ hoc probato reus abſoluetur:vnde ſcias facere articulos tam ad probandum adulterium ꝙ̄ ad defenſionem: quod tene menti.

**Judex** Vides ergo ꝙ exceptio lenocinij aggrauat maritū nō mulierem releuat:quod eſt verum poſt nomē rei receptuꝫ inter reos:vt vidiſtis.ſ.e.l.ij.§.ſi publico.ante nomen vero receptum inter reos dico ꝙ exceptio lenocinij repellit maritum ab accuſando:non tamen mulierem liberat:vt vidbitis.j.l.prox.§.i.⁊.l.ſi maritus.§. preſcriptiones.j.e.ti.⁊ ibi dicam.

Ex.§.ſequenti.

Ad hoc vt quis poſſit accuſare iure mariti oportet ꝙ tempore adulterij ſit maritus.⁊ ſi quis fecit pacem pro ſe ⁊ ſuis complicibus:et anteꝙ̄ haberet ratuꝫ vnus ex complicibus fuit offenſus:an ratihabitio trahatur ad delictū commiſſum ante:⁊ qualiter articulandum ſit cum vis probare ꝙ talis talem per vim cognouit.

**Si quis uxorem.** Ex iſto .§. no.ad hoc

auſ.de trien.⁊ ſemiſ.§.conſideramus.⁊ bal.in.l.iij.de lib.⁊ poſth.in p̄n:
a ¶Si quis vxorem.rebus integris.limitatio ad iura dicentia ratihabi
tio retrotrahi:q: talis ratihabitio impeditur propter medium inhabile
interuenientis:vt.d.l.bonorum rem ra.habe.⁊ no.bar.⁊ bal.in.l.i.C.q
admit.⁊ barto.in.l.is qui pro emptore.ſ.de vſuc.⁊ bal.in.l. obſeruare.

c ¶Ultimo volo.adde bar.in.l.ij.in fi.ſ.de duo.reis.⁊ in.l.ſcio quoſdaʒ
.ſ.de ma.teſt.⁊ pro hoc facit glo.in.l.i.in prin.gl.i.C.de ꝓcur.
d ¶Si minor.quō autem puniatur qui puellam minorem.xij.annis de
floruit.vide bal.in.l.ſiquis non dicam rapere in vltima colum.de epi.
⁊ cle.⁊ io.an.in.c.i.de ſpon.ipu.in.vi.in nouella.

.§.proficiſci.
de of.pcō.⁊
in.l.fi.C.ad
mace.⁊ vide
no.in.l.cum
actum.ſ.de
nego.geſt.⁊
in.l.matrem
C.de ꝓba.ꝑ
bar.raph.et
imo.in.l.nō
ſolum.§.ſed
vt ꝓbari de
oper.no.nū.
⁊ cano.in.c.
mandatum.
de reſcrip.⁊
in.c.ſi eo tē
pore.de ele.
in.vi.⁊ i cle.
ð reſcri.vbi
per ſcri.ioh.
⁊ adde ꝙ ſi
quis appo
nat coſtodeſ
ꝙ per cuſto
diam longi
temporis in
telligeſ man
datum cuſto
diendi iter
ueniſſe.l.ſi
filius.C.de
peti.here.et
ibi bar.⁊.l.
qui in aliena
.§.ſed ſi non
adduxerit ð
acqui.here.
⁊ ad bart.h
vide cy.et
bal.in.l.i.C.
per quas ꝑ
ſo.ang.in.l.
.i.C.de acq.
poſ.⁊ vid ad
ꝑdicta ang.
i.l.ſi ego.ſ.
de neg.geſt.
poſt Jaco.ð
are.ibi i ad
di.
b ¶Ad.q.fa
cit glo.in.l.
.i.§.deiecıſ
ſe.de vi ⁊ vi
ar.adð bal.i
.l.ſi ad ma
ce.⁊ qui di
cātur ſequa
ces ⁊ copli
ces.vid tex.
ſecundū bal.
fin.in.l.vni
ca.C.ſi rec.
ꝓuin.et ibi
bar.ad.q.de
qua per bar.
hic.vid pau.
de ca.i.l.bo
norū.ſ.rem
ra.ha.⁊ qui
dicātur cō
plices ⁊ qui
ſequaces.vi
de que ſcrip
ſi in.d.l.vni
ca.
ADDE qui
dicantur cō
plices adhe
rentes ⁊ ſe
quaceſ ang.
conſilio.cc
lv.

ꝙ quis accuſet iure mariti oportet ꝙ tempo re adulterij commiſſi eſſet maritus.⁊ ideo ſic deberet poni in libello ꝙ tempore cōmiſſi adulterij erat eius vxor. ¶Secundo no.ꝙ confirmatio ſequens non operatur:vt ð tempore antecedēti poſſit accuſare.contra hoc facit.l.ſi quis plane.ſed reſpondeo ibi loquitur ð ea que ab hoſtibus eſt reuerſa.⁊ ſic fictio poſt liminij fingit eam retro fuiſſe in ciuitate. ſed in iſtis tribus primis caſibus loquitur quādo fictio non vendicat ſibi locuʒ. ¶Cōtra hoc oppo.⁊ non videtur bene dictum.nam quando concubina nupſit amaſio retro fingitur fuiſſe vxor ⁊ filij legitimantur:vt inſti.de nup.§.fi.⁊.l.penul.⁊ antepe.C.de natu.li.Sol.ibi trahitur retro quo ad legitimationem liberoruʒ nō quo ad alia. ¶Item oppo.ad verſum vel in filia ratihabitio ſequens retrotrahitur:vt.C.ad mace.l.fina. ergo conſenſus patris debet retrotrahi. Reſpondet illa regula ꝙ ratihabitio retrotrahatur loquitur in his que nomine noſtro geſta ſunt.ſed hic matrimoniū contractum per filiam nomine patris non fuit cōtractum.vnde illa regula ꝙ ratihabitio retrotrahitur ad hunc caſum nō porrigi[illegible].vel aliter ratihabitio retrotrahitur: veruʒ eſt exiſtibus rebus integris[a].ſecus ſi alia mutatio ſuperuenit argu.l.bonorum.ſ.rem rataʒ haberi. Et hoc inducit Dy.in arg.ad.q.[b]ſiquis fecit pacem pro ſe ⁊ ſuis complicibus ⁊ ſequacibus:ð mum vnus ex complicibus fuit offenſus añ ꝙ ratum haberet ꝙ ratihabitio ſequens non porrigatur ad delictum cōmiſſuʒ ante ratihabitionem.hoc non examino modo. ¶Ultio volo[c]vos ſcire vnum.aliquis accuſauit aliquē ꝙ per vim cognouit ꝙ̄dam mulierez qualiter debet verba concipere. vidi quoſdam qui ſic dixerunt ꝙ cognouit taleʒ violenter:certe nō bene dicit:quia verbum violenter poteſt intelligi actiue ⁊ paſſiue.nam poteſt intelligi ꝙ fecit violenter:vel quia fecit vim mulieri:vel q: paſſus fuit vim ab ea.nam iſta nomina verbalia poſſunt intelligi actiue ⁊ paſſiue:vt.l.filius.ſ.de teſta.⁊.l.ij.⁊ ibi no.ſ.de duo.re. Idem ſi diceret cognouit talem per violentiaʒ:ideo debet dicere in libello expreſſe ꝙ talis cognouit talem paſſam ab eo vim cōmittendo adulterium:vt dicitur hic ⁊.l.vim paſſam.j.eo.

**Si minor.** [d]¶Not.ꝙ illa que eſt minor.xij.annis excreſcendo penes maritum in etate legitima incipit eſſe vxor.quod intellige niſi ſpes ſpōſaliorūʒ eſſet ſoluta:vt dixi.ſ.e.l.miles.§.querebatur.no.tex.in fi.ibi aboleuit enim ⁊c̄.

**Idem dicendum.** Nota.tex.ibi ſecundo enim accuſat ⁊c̄.

Ex.l.ſequenti.

¶Mandatoris pactionum illicitarum eadē pena tenentur qua ipſi facientes.

i **Si cuius ope.** No.ergo ꝙ iſti mandatores iſtarum pactionum illicitarum tenentur eadem pena qua teneñ ipſi facientes.quod tene menti.

**Si uir.** Uides ergo ꝙ lenociniū mariti non excuſat mulierem licʒ iſta exceptio repellat marituʒ ab accuſando ſi opponatur ante nomen rei receptum inter reos.⁊ ex hoc patet ꝙ iſta exceptio eſt dilatoria non peremptoria licet glo.dicat contrariuʒ.j.l.pri.§.preſcriptiones.⁊ ibi dicam.

**Iure mariti.** Oppo.⁊ videtur ꝙ ille qui accuſat iure mariti teneatur de calumnia:vt.C.e.l.ꝙuis.⁊.l.iure mariti.⁊.l.auxilium.ſ.de mio.gl.dat plures ſolu. breuiter iunge primam cum vltima ⁊ erit vera.aut accuſat poſt.lx.dies.et tunc tenetur de calūnia maritus:quia non accuſat iure mariti ſed iure extranei:vt.l.miles.§.ſexaginta.ſ.e.titu.aut accuſat.infra.lx.dies.⁊ tunc non tenetur de calūnia preſumpta:vt in contrarijs.ſed de euidenti calūnia bene tenetur:vt hic. ¶Quero quod priuilegiū habet pater ⁊ maritus.dic:vt in glo.⁊ bene.

Ex.l.ſequenti.

¶Quando duo habent equale ius:an ſit locus preoccupationi.

e **I maritus.** [e]Tene menti iſtud prin.quando duo habent equale iuſ:⁊ eſt locus preoccupationi ſi vnus impeditus eſt impeditur ſocius.ita vides hic quod eſt notandum.quid ergo dices in ciuitate iſta poteſtas ⁊ capitaneus quilibet habet equalem iuriſdictioneʒ in maleficijs:eſt ne locus preoccupationi? Item in quibuſdam terris vidi:vt piſis ꝙ duo domini habent iuriſdictioneʒ: videlicet:vt ille qui preoccupauerit ille ſibi hēat cognitionem de maleficijs.vacante ergo officio poteſtatis hic poterit ne preoccupaſ capitaneus hic videſ textus eſſe ꝙ nō.cogitabitis tamen.

Ex.§.ſequenti.

¶An aliud ſit quem eſſe ciuem vel haberi ꝓ ciue.

**Legis iulie.** Aut eſt abſens cauſa reipublice ⁊ i alia prouincia aut in eadeʒ.primo caſu aut fuit abſentia procurata ⁊ ſibi non prodeſt alias prodeſſet:vt contra eum non procedatur ſecundo caſu poteſt cōtra eū procedi:vt hic.dſ ⁊ h eſt vna de alle. que poſſunt fieri per excuſatorem:vt dixi in.l.penul.§.ad crimen.ſ.ð publicis iudicijs. Item nota.[f]in hac.l.aliud eſt quem eſſe abſentem.aliud eſt vice abſentis haberi:vt ⁊ aliud eſt meretrix.⁊ aliud eſt haberi loco meretricis:vt.l.meretrix.j.de verborum ſignificatione.⁊ aliud eſt remiſſio:aliud eſt vice remiſſionis haberi:vt.l.pretor.§.primo.ſ.de operis noui nūciatio.pro hoc.ſ.de ſuis ⁊ legi.l.prima.in princi.⁊ ſic facit ad.q.ꝙ alið eſt quem eſſe ciuem aliud loco ciuis haberi. Aduerte in his que ſunt facti vere.aliud eſt tale eſſe.aliud eſt haberi pro tali:vt hic.aliud ē eſſe abſentem.⁊ aliud haberi pro abſente:vt hic dicitur.ſi eni poſſet facere lex ꝙ ille qui eſt preſens eſſet vere abſēs.ſed poteſt faceſ ꝙ habeaſ ꝓ abſente:vt.l.in bello.§.facte.j.ð cap.⁊ poſtli.reuer.ſed in his q̄ ſūt iuris idē eſt eſſe tale vel haberi ꝓ tali:niſi rōne ꝯſideratis alið dicaſ.exēplū qð vide.dicit ſtatutū ꝙ filia nupta

e I marit[e] ad
de.c.ſi
duo.de pro
cur.in.vi.et
quod hēs i
.l.ij.de ver.
obliga.adde
bar.in.l.ſtu
dentibus ꝑ
illum tex.de
offi.prefec.
vig.⁊ ange.
in.l.ſi vacan
tia.de bo.
vac.li.x.⁊ ꝙ
no.bar.in.l.
.ij.§.equidē
ad tertul.et
vide bart.in
.l.i.de of.ꝑ
con.⁊ adde
quod ange.
hic contra
rium tenuit
per.l.i.ð of.
procon.qð
eſt veruʒ ni
ſi prioris iu
diciſ aliquid
intereſſʒ:vt
quia debet
habere ſpor
tulas.
f ¶Legis iu
lie.item no.
facit tex.i.l.
rei iudi.ſo.
ma.cum ſi.
mi.vbi alið
eſt quem eē
patrem ⁊ ali
ud haberi ꝑ
patre vel lo
co patris eē
vt in.l.inter
dum.§.qui
tutelam.ff.ð
fur.⁊ in.l.i.
.C.de his q̄
ſub modo.

in oibus habeaẗ ut ſui iuris. Ego dico ꝙ iſta eſt uere ſui iuris: qa ſtatutū pōt hoc faceꝛ: ut i auc̄. ꝯſti. q̄ ō dig. ꝑ totā ꝯſti. ꝛ i auc̄. ſed ep̄alis dignitas. C. de epi. ꝛ cle. ꝛ idē dico i oib⁹ q̄ ſunt iuris: vbi lex dicit ꝙ factū habeaẗ ꝓ nō facto: qa uere nō eſt factū quo ad id qḋ iuris ē: qa obligatio ñ naſciẗ: ut. l. nō dubiū. C. de le. ſed ſi ex eo reſultaret ꝯtrarietas: tūc eſt aliud eſſe tale ꝛ aliud hēri pro tali. exēplū filiuſfa. in caſtrenſi peculio habetur: ut paterfa. ut. l. ii. ō. ad mace. nō eſt uere paterfa. qa nō pōt eſſe pro pte paterfa. ꝛ pro pte filiuſfa. quia ſic reſultaret ꝯtrarietas qḋ eſſe non dꝫ: ut. l. ſi pariter. in fi. ō. de lib. cā. hoc dico plenius in. l. ſi is qui pro emptore. ō. de vſuc. ad ꝓpoſitū ſi ſtatutū huius ciuitatis dicat ꝙ aliquis habeaẗ pro ciue qd īportēt iſta ṽba. hic eēnt videnda duo. primo an ex hoc ille ſit uere ciuis et ex p̄cedentib⁹ pōt colligi: ꝛ dixi plene in. l. ſi is qui pro emptore: ſꝫ nūc nō examino. ℂ Scḋo ē uidendū poſito ꝙ nō eēt uere ciuis qd īportēt hēri pro ciue. Rn̄deo[a] i his que ciuitas iſta poſſet ꝯcedere ciuibus habereẗ pro ciue: ꝛ ut ciuis tractabiẗ: ſed in his que habēt ciues iſtius ciuitatis aliūde q̄ ex ꝯceſſiōe ciuitatis: utputa reſcripto p̄ncipis uel pape: tūc nō haberetur nec tractareẗ pro ciue. hoc ꝓbo per. l. codicillis. §. fi. ō. de le. ij. vbi dixit teſtator ꝙ uolebat uolūtatē ſuā hēri ꝓ legitime facta. illa uerba īportāt ī hiſ que pōt teſtator. ſ. ut valeat iure codicilloꝝ: nō aūt īportāt ꝙ ſolēnitas teſtamēti uideaẗ diminuta que veniebat auc̄te. l. vt. l. nemo pōt. ō. de le. i. Ideo cū ciuitas iſta habeat ꝑuilegiū a ſūmo pōtifice: ut ciues huius ciuitatis nō poſſent trahi ad iudiciū extra ciuitatē. iſtud priuilegiuꝫ nō trahiẗ ad terras ſubditas q̄rū ciues habenẗ pro ciuibus huius ciuitatis: ſed habet locū tantum in ueris ciuibus huius ciuitatis.

Ex. §. ſequenti.

ℂ An deſiſtere ſeu ranūciare ꝓceſſui inchoato īpediat iudicē ꝓſequi: ibi. His. Et an renūciare ſeu trāſigere faciat reū hēri ꝓ cōfeſſo: ibi. Scḋo Et an deſiſtere faciat īcidere ī turpilianum: ibi. Tertio. Et an qui deſiſtit admittaẗ iterū ad accuſandū: ibi. Quarto.

## Si negauerint.

Iſte. §. habet duas lec. principales. p̄ma i eo qui renūciauit an̄ accuſationē ꝓpoſitā. ſecūda i eo qui renūciauit poſt accuſationē ꝓpoſitā. ℂ Op. diciẗ hic ꝙ ille qui negauerit nō audiẗ poſtea: ꝛ ſic innuit ꝙ pactio de nō accuſando de adulterio ualeat. ꝯtra i. l. trāſigere. C. ō trāſac. dicit glo. hic nō fuit trāſactio nec pactū: ſed fuit quedā illicita repudiatio: ꝛ ē rō: qa repudiādo accuſator videẗ dicere ſe non habere ius: ut. l. ſi aduerſarius. C. de fide inſtru. qḋ nō fit per trāſactionē. videte dn̄i iſta ſol. nō placet mihi: nā iſta ratio bene ꝯcluderet inter renūciationē ꝛ trāſactioneꝫ: ſed in pacto ſimplici eſt eadē ratio que in renūciatiōe. nā paciſcēdo ſine pecunia reus nō diciẗ crimē confiteri: ut. l. furti. §. ſi pactus. ō. de his qui no. infa. ſed. l. trāſigere. dicit trāſigere uel paciſci: ꝛ ſic loquiẗ ō pacto ſimplici ꝛ de trāſactione. qd ergo dicem⁹. dico prout. l. iſta intelligiẗ in eo qui negauit poſt accuſationē ꝓpoſitā. Rn̄. ꝙ hic nō audiẗ: ideo qa deſiſtendo eſt infamis: ut. l. qui deſiſtit. ī. ad turpil. ꝛ. l. ij. §. i. ō. e. ꝛ. C. qui accu. nō poſ. l. accuſationē. trāſactio tn̄ nunq̄ ualuit: ut. l. transigere: vnde nō obſtat illa. l. ſed ꝓut hec. l. itelligiẗ i eo qui deſiſtit ante accuſationē ꝓpoſitā. So. vt dicaꝫ. ī. ꝓxi. cōtrario. ℂ Op. de. l. iij[b]. §. ſi is. ō. de ſepul. vio. So. plures danẗ. vna eſt ꝙ ibi diſtulit hic oino deſiſtit iſta bona eſt in ſe: uel aliter hec intellgitur ſm̄ illā ꝙ nō audiẗ. ſ. ſi eſt ab alio ꝑuentus. ꝛ hoc intelligēdo ꝙ dixit ſe nolle agere ante accuſationē ꝓpoſitā. ꝛ ſm̄ hoc nō ob. l. trāſigere. alij ut Jo. dicunt ſpāle[c] in crimine adulterij: vt qui dixit ſe nolle agere decetero nō audiẗ. hanc opi. puto uerā probaẗ per caſum. ō. e. l. miles. §. ſocer. Itē ꝓbaẗ per rōnē. ille enim qui negligit vindictā dom⁹ ſue quodāmō in crimē lenocinij icidit: ut habuiſtis i. l. ij. §. ij. ō. e. ſꝫ hoc reſpondeẗ ad. l. tranſigere ꝙ nō ualet trāſactio cū ille qui tranſigit repelleret nō ex vigore trāſactionis: ſꝫ qa ſuſpect⁹ eſt in accuſatiōe. ℂ Alterius op. de. l. qui deſiſtit. ī. ad turpil. Sol. illa. l. facit pro. ℂ Itē op. de. l. ſi quis libellos. C. ō appel. Rn̄deo ibi fuit iuſta penitētia. hic iniuſta. eodē modo reſpōdeẗ ad. l. nōnūq̄. ō. de colla. bo.

¶ His viſis quero de tribus. q. p̄io quero vtrū iſtud deſiſtere ſeu renūciare ꝓceſſui iā inchoato īpediat iudicē[d] ꝓſequi crimē ſup eodē ꝓceſſu. Rn̄. aut eſt crimē ſuper quo licet tranſigere: et tūc impediet iudicē ꝓſequi crimē ſuper eodem ꝓceſſu: ꝛ hic eſt caſus in. l. trāſigere: ꝛ. l. ſi. ō. de p̄uari. ſi uero nō licet trāſigere: ꝛ tūc iudex ſup eodē ꝓceſſu poterit crimē ꝓſequi: ut. l. ij. C. de abo. ¶ Secūdo quero vtrū iſtud deſiſtere ſeu renūciare ꝛ paciſci ſeu tranſigere faciat reū haberi pro ꝯfeſſo[e]. Rn̄. aut ſunt caſus in q̄bus licet trāſigere ꝛ nō habeẗ pro cōfeſſo reus: ut. l. ſi. ō. de p̄uari. ꝛ. d. l. tranſigere. aut ſunt alij caſus: et tunc aut d̄ſiſtit accuſator recepta pecunia a reo ꝛ habetur reus pro cōfeſſo. alias ſec⁹: ut. l. athletas. §. fi. ꝛ. l. ſe. ō. de his qui no. iſa. ¶ Tertio eēt videndū an iſtud deſiſtere ſeu renūciare faciat incidere in turpil. deſiſtentē. ꝛ hic eſſet vidēdū. aut renūciauit ante accuſationē ꝓpoſitam. aut poſt accuſationē ante li. cōte. aut poſt li. cōte. deſiſtat. primo caſu nō incidit in turpil. ut. l. miles. §. ſocer. ō. eo. ſecūdo caſu ꝛ tertio dic: vt in. l. ſenatus. §. qui poſt. ī. ad turpil. ¶ Quarto eſt videndū vtrū ille qui d̄ſiſtit ſeu renūciauit admittatur iterū ad accuſandū: ꝛ eſt hec noſtra materia in qua diſtingue. aut loquimur in caſibus in quibus licet tranſigere: ꝛ decetero nō admitteẗ ut. l. tranſigere. aut in caſibus in quibus nō licet tranſigere: ꝛ tunc aut renūciauit anteq̄ accuſatio ꝓponereẗ aut poſt. primo caſu ſi quideꝫ eſt ab alio p̄uentus ꝛ nō admittiẗ ad accuſandum iterum: ut. l. iij. §. ſi is. ō. de ſepul. vio. ſi non eſt p̄uentus[f] admittetur ad accuſandū: ut ibi. fallit in crimine adulterij ut hic: ꝛ probaẗ in. l. miles. §. ſocer. ō. eo. ſecūdo caſu quando deſiſtit poſt accuſationē propoſitā: tunc decetero non poterit accuſare nec auditur. nō ꝙ pactio illa deſiſtēdo ualuerit: ſed repellitur propter ſuſpitionem ꝛ propter infamiaꝫ: ut. l. qui deſiſtit. ī. ad turpil. ꝛ. l. accuſare. C. qui accu. non poſ. ℂ Ultimo q̄ro vtrū hoc ſit verū de iure canonico. dic ō hoc ut no. ꝑ Inno. extra de collu. c. ij. dic ut ibi.

Ex. §. ſequenti.

a ℂ Rn̄deo. vide bar. in. l. ſi is qui ꝓ emptore de vſuc. ꝛ bal. in. l. ſi nō ſpāli. C. de teſta. ꝛ bar. in. l. deo nobis. de epi. ꝛ cle. ꝛ iac. de bel. in auc̄. q. mona. eſſi. fui. in ſua diſputa. ꝛ qḋ no. bar. in. l. iii. §. ſi emācipat⁹. ff. de ꝯtrata. ꝛ bal. in. l. ſi ruſin⁹ de teſt. mili. nā tale ſtatutū ñ facit quē hēri ꝓ ciue quo ad originalia. de quo uide bal. in auc̄. ꝛ oio. C. ne vxor pro, marito. ꝛ vid̄ bal. i. l. ſiue poſſidetis ō ꝓba. Bal. i. l. pignus. i. vii. col. de pig. dicit ēt bal. i auc̄. ad hec. ō vſur. ꝙ ſtatutū dicēs talē haberi ꝓ ciue origiario de notat fictionē ñ aūt ueritateꝫ. ꝛ dixit bal. in. l. ciues ō ap. ꝙ appellatione ciuiuꝫ nō ueniunt niſi ciueſ originarii non ciues ex priuilegio: ubi agiẗ ō odio. ſecus ſi ō fauore. bal. in. l. q in adoptiuis. §. i ſi lio. in prin. dixit ꝙ ille ordo q ſeruatur i officiis i ciuitate origis ſeruatur ēt ciuibus ex priuilegio. adḋ tex. ꝛ ibi bal. i. l. i. C. ad. l. iul. maie. et bal. in. l. oēs populi. i pe. col. ff. de iuſti. ꝛ iure. et quis dicaẗ ꝓprie ciuis uel ō patria. uide bal. i. l. ſi nō ſpeciali in. iii. col. de teſti. ꝛ bar. i. l. iii. §. hec uerba. ō ne. ge. ꝛ. d. an. i. c. ex parte. i pri. de ſpō. ADDE que pulchre conſuluit Bal. cōſilio. cccl. xviii. incipiente uiſa petitiōe. li. iiii. ꝛ ro. cōſilio. lxii.

b ℂ Si negauerit. op. de. l. iii. Ad hoc uide glo. ꝛ qḋ no. ibi in. l. iuriſgē. §. ſi paciſcar. ff. de pactis.

c ℂ Dicunt ſpeciale. adde qḋ no. bal. in. l. tranſigere in. v. col. C. de trāſac. vbi dicit ꝙ licet accuſator nō poſſit renūciare accuſationem: tamē ex renūciatione dicitur confiteri ſe ius nō habere. ꝛ ſic cōfitetur reū innocentē et iſtud ꝓ iudicat ſibi ſol: et ibi uide per eum poſt bar.

d ℂ Impediat iudicem. vtrū i accuſatiōe renūciata per accuſatorē poſſit iudex ꝓſequi. adde que dixi p⁹ bar. i. l. libellorū. §. ſi. de accu. aliqd per moder. in. c. licet de accuſa.

e ℂ Pro cōfeſſo. ADDE quid ſi accuſat⁹ de adulterio cōponit ſe pro pecunia cuꝫ iudice. an ꝓ hoc uideaẗ cōfeſſus crimen. pau. ō ca. conſilio cxviiii.

f ℂ Preuentus. Sꝫ aduerte: qa videtur ꝙ oio repellaẗ ab accuſādo ſꝫ bar. in. d. l. trāſigere. ēt ſi diciẗ ꝙ trāſactio facta ante accuſationē de crimine ō quo nō pōt trāſigi repellit tranſigentē ab accuſādo ꝛ uide no. in. l. libelloruꝫ. §. ſi. ō. de accuſa. et glo. ꝛ bal. in. l. accuſa. C. ō accuſa. ꝛ bar. i. d. l. miles. §. ſocer. ō. eo. ꝛ moderniores in. c. ſi. de accu. ꝛ glo. in. l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. ō. de pac. vbi per bar.

¶ Lenocinij exceptio^a an minori poſſit obijci. et que ſint exceptiões que accuſatori obijci pñt.

a ¶ Maior .xx. AD- DE Jo.an. in addi. ad ſpe.in ti. de accuſa. ver. ſed quid de pubere:ꝛ ibi que eſt rõ ꝙ minor etas ſufficit in teſtificãdo q̃ʒ i accuſãdo.

# Lex iulia.

Minor nõ põt accuſare de adulterio niſi de cõmiſſo cũ vxore ſua:ꝛ in eo de facili calũnia nõ preſumitur.h.d.No.in prima parte ꝙ minor.xxv. annis nõ põt accuſare de adulterio ꝛ eſt ſpeciale i hoc crimine.alias de publico crimine poteſt accuſare ſi eſt maior.xx.^a ãnis:vt.l.ij.ꝛ.l. qui accuſare:ꝛ ibi no.ff.de accu. Secundo habetis ꝙ ſuaʒ iniuriã ꝓſequenti nulla exceptio obijcitur. Cõtra.ff.e.l.in pri.vbi obijcitur ei ꝙ eſt magiſtratus.huius timore dicit glo.ꝙ due exceptiões.ſ. etatis ꝛ lenocinij nõ obijciunt minori:ſʒ cetere exceptiões ſic.aduerte iſtud qđ glo.dicit ꝙ exceptio lenocinij nõ obijcit minori eſt verũ ſicut nõ obijcit maiori.ſ.poſt nomẽ rei receptũ iter reos ſed eo caſu quo poteſt obijci maiori poteſt obijci minori:qa eſt doli capax:ꝛ in eo cadit dlictũ. ergo in hoc delicto punietur ut maior:ut.l.ĩpuberẽ.j.de fal.ꝛ.l.auxiliũ.§.in delictis.ff.d mino. ¶ Pro declaranda hac glo. aduerte quedam ſunt exceptiões que mere reſpiciũt perſonã accuſatoris:ꝛ iſte nõ opponunt ſuã iniuriaʒ ꝓſequenti.caſus eſt hic.fallit in illa exceptiõe ꝙ ſit magiſtratus:ut hac.l.in prin.ratio quia magiſtratus põt eſſe reo terribilis:ꝛ etiã quia hoc rei publice ꝑiudicaret:ut.l.qui accuſare.ff.de accu. quedã ſunt exceptiones que reſpiciũt ipm delictum tantum:vt exceptio ꝑſcriptionis vel alia q̃ reſpicit delictũ:ꝛ iſta poteſt opponi cuilibet accuſatori:ut dicit glo.ꝛ bene.quedaʒ eſt exceptio que reſpicit pſonã accuſatoris ꝛ accuſati mixti: ut quando filius uel libertus accuſat patreʒ vel patronũ:uel ſeruus dominũ.ꝛ iſte exceptiones poſſunt obijci ſm ꝙ vidiſtis i.l.hi tamen.§.i.ff. de accuſa.ſi autẽ vultis ſcire in quibus caſibus minor.xxv.annis tanq̃ maior admittatur in iudicio:vide Inno.extra de reſti.ſpo.c.ex parte i glo.ſuper ṽbo minor. ¶ Ultimo in.§.minorẽ: vide glo.que incipit.ſ.ſic.ff.de mino.l.iij.ꝛc.ibi ar.ↄtra ꝛc.ſo.ut no.i.l.iij.§.minorẽ.ff.d mino.

b ¶ Preſcriptiones.adde quod notat bal.in.l. abſenteʒ.ad ſi.de penis. ꝛ bal. in.l.ſi dubiũ.i vj. .q.de legi.ꝛ bal.i.l.peremptorias .C. ſen.reſci.nõ poſ.i.v.col. ꝛ i.l.i.i.xvi. col.C.q accu.ꝛ gl.bal. in.l.adultis .C.e.ꝛ bal. ꝛ ange.i.l.i. .C.ſi aduer. cre.

c ¶ Itẽ op. vide bal.i.l. .i.§.accuſa. circa pri.j. ad turpil.et bal.i rub.q accuſa.i .iii. col.quid autem in declinatoriis vid bal.i.l.i.qui accu.i .xxv. alias .xxii.et .xiiii.col.

# Preſcriptiones.

^b Hic ẽ bonuſ.§.multum. ¶ Oppo.C.ſen.reſcin.non poſ.l. peremptorias.glo.dicit fateor hoc eſſe verum in exceptionibus dilatorijs.peremptorie vero poſſunt opponi vſqʒ ad ſententiam ſicut i ciuilibus.hec eſt vera opi.alij dicunt ꝙ in criminalibus peremptorie debent opponi ſemper ante nomẽ rei receptum inter reos. hoc non placet:quia idem modus procedendi i criminali eſt ſicut i ciuili: ut.l.abſentem.j.de penis.preterea defenſiones reorum perquirunt:quandoqʒ poſt ſententiaʒ: ut.l.i.in ſi.j.de queſti.multomagis ante ſententiam:qđ etiam apparet quia in criminali dantur plures dilationes q̃ in ciuilibus:ut.l.i pecuniarijs.ff.de ferijs:ideo tene primam ſol. ¶ Sʒ cõtra hoc oppo.de.l.ij.§.ſi publico.ff eo. Sol.dicit glo.ſpeciale eſt i lenocinio que exceptio licet ſit peremptoria tamen poſt receptum nomẽ rei inter reos non poteſt opponi.hoc non eſt bene dictum:quia exceptio lenocinij nõ ẽ peremptoria:quia per eam delictuʒ non perimitur:ſed accuſator ab accuſando repellitur:ꝛ ſic tantũ perſona reijcitur:ut.ff.l.proxi.§.i.ꝛ.l. ſi vxor.§. iudex:ꝛ ſic nõ eſt peremptoria ſed dilatoria: ideo debet opponi ante nomen receptum iter reos. ¶ Item oppo.^c dixi eodem modo proponitur exceptio in criminalibus ſicut in ciuilibus.cõtra in criminalibus exceptiones dilatorie proponũtur tantum ante li.conteſta. vt.l. exceptiões.C. de probatio.ꝛ.l.ſi.C.de excep.ꝛ.l.põponius.§. rati.ff.de procura.ſed in criminalibus proponũtur poſt li.conteſta.quo ad nomẽ recipiendum inter reos.quod ſit poſt li.conteſta.ut no.hic:ꝛ .ff.ea.l.§.i.ꝛ.l.abſentem.j.de penis.l.adulteraʒ .C.ea.ꝛ.l.hos accuſare.§.i.ff.de accuſa.ergo apparet ꝙ dilatorie opponunt poſt li.conte. Dy. fatetur ꝙ hoc eſt plus in criminalibus ꝙ vſqʒ quo recipitur nomen inter reos poſſunt dilatorie exceptiones opponi:videte iſta queſtio pendet ex illa quando dicatur nomen rei recipi iter reos.de quo dixi in.l.is qui reus de publi. iudi. nam tenendo opinionem Dy.ipſe dicit veritatem:ſed tenendo aliam opi.quã ibi tenui.dicũt idem eſt in criminalibus qđ in ciuilibus. de hoc dixi ibi:ideo hic non inſiſto.

# Si quis adulterum.^d

d ¶ Si quis adulterũ. vide que dixi i .l.abſentẽ.i ſi.j.d peniſ. adde tamen ad hũc tex. ꝙ ad thori ſepara.bene poteſt fieri accuſatio eodem libello .ii.q.v.c.ſtatuit quẽ tex. alleg. ludo. in nota.cclxxvi. alias .cclxx.

¶ Hic eſt bonus caſus ꝛ pluries fecit me dubitare. ¶ Oppo.j.ad turpil.l.i.§.accuſationeʒ.dicit glo.verum eſt ꝙ nihil agit:ſed neceſſe habet petere abolitionem.de hoc dicam in.l.cõtraria: ſed quãtum ad propoſitum hoc ſpeciale puto i adulterio ꝙ iſte libellus non procedit etiam ſi non apponatur.ſed in alijs puto ꝙ ſi nõ apponatur iudicium procederet:ut.l.ſi accuſatoribꝰ ꝛ ibi no.C.de accuſa.ꝛ Dy.ff.de accu.l.hos accuſare.§.lege.

Ex.l.ſequenti.

¶ Sufficit denunciationem fieri extra iudiciũ.

# Ui uxori.

Diuiditur cum.l.ſequenti.primo ponit vnum dictũ.ſecundo circa illud format .v.q.per ordinem vſqʒ ad.§.queritur.in.l.dnũciaſſe.ꝛ iſta eſt ſolẽnis materia:ꝛ.l. denunciaſſe. eſt glo.l.qui vxori. ¶ Nota ꝙ ſufficit denunciationem ſeu proteſtationem fieri extra iudicium quod tene menti. Item nota.per glo.ff.de ver. obli.l.qui rome.§.coheredes in glo.parua ſup verbo teſtamento.idem no.in.l.ſideiuſſor.§.ſi. .ff.de ſideiuſſo.in glo.ſuper verbo reus.fa.ff.d libe.agno.l.i.circa prin.

Ex.§.ſequenti.

¶ An venditori ſciẽti litẽ motã ſit denũciãdũ.

# Quid ergo.

^e ¶ Nota ꝙ libellus non habet vim denũciationis:et ideo ſi aduertatis bene omnes.ll. que tractant materiam more dicunt ꝙ niſi precedat mora incipit tenere de interitu a die lit. conteſta.non dicunt a die libelli dati:ut no.i.l. mora.ff.de vſur.ꝛ.l.ꝙ te.ff.ſi cer.peta.ꝛ.l. vinũ eo.ti.ꝛ.l.in hac.ff.de tritica.ꝛ poteſt eſſe ratio: quia ante li.conteſta.non dicitur quis petere ſʒ velle petere:ut.l.amplius.ff.rem ra.ha.libellus enim tibi offertur vt deliberes vtrum velis cedere vel contendere:ut in auc.offeratur.C.de litiſ conteſta.ꝛ.l.i.in prin.ff. de eden. ¶ Secundo habes hic alia nota.ꝙ licet quis ſit certus tamẽ debet ei denunciari.quod facit ad.q.quam ponit glo.in.l.emptori.C.de euic.vtrum venditori ſcienti litigium debeat denunciari:quam.q. tractat ibi Cy.multum leuiter.ꝛ Dy.in.c.cum qui certus.extra d regu.iur.li.vj.ꝛ ibi Dy. poſt multa dicit ſic.quãdoqʒ denũciatio ẽ de ſubſtãtia:ꝛ tunc ſimplex ſcientia non ſufficit.ita loquitur hec.l.quandoqʒ ſola ſcientia eſt de ſubſtantia non denunciatio:ꝛ tunc in iſtis caſibus denunciatio non eſt neceſſaria^f:ut.l.i.in ſi.ff. d ac. emp.ꝛ.l.i.§.intelligitur.ff.de edil.edic.i dubio dicit Dy.preſumendum videtur ſcientiã potiꝰ

e ¶ Quid ergo.adđ bal. ꝛ ange.i ru. .ff.de in ius vocan.

f ¶ Neceſſaria.uiđ bar. i.l.ii.§.uolũtate.in vltimis uerbis. ſo.ma.ꝛ ibi oino bal. et bar.i.l. non ſolum .§.ſi. de ope. nonun.et vide q̃ ibi dixi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eſſe de ſubſtantia ꝙ denunciationē: cum denū ciatio fiat ut quis certificetur: ⁊ in iſto caſu dubij loquitur illa regula: eum qui certus eſt amplius certiorari non oportet ⁊c. iſta verba licet uideantur multum pulchra habent tamen modicum ſaporis. In iſto caſu dubij domini dico inſpicienda eſſe verba legis. quandoq; denunciatio fit ſolum ad hoc: ut quis ſciat[a] aliquid qđ eſt de preſenti ne fiat aliquid de nouo. iſto caſu requiritur denunciatio. caſus eſt hic. nam maritus debet denunciare vxori ne nubat ⁊ ꝙ abſtineat a nubendo: quia intendit eam accuſare: ut hic dicitur. nam ex ſola ſcientia ꝙ vir vult accuſare vxorem non inducitur illa denunciatio ne nubat. modo ad propoſitum ī materia emptio. ⁊ uendit. l.i. C. de peri. ⁊ cōmo. rei vēdi. dicit ꝙ emptor debet denunciari vēditori ꝙ venditor veniat ad ſuſcipiendum iudicium: ⁊ ad eum defendendum: non ergo fit ei denunciatio ſolum ut ſciat: ſed ut aliud fiat propter illud quod ſcitur: ideo denunciatio requiritur. caſus eſt hic: quia ex ſola ſcientia venditoris ꝙ mouetur litigium non inducitur denunciatio ꝙ vēditor ueniat ad defendendum: prout dicit. l.i. de peri. ⁊ cōmo. rei ven. ideo denunciatio requiritur.

Ex. §. ſequenti.

In denunciatione requiritur causa.

**Quid ergo.** No. ꝙ in denūciatione ſeu proteſtatione requiritur cauſa: nec videtur ꝙ ſit neceſſe ꝙ ſpecificetur cauſa: ſed generaliter ponatur. fallit in nunciatione noui operis: vbi non debet inſeri cauſa niſi petatur: ut. l.i. in princi. ⁊ ibi no. ff. de no. ope. nun. hunc paſſum de inſertione cauſe tractabo cum tractabo materiam proteſtatiōis. Ultimo in hoc. §. dicit Dy. ꝙ habemus glo. corruptam que incipit: quia nō decedit. ibi no. admitti denunciationem ⁊c. ⁊ dicit ꝙ eſt corrupta vitio ſcriptoris: quia debet dicere no. nō admitti. ſed nos poſſumus dicere glo. dicere veritatem non admitti denunciationem ſine cauſa. ſ. expreſſa ⁊ ſpecificata: quia ſufficit ꝙ in genere fiat mentio de adulterio. ſed ſi omnino omitteretur: tunc non valeret: ut dicit tex.[b] Item vide glo. ibi: ſed argu. contra. ff. de actio. emp. l.i. in fi. ſed hec denunciatio eſt de ſubſtantia. dixi ī preceden. verſi.

Ex. §. ſequenti.

Si accuſatur aliquis de percuſſione cum aliqua qualitate: ſed illa non probatur ſed tantū delictum: an debeat ſequi condēnatio: ibi. Itē. Et an variatio loci uel temporis faciat videri aliud delictum: ibi. Primo. Et an adiectio uel detractio qualitatis īmutet actionē: ibi. Uideamus. Et an abſolutoria ſecuta propter qualitatem non probatam poſſit de nouo accuſari: ibi. Quero. Et quid ſi qualitas non fuit propoſita in primo an poſſit de nouo accuſari: vide in fi.

**Quid tamen.** Pone caſum. ego vidi ꝙ ſufficit ꝙ cauſa inſeratur in genere. ſed quid ſi in denunciatione inſeruit cauſam limitate. dixit enim ꝙ accuſat talem de adulterio[c] commiſſo cum tali. dicit iuriſconſultus ꝙ tunc habet illam neceſſe proſequi: nec poteſt proſequi aliam ex vigore illius denunciationis. hoc dicit. Iſte. §. facit ꝙ non debeat inſeri dies in accuſatione: ut. l. libellorum. ff. de accuſa. tamē ſi accuſator inſerit diē debet illum probare: ut hic dixi in. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. Item iſte. §. inducitur in argu.[d] ad queſtionem quotidianam. aliquis accuſauit aliquem de percuſſione cum ſanguine: vel de percuſſione de nocte: uel de alio delicto cū alia qualitate que qualitas non probatur: ſed probatur tantum delictum: quia probatur percuſſio: ſed non cum ſanguine vel de nocte: vtrū ex illo delicto poſſit ſequi condēnatio. Iſtā q. ponit Cy. C. de probationibus. l. iij. ⁊ ibi videtur tenere ꝙ non poſſit ſequi condemnatio per hanc. l. ⁊ l. pretor. §. docere. ff. vi bo. rap. Guil. de cu. ponit eam ī. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infa. ⁊ ibi videtur dicere ꝙ poſſit ſequi condemnatio. argu. l. bouē. §. aliquādo. ff. de edil. edic. alij conſueuerunt dicere ꝙ illa qualitas debet detrahi pendente iudicio: et hoc modo ſequatur condēnatio de delicto: ut. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. mihi autē videtur dicendum quandoq; illa qualitas que non probatur facit ceſſare propoſitam actionē ſeu accuſationem: et tunc debet ſequi abſolutio ita loquitur. l. pretor. §. docere. nam niſi homines ſint coacti uel ſit factū in turba non habet locum illa accuſatio. quandoq; illa qualitas nō facit ceſſare accuſationem propoſitam: ⁊ tunc quandoq; alterat factum ſeu crimen: quia facit illud eſſe aliud factum. tunc niſi qualitas probetur non poteſt ſequi condēnatio. caſus eſt hic. quandoq; non alterat factum: tunc ex eodem proceſſu poteſt ſequi condēnatio. caſus eſt hic. tamen hic eſt aduertendum: quia ſi effectus cōdemnationis eſt diuerſus propter illam qualitatem debet detractio illius qualitatis fieri pendente iudicio. alias non poteſt ſequi condēnatio: vt. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. nec ob. l. bouem. §. aliquando quam alle. Guil. de cu. quia ibi uerba petitionis poſſunt adaptari ad redhibitoriam ſicut ad actionem ꝙ̄to minoris. naz quod nihil eſt minus eſt: ut ibi patet: ita debetis intelligere hanc materiam. Tamen ꝓ declaratione oportet nos videre que ſunt illa que mutant delictum et alterant actionem. aduerte bene. Primo ergo quero vtrum variatio[e] temporis uel loci faciat videri aliud dlictū. videtur ꝙ ſic. C. de teſti. l. teſtiū: ⁊ quod ibi no. in glo. facit ad hoc. ff. de incē. rui. nau. l. ei. §. fi. In contrarium probatur ſic. duo rei nō poſſūt

a Ut quis ſciat. no. quia facit ad materiam denūciande venditori in cā euictionis in quo vide ange. ⁊ imo. in. l. cū ex ea. de ver. ob. ⁊ in. q. hic poſita ꝑ bar. vide cū ī. l. ēptor. C. de euic. ⁊ ī. l. i. C. de peri. ⁊ ꝯmo. rei uē.
b Dicit tex. Item vide glo. ibi ſm ange. contra de ac. emp. ff. in fi. ſ; an hec denūciatio ſit de ſubſtantia dixi in ꝓcedenti verſi.
c Quid tamen ꝺ adulterio. Quid de qualitate ſuperuenientē perſone: vt ſi canonicus ſit effectus eps an cognoſceṫ ꝺ his que fecit canonicus: vide bal. ī. l. .i. §. ſolēt. ff. qn̄ appel. ſit
d Inducit in arg. vide alexan. late ī .l. diuus in .ii. col. de re iudi. ⁊ ibi vide bar. qui ī iſta ꝓbatiōe qualitatis ſi aliter loquitur q̄; hic. ꝺ quo ꝑ alex. ibi ī. vii. col. vide plene ꝺ hac. q. cum ſua materia per bar. ī di ſpu. ſua incipiē. iure municipali caueṫ ꝙ ſi aliquis percuſſor ⁊c. ⁊ no. bal. in fi. iii. col. in. l. ſi qſ nō dicaz rapere. C. de epiſ. ⁊ cle. et per Bar. et imol. in. l. diuus. ff. ꝺ re iudi. ꝑ bal. ī. l. i. C. ſi ex fal. inſtru. et ſali. ī. l. ii. C. ad. l. iul. de vi. ſto. in. d. §. ſi detracta. bal. ī. d. .l. ii. C. ꝺ ꝓba. ⁊ ī. l. edita. in ver. itē principaliter queritur in peruſina repe. C. ꝺ edē. ⁊ vide bar. ſm. l. cū qui. ⁊ qđ ibi dixi de iureiurā. bal. in. l. contra negantē. C. ad. l. acquil. Quid autē ſit qualitas ⁊ ī quibus cōſiſtat in materia iſta: vide plene bal. ī. l. eaque. C. ꝺ cōdi. indebi. et bal. in. l. ii. ī .ii. col. C. de repu. ⁊ in. l. i. in. x. col. C. de cōfeſ. ⁊ ꝓdictis adde bal. ī. l. i. ī. xiiii. col. ī uer. ſed cū ꝗrif. C. q accu. ⁊ bal. ⁊ imo. in. l. ticia. ſo. ma. ⁊ io. an. in addi. ſpecu. in rub. de accu. in vlti. parte. et bar. in. l. is qui reus. in ver. venio ad. q. ff. de pub. iudi. ⁊ bal. in. l. ⁊ ſi ſeuerioꝛ. C. de infa. in pe. col. ⁊ q̄ dixi poſt bar. in. l. iii. §. hoc autē. ff. de iti. actuq; pri. ſed vtrū qualitas omiſſa in libello poſſit ſuppleri in ꝓbatiōe: vide que dixi in. l. libellorū. ff. de accu. et latius in. l. i. §. idem ſcribit. ff. depoſi. ⁊ bal. in. l. iii. in pe. col. C. de infa. et vide ad ꝓdicta que no. bar. in. l. edita. in. ii. ⁊. iii. col. C. de eden. S; pone ſtatutū reqrit ꝓbari vuln⁹: ⁊ ꝓbatur ꝙ quis aliū ꝑcuſſit cū enſe ⁊ cū ſanguinis effuſione: tamē nō cōtineṫ in ſcriptura ꝙ fecerit vulnus: an ſufficiat: vide bal. in. l. edita. in. xxi. col. Item adde aliqs accuſat aliquē de pluribus criminibus. qđ an facere poſſit: vide in. l. libellorū. §. ſed ſi aliud. ff. de accu. an ſi vnū ex his non probet ſuſtineat penā accuſatorio nō ꝓbantis: vid ino. in. c. pe. de elec. ⁊ vide bal. ī. l. ii. C. de proba. ſ; pone aliquiſ accuſaṫ de iniuria ſimpliciter et probatur iniuria nō tamē ꝓbātur circū ſtātie aggrauantes iniuriam: an ſeq poſſit cōdēnatio in ſimplici iniuria. Cy. ꝙ ſic in .l. ſi nō conuicii. C. de iniur. ⁊ ſeqṫ bar. in. l. ſenatus. ff. de accuſa. ⁊ vide bal. plene in. l. ii. C. q. res iudi. nō no. ⁊ bal. ī. l. ex hoc. §. fi. nau. cau. ſta. ⁊ bar. ī. l. qd ergo. §. pena grauior. ꝺ infa. ⁊ hic ⁊ quid ſi ſtatutū punit vulnus cū cicatrice deformi: ⁊ probatur ꝺ ſimplici cicatrice: an ſufficiē dic ꝙ nō: q2 duplex eſt cicatrix: ꝺformis ⁊ nō: ut no. in. l. fi. et ibi ſto. C. de his qui ꝺie. uel effu. ⁊ facit de fideiuſ. l. locū. §. .i. et no. ꝙ cicatrix ꝓprie eſt que poſt ſanatū vulnus remāet ⁊ ꝺturpat. ī. .q. i. accuſatus. de quo uide bal. ī. l. ſi quis metallos. C. de peniſ. Et qd ſi accuſo plures de vno delicto uel pluribus: et ꝓbo cōtra vnum: vide bal. in. l. edita. in fi. C. ꝺ eden. Et quid ſi accuſatur aliqs de ſanguinis effuſione poſtea probaṫ ꝙ vna tantū gutta ſanguinis exiuit: dic ꝙ non ſufficit ſm glo. in. c. cum illorum. de ſen. excō. cū ſanguinis effuſio nō intelligatur ī gutta. vnde dicit bal. in. l. pe. C. de edi. acti. ꝙ ſtatutū puniens vulnus intelligiṫ de magno vulnere ⁊ non de vulnuſculo aut ſgraſignatura uel ſciſſura. ⁊ no. ange. in .l. ſi pignore. §. ſi furem. ff. de fur. ⁊ in. l. i. ad fi. ff. ad ſil. ⁊ in. l. i. §. ſed ſciendum. ff. de edil. edic. qui dicit ꝙ tūc puniṫ quis extra ordinem arbitrio

iudiciſ. facit qꝺ no.bal.i .l.ii.aliaſ.iii. .C.quo. ap. de leui tor. tura.ꝛ bal.i .d.l.i.§. ſed ſciendum.ꝺ edil.edi. ADDE di. ctis huius apoſtille q̄ n̄ eſt alex.bar. cōſi.cviiii.ꝛ .cxvii.ꝛ.cc. xxiii.

a ℂ Utrū ua riatio. vide bal.in.l.ii.ꝺ proba.ꝛ i.l. .i.in.xxviii. col.C.q ac. cu.ꝛ bar. in .l.ſi is q re° i uer. venio ad .q.ꝺ. de publi. iudi.

b ℂ Utrum adiectio. ad de bal.i.l.i. .C.q accu.

c ℂ Utrū ſta tuta. uide bar.in.l. ſan ctio legū.ꝫ. de penis.

d ℂ Ulteri° quero. vide ſali.in.l. q ꝺ crimine .C. ꝺ accu. ADDE pau. de ca. conſilio .cxviii.

e ℂ Sed ꝛ ſi p. ꝑcurato. rem. prote ſtatio.vtruꝫ ꝑteſtatio ſie ri poſſit per ꝑcuratoreꝫ ꝛ an requi. ratur ſpāle mādatū.viꝺ in.l. de pu. pillo.§.nun ciatio ꝺ op. no.nun.

cōſtitui ſi teneantur ad diuerſa:ut.l.ſi id quod .ꝺ.de duo.re.ſed diuerſitas temporis uel loci non impedit conſtitutionem duorum reorum: ut.l.ex duobus.el.i.ꝛ.l.eandem. in ſi.ꝺ.ꝺ duo. re.ergo ꝛc. Reſpondeo.quoddam eſt tempus in quo aliquid fit:ꝛ iſtud facit videri diuerſam rem eſſe ꝛ diuerſum factum:ut.d.l.teſtium:ꝛ.l. .i.in ſi.ꝺ.de incen.ru.nau.quoddaꝫ eſt tempus in quod confertur effectus alicuius rei: utputa ſolutionis effectus:ꝛ iſtud non facit videri rem diuerſam. Idem dico de loco per eadem iura. nunc ad propoſituꝫ.ſi ego dicerē ꝙ ticius inter fecit ſeiū tali die ꝛ probaretur de alio non poſ ſet ſequi condemnatio:quia alia res eſt:nec poſ ſet fieri detractio:quia eſſet nouaꝫ rem in iudi cium deducere:ꝛ non eſſet adijcere uel detrahe re qualitatem.primo.ſed ſi ego poſuiſſeꝫ i libel lo accuſatorio dieꝫ effectus ꝙ ex tali vulnere ta li die eſt mortuus poſt:tunc diem iſtum poſſum mutare:quia nō facit videri nouū delictuꝫ neqꝫ alterat ipm per iura preallega.ꝛ idem dico in lo co.per ea tamē que dixi non denego quin quan° do menſis eſt tantū propoſitus nō poſſet dcla rari dies illius menſis:quia illud nō eſt mutare tempus:ſed magis declarare ꝛ limitare. hoc au tem poſſe fieri dixi in.l.is qui re°.ꝺ.ꝺ pub.iudi.

¶ Uideamus vltra vtruꝫ adiectio[b] vel detractio qualitatis imutet actionem:naꝫ qualitas nō im mutat ſubiectū:ſed an actioneꝫ imutet:vt faciat videri nouā actioneꝫ dubito.ſed tamē aduerte quandoqꝫ.l.diſponens ſuper certa qualitate de licti imponit penaꝫ per ſe ꝛ nō reſpectiue ad pe naꝫ que imponiť pro delicto ſimplici:tunc indu citur noua actio ꝛ noua accuſatio. Exemplū.ꝑ percuſſione ſimplici eſt actio iniuriarū.pro per cuſſiōe facta hominib° coadunatis eſt actio.l. iulie de vi.que eſt alia pena:vt.l.iij.C.ad.l.iul.ꝺ vi.illa ergo qualitas coadunatis hominib° idu cit actionē nouam. Ideꝫ in paricidio:quia pu nit homicidiū ſub illa qualitate:quia filiū occi dit:ꝛ eſt noua accuſatio:ut habuiſtis in.l. ſena tus.ꝺ.de accuſa.ſed ſi pena propter illaꝫ quali tateꝫ augereť vel minuereť reſpectiue ad penaꝫ que imponitur pro delicto ſimplici:tunc nō eēt noua actio uel accuſatio:ſed eſſet adijcere qua litatem veteri actioni.exēpluꝫ.actio.l.acquil.da tur in ſimplū ꝛ contra negantē in duplū ꝑpter negationem.ergo augetur pena ad duplū eius quod erat primo.quoniaꝫ pena imponitur re ſpectu ad primā nō per ſe ſimpliciter. Itē aliud exemplū.pro delicto ſerui tenetur dominus:ta men ſi fuit ſciens exigetur inſoliduꝫ:ſi fuit igno rans poteſt liberari de pena dando ſeruum pro noxa. Iſte qualitates non diſponunt per ſe ſed reſpiciunt primā penā:ideo dicuntur adiectio nes:ut.l.i delictis.§.ſi detracta.ꝺ.de noxa. Idē in contractu.pro contractu ſerui dominus tene tur actione ex contractu:ꝛ ſi iuſſit tenetur inſo lidum prima actione:quia iuſſit.ſi non iuſſit de peculio tenetur:ſi nō eſt peculiū tenetur quate nus eſt in rem verſuꝫ:ꝛ ſic iſte qualitates diſpo nunt circa primā actioneꝫ ꝛ circa exactionē eius quod ueniebat in prima actione:ꝛ ideo non di cuntur noue actiones ſed adiectiones primarū accuſationū:vt.l.ſi filius in ſi.ꝺ.de in rem verſo ꝛ in.l.iij.§.cui congruit.ꝺ.de pecul. no.in.l.iij.i ſi.ꝺ.de exer. Modo ex predictis habes perpē dere ſtatim vtrum ſtatuta[c] propter aliquaꝫ qua litatē imponūt penam:vt ſi nobilis interficeret popularem puniatur in tantuꝫ:tunc eſſet noua accuſatio:ſi vero dicerent ſtatuta pena quadru plicetur:tunc eſſet adiectio noue accuſationis: ꝛ iſta qualitate probata uel nō ſcies quid habes facere detrahere uel nō. ¶ Quero ſi abſolutoria eſt ſecuta propter qualitateꝫ adiectaꝫ non pro batam an poteſt de nouo iterum accuſari detra cta illa qualitate:ꝛ videtur ꝙ non:ut.l. in deli ctis.§.ſi detracta.ꝺ.de noxa.in contrariū ꝙ ſic. i.l.habebat in prin.ꝺ.de inſti.breuiter dico ſic. ſi quideꝫ abſolutio eſſet ſecuta ſuper facto:quia factum non erat probatū:tunc cōcedo ꝙ de no uo nō poteſt accuſari ꝑpter qualitatē.ut.l.ſi qs in totum.§.ſi ancillam.ꝺ.de excep. rei iudi.ꝛ.l. egi.eo.ti.ſed ſi per illam qualitateꝫ tantuꝫ fuiſ ſet ſecuta abſolutio cū factum eſſet de ſe verum: tunc ſi quidē aliquis cōuenitur ex delicto alteri° cōcedo ꝙ iterū nō pōt accuſari:ut.d.§.ſi detra cta.ſed ſi cōuenireť ex proprio delicto:tūc valð bene poſſet accuſari de illo facto.ar.d.l. hēbat. in prin.ꝛ.ꝺ.ſi fa.fur.fe.di.l.i.§.i.ꝛ facit ad hoc ar.quod no.in.d.§.ſi detracta. ¶ Ulterius q̄ro° pone ꝙ qualitas in primo iudicio non fuit pro poſita vtrum propter illaꝫ qualitatem poſſet de nouo accuſatio itētari.certe ſi ex primo iudicio ſuper facto ſimplici eſſet ſecuta cōdēnatio.dixi i .l.ſenatus.ꝺ.de accu.ſed ſi ex primo eſſet ſecuta abſolutio.hic eſt aduertenduꝫ.ſi quidem iſta ta lis adiectio que de nouo fit alterat delictum:qꝺ quando fit patet ex his que.ꝺ.vidiſtis: tūc ſine dubio poteſt accuſatio de nouo proponi: quia alia res eſt:ut.l.cum queritur.ꝺ.ꝺ exce.rei iudi. ſed ſi non alterat delictuꝫ:ſed alterat accuſatio nem ſeu cōdēnationeꝫ:tunc aduerte vt dixi.ꝺ. aut fuit ſecuta abſolutio:quia nō factum ꝛ non pōt de nouo accuſari.aut ideo fuit ſecuta abſo lutio:quia illa qualitas que fuit neceſſaria non fuit propoſita.tunc poteſt de nouo accuſari:vt .l.habebat.in pri.ꝺ.ꝺ iſti.ꝛ.l.i.ꝺ.ſi fa. fur.fe.di. fallit ſi ex delicto alterius cōueniatur quis:ut.l. in delictis.§.ſi detracta.ꝺ.de noxa.

## Sed et ſi per procura

torem. ℂ Utrum denunciatio ſeu proteſtatio[e] poſſet fieri per procuratorem:ꝛ nūquid requi ratur per ſpeciale mandatum. Dy.tractat in.l. de pupillo.§.nūciatio.ꝺ.de no.ope. nūc.ꝛ.e.l. .§.qui°procuratorio.ꝛ ibi hoc tetigi. facit.l.aut qui aliter.§.i.ꝺ.quod vi aut clam.ꝛ.l.i.§.i.ꝺ.de libe.agno.

Ex.§.ſequenti.

ℂ Dānato adultero non eſt dānata adultera: nec condēnato qui produxit falſos teſtes de ne ceſſitate non ſequitur ꝙ ſunt falſi: ꝛ licet notari us ſit condēnatus de falſo non preiudicat dn̄o ad quem pertinet inſtrumētū.

## Queritur.

ℂ Oppo.ꝙ mulier non ſit abſoluta ꝺ adulterio: ut.i l.proxi.in ſi.ſolu.abſoluta eſt donec durat nupta:ut ibi dicetur. ℂ Ultimo tene menti.l. noſtraꝫ.primo ꝙ in maleficijs[f] ita cōnexis:ꝛ ita cōiunctis ſicut eſt adulterium inter adulterum ꝛ adulterā tamen condēnato vno non eſt cōdē natus alius:ex quo habes ꝙ licet producēs fal ſos teſtes[g] ſit condēnatus non ſequitur de ne ceſſitate contra teſtes ꝙ ipſi ſint falſi:ꝛ eodem modo licet notarius condēnatus ſit de falſo in ſtrumento non preiudicat dn̄o ad quē ſpectat inſtrumentū:vel ſi eſt condēnatus de falſo vn° ex correis ſtipulandi non preiudicat alteri: ut .l.ſi docueris.C.de ſi.inſtru. ℂ Ultimo hēs hic caſum ſpecialeꝫ de ſententia abſolutoria que la ta pro vno ſocio non ꝓdeſt alteri ſocio eiuſdeꝫ

f ℂ Queriť i maleficiis. i maleficiiſ ēt cōnexis con dēnato vno ex ſociis nō ſequitur cō dēnatio alte rius. ꝛ per hoc in facto fuit iudica tum ꝙ ꝑoc. cupata iuriſ ditione con tra vnuꝫ ex ſociis n̄ fuit preoccupa. ta cōtra ali. os.viꝺ que dixi p° bar. .i.l.proxi.et uide Cy.et Bal. in.l.i. .C.q accu.

g ℂ Falſos teſtes. adde bar.in.l. lu. cius.de his qui no. iſa. ꝛ.l.ii.de pre uarica. ꝛ ibi dixi. ꝛ bal.i .d.l.ii.de ꝑ. uarica.ꝛ i.l. .i.C.de fal. ꝛ in.l.i.C.q accu.ꝛ i.l.i. in.iiii.colū. .C. ne ſi. ꝑ pa.ꝛ bar. in .l.cū filius. de uer.ob.ꝛ uide bar.i.l. ex duobus i .iiii. col. de duo.reis.

a Dulter.ꝙ relegatus vtruꝫ bānitus poſſit cōueniri in loco[a] vbi fuit bānitus: vide ludo.in.l.recuſare.§.ſi quis ad trebel.⁊ adde ange.in ſua.q.incipien.bononienſis quidam eſt bānitus.

b ℭSi eo tempore.cauſa priuilegii.Cauſa priuilegii ſuperueniens lite pē dente non excuſat: vide in.c.ſi.extra ut lite pendente.

criminis.regulariter fallit in muliere: vt hic.qđ facit ad.q.quā dicam in.l.proxi.§.ſi eo tēpore.

Ex.l.ſequenti.

ℭAn bānitus poſſit conueniri in loco a quo ē bannitus.

**Dulter.** Uide gl. ſuper verbo pena. alia dicit glo. vt relegationis uel ſimilis.innuit ergo iſta glo.ꝙ relegatus[a] non.poteſt conueniri in eo loco vnde eſt relegatus quod facit pro bānito ꝙ non poſſit conueniri ibi vnde exbānitus eſt:ſꝫ contrarium eſt veritas: quare dic:ut no.in.l. ei⁹ in ſi.ꞇ.ad munici.

Ex.§.ſequenti.

ℭAn clericatus ſuperueniens excuſet reum.et an abſoluto malefactore videatur abſolutus mandator.

**Si eo tempore.** Iſte.§.facit ī ar.ꝙ cā priuilegij[b] ſuperueniens lite pendente non proſit:ſꝫ prodeſſet ſubſiſtens ab initio.⁊ ſic facit ꝙ clericatus ſuperueniens non excuſet reum.cuius cōtrarium videtur ſentire glo.ſ̄. de accuſa.l.hos accuſare.§.hoc beneficio. de quo dicam vobis .ꞇ.de pe.l.i.Secundo facit ad.q.quandam quā Dy.ponit in.c.ratihabitio.extra de reg.iur.lib. .vi.vtrum abſoluto[c] malefactore uideatur abſolutus mandator.⁊ ibi diſtinguit Dy.aut abſoluitur:ideo quia pronunciatur delictum nō fuiſſe cōmiſſum.aut abſoluitur:quia pronunciatur ipſum non fuiſſe in culpa.primo caſu ꝓdeſt mādatori.ſecundo nō. alle.Dy.de re.iur.l.duob⁹ .§.a fideiuſſore:⁊.§.ſi ei.iſtud eſt dictum dy.in eo qđ dicit ſi abſoluitur: quia non erat in culpa: ⁊ ſic pronunciatur ſuper iure nō ſuper facto. dicit bene probaꝛ.ꞇ.ad.l.cor.de ſic.l.nihil intereſt ⁊ quod ibi no.in glo.nam licet furioſus abſoluetur:nihilominus[d] mādator teneꝛ.ſed ī alio mēbro quo dicit pronunciationem abſolutoriam latam ſuper facto prodeſſe mandatori male dicit ſm̄ Ri.ma.quia hoc determinauit ipſe ī publica diſputatione per hanc.l.nam hic vides delictū ita coniunctuꝫ ſicut eſt adulteriuꝫ īter adulterum ⁊ adulteram: ⁊ tamē abſolutoria lata pro vno non prodeſt alteri niſi in caſu ſpeciali mulieris nupte tempore quo cōmittiꝛ adulterium: ut hic dicitur.non ob.l.duobus.§.a fideiuſſore quia ibi loquitur in iuramento quod habet vim ſolutionis:ut ibi dicitur.aliud in ſententia: quia ſententia lata pro fideiuſſore non prodeſt principali[e]:ut.l.aduer.ſ̄.đ arbi.ita dic̄ Ri.ma.⁊ bn̄.

Ex.§.ſequenti.

ℭScholaris qui iurauit non exire ciuitatē ſine licentia creditoris:ſi cū licentia ſemel exeat poſſit vltra exire.et an factus monachus ⁊ liberat⁹ a debitis:ſi exeat reincidat in illa.

**Nupta.** No.ceſſante cauſa ceſſat effectus.iſtum tex.inducit Dy. in ar.ad.q.quidam ſcholaris iurauerat creditori ſuo non recedere ſine eius licentia de ſtudio:q ſcholaris habuit licentiaꝫ a creditore eūdi mutinam ⁊ iuit ⁊ reuerſus eſt:vtrum poſſet de nouo recedere.⁊ dy.dicit ꝙ non.ar. huius littere: quia illa licentia videtur eſſe conceſſa q̄diu illđ ire ⁊ redire fiat nō vltra.ad hoc facit.l.plane.ſ̄. de ope.lib.tu vero diſtingue ī hac.q.vt dixi ī.q.

c ℭUtrū abſoluto. vide bal.i.l.iuris ad ſi.C.qui.res iudi.nō no.⁊ bar. in .l.i.§.ſi quiſ ultro .ꞇ. de queſtioni.

d ℭ Nihilominus. adđ qđ idem tenuit bar. in .l.a furioſo ⁊ in.l. ſi. de iureiuran. ⁊ in .l. aduerſus. đ arbi. ſed cōtrariū uoluit in.l. ex duob⁹ de duo.reis.in .iiii.q. ⁊ i.l. admiſſi.§.ſi. đ fideiuſſo. ⁊ uide bal.i .d.§. a fideiuſ.⁊ bal.in .l.non ideo ad ſi.⁊ ioan. an. in regula ratihabitio.⁊ no.ꝙ ob cauſe cōnexitatē vnius cōfeſſio ꝑiudicat alteri.gl.lxiii. di.c.ordinatos: ⁊ vide que no.ſ̄.l. pri.§.ſi. an autem abſoluto pricipali poſſit condenari quis de auxilio ⁊ fauore. dic ꝙ ſic.tex.eſt no.in.l. eos .C.de fur.⁊ uide ang.p⁹ bar.i.l. is q reus .ſ̄. de pub.iudi. et bal.in.l.iur. ad ſi.C.qui.res iudi. nō nocet.

e ℭ Principali.uiđ barto.in.d.§. a fideiuſ.⁊ oīno in.l.ſi.§. ſi.de iureiuran.ff.

f p Atri. puto ꝙ ſic. cōtrariū tenet bal. i.l. .i.§.i.in ꝑn. .C.de bo.q̄ libe.

g Ec in ea lege.No.ꝙ pater nō pōt occidere filiam adulterā ī domo aliena.Itē requiriꝛ aliud de quo in.l.nihil.ꞇ.c.Itē requiriꝛ ꝙ ſit nupta.ſec⁹ ſi vidua ꝑ tex.huius.l.i.ii.rnſo.hoc firmat ang.areti.i ſuo tractatu maleficio.in uer.tu mai adultetato la mia dōna.Sꝫ qđ ſi filia eſt ignominioſa: ⁊ pater uilis ꝑſona.vide bar.l.l.ꝓxi.§.illud.⁊ an poſſit occidere ſociū criminis:vide bal. in.l. .i.C.vn̄ vi i uer.vi. q̄ro ⁊c̄.Et vtruꝫ patri liceat occidere agnatū iuentum cū filia uide no.i.c. ſi vero.el.i. de ſen.excō.

ſecuritatis.in.l.i.ſ̄.ti.i.Secundo inducitur per Dy.in ar.ad aliam.q.aliquis factus ē monach⁹ propter quod liberatus eſt ab omnibus debitis ⁊ monaſterium tenetur per auc̄ ingreſſi.C.đ ſa.ſan.ec.queritur ſi monaſteriuꝫ exeat an reicidat in obligationem.videtur ꝙ ſic:quia illa liberatio ſibi prodeſt q̄diu manet monachus: vt hec queſtio determinatur per dy.per.l. ſeruus effectus.⁊ qđ ibi no.ſ̄.de ac.⁊ obli.

Ex.l.ſequenti.

ℭAppellatione patris an veniat auus.et an ſi pater ingrediatur monaſterium an filij efficiantur ſui iuris.

p **Atri.** ℭQuero quid eſt dictum ſimul cū filia. Rn̄det glo. duobus modis: ⁊ vtraqꝫ expoſitio eſt bona. Item in.l.ſic eueniet.no.tex.ibi enim in ſua poteſtate ⁊c̄.ℭNo.ꝙ appellatione patris non cōtinetur auus.hoc tamen videtur verum in iſta materia ſic odioſa.alias ſic: quando eximitur ex poteſtate:ut.l.iuſta de ver.ſig.⁊ ſic facit iſta.l.ꝙ .l.quiſquis.C.ad.l.iul.ma.que loquitur ī patre non habeat locū in auo.ℭUenio ad.l.ſic eueniet.Oppo.ꝙ ſiliuſſa.poſſit habere aliquem in poteſtate: quia poteſt eſſe tutor: ut iſti.de le.tu. .§.i.ſed tutor habet in poteſtate pupillum:ut.l. .i.ſ̄.de tute.ergo ⁊c̄.So.ille qui eſt in poteſtate alterius non poteſt habere aliū in ſua poteſtate verum eſt in poteſtate eiuſdem ſpeciei:ſed ī poteſtate ſeparata ab illa ī qua ipſe eſt bene poteſt habere:ut.l.contraria.ℭUltimo hec.l.facit ad .q.ſi pater ingrediatur monaſterium:an filij efficiantur ſui iuris.puto ꝙ ſic[f]:quia ipſe efficitur poteſtatis alterius totaliter:ergo alium in poteſtate habere non poteſt.efficitur enim poteſtatis alterius eiuſdem ſpeciei. imo maioris: quia qcqđ querit:monaſterio querit: ⁊ velle ſuuꝫ poſuit in velle monaſterij.

Ex.l.ſequenti.

ℭDomus qualiter intelligatur: ⁊ qui pōt occidere poteſt contumelijs afficere.

**Ec in ea lege.**[g] ℭNota tex.ibi:ſed domus.ℭItem no.ver.ſꝫ qui occidere. ℭItem no.tex.ibi ꝙ plerūqꝫ ⁊c̄.ℭ No.qualiter intelligitur domus.ſ.pro habitatione:ut hic ⁊.l.ſed amici.§.i.ſ̄.e.⁊ ideo ſufficit ꝙ in domo habitet:licet non ſit ſua ſed cōducta uel gratis accepta:ut.l.lege cor.§.domū.ſ̄.de iniur. Iteꝫ non ſufficeret domū eſſe ꝓpriam niſi habitaret ibi:ut.l.proxi.§.i.ℭSecundo no.ꝙ ille q poteſt occidere multomagis poteſt contumelijs afficere.hoc eſt notandū ad ſtatuta que permittunt aliquos occidi impune:nam ſi poſſunt occidi impune multomagis[h] poterunt īpune verberari ⁊ cōtumelijs affici:ut hic qđ tene mēti.

Ex.l.ſequenti.

ℭStatutum ꝙ liceat uiro occidere adulteruꝫ deprehenſuꝫ cū vxore qualiter intelligatur.

q **Uod ait lex.**[i] Tex.ibi occiſuꝫ.i.non ſine cauſa uel ſine miniſterio ſm̄ Iaco.đ are. ⁊ ſic habes hic quid ſit verbum occiſuꝫ.ℭQuerit glo.que dicuntur res ueneris.glo. reſpōdet multum bene.in ciuitate iſta eſt ſtatutū ꝙ liceat viro occidere adulterum deprehenſuꝫ cū vxore

b ℭ Multo magis.vide ang. ⁊ alex. in prin.l.l.i ſuis.đ lib.⁊ poſt.⁊ an ſtatuta que permittunt aliquoſ occidi ipune dicantur ꝑmittere uerberari ⁊ contumelijs affici. uide Cy.in.l. .i.ad ſi.C. q̄ ſit longa cōſue.⁊ bal.in .l.ſi quis nō dicam rape .C. de epiſ. ⁊ cle.et no. per bal.i.l.i. ad ſi.C.đ exhi.⁊ itrodu.reis. ⁊ in.l. pe. ad ſi.C. de ꝑna.car. adde bal.in .l.iii.i. ſi.ſ̄. de adi.le.et bal.in repe. .l.in ſuis.et ibi ange. et imol.ſ̄.de libe.⁊ poſt.et .d.an.i.c.ſi. extra đ conſue.i.i.fallē. ⁊ io.an.i addi.ſpe.i ti.đ ꝯſue.§.i.i ſi. ⁊ imo.i.l. ſi vo.§.đ uiro ſo.ma. alex.

i q Uod ait.l. fallit ſi repiaꝛ cū clerico eam oſculātē: qꝛ ꝑſumiꝛ facere cā caritatis. gl.xi.q. .iii.c. abſit. vide bal.i.l. qđ ergo.§. ſi heres. de lega.i.

a ¶Quod ait lex. Iſte.§.no.limitatur ꝛ declaraẜ per alexã.in.l. pleriqꝫ.in.iiii.col.de in ius vocan.vbi reprehendit bal.in.l.cũctos populos.i.viii.col.C.de ſũma.tri.ꝛ fi.ca.qui inducit iſtũ tex.ad.q.no.
b ¶Per horas.adde bal.in.l.i.C.vnde vi.in lectu.
c ¶Inſpicitur initiũ.Ad materiã qñ initiũ tpis:vide.q.notabiles quas ponit bal.in.l.ſi tutor.ꝟ.de tu.ꝛ ra.diſtra.

d ¶Percutiẽſ i platea.adde qꝺ io.an.in addi.ſpe.in ti.de accuſa.§.ſi.in.iii.parte.in addi.que icipit.oldr.querit:tenet cõtrariũ.alleg.pro caſu.l.qd ſit fugitiuus.§.idem celſus de edil.edi.ꝛ ideꝫ tenet ange.hic vide bal.i auẽ.item nulla.ad ſi.C.de epiſ.ꝛ cle.et in.l.ſi quis non dicam rape.c.ti.

e ¶Extra plateam.hic faciunt ad.q.ſtatuto cauetur ꝙ iudex inquirat in loco maleficii:ꝛ vnus i yno territorio eſt capꝰ in alio territorio ẽ ſpoliatus: quis dicatur locꝰ maleficii: vide bal.in.c.i.§.iniuriã.de pa.iura.fir.in.ꝟ.ſeu furtim:ꝛ vide bar.in.l.i.de incen.rui.nau.ꝛ in.l.libelloruꝫ.ꝟ.de accu.adde etiã ꝙ dicta ꝑ bar.hic faciunt ad.q.quam poſuit bal.i.l.cunctos populoſ.circa medũ.de ſũma tri.videlicet ꝙ lꝫ qs pro delicto ciuili nõ poſſit i domo capi:tñ ſi fuerit captus extra domũ:ꝛ aufugerit i domũ ꝙ poterit licite extrahi ratiõe initii.ꝛ vide Cy.in auẽ.ſi quis.C.co.ꝛ no.per bar.hic adde bal.in.l.i.C.vbi de cri.agi opoꝛ.ꝛ faciunt no.per bar.in.d.l.libellorũ.ꝛ ibi dixi.ꝟ.de accu.ꝛ quid ſi in confinibus ciuitatis eſt factũ maleficium:quis cognoſcet ꝛ puniet.bal.in.l.i.C.vbi de cri.agi oportet.dicitꝙ iudex vtriuſqꝫ loci:ꝛ voluit Dy.ꝛ Bar.in.l.iuriſpitos.§.oꝛiundus.de excu.tu.ꝛ vide io.an.in regula in obſcuris in mercur.in.vi.ꝛ quid ſi teſtis ad inquiſi.ſui iudicis falſum depoſuit coram iudice non ſuo corã quo debet accuſari:vide io.an.in ſpe.de cri.fal.in prin.ꝛ an quis cũ ſequitur fugientem ꝛ eum in alio territoꝛio cepit poſſit puniri:vide bal.ꝛ flo.in.l.ſicuti.§.ariſto.ff.ſi ſer.uẽ.ꝛ bar.i.l.ſi cui.§.ſi.ꝟ.ii.qro.ꝟ.de accu.ꝛ ange.i.l.nemo carcerẽ.de exac.tri.li.x.Iteꝫ adde ꝙ iſte tex.facit ad.q.diſputatã per ricar.malũ.

ſua:certe intelligitur deprehenſus ſi repperireẜ cum vxore in camera i iſtis rebꝰ veneris.¶Itẽ no.iſta talia preparatoria veneris:quia per iſta veriſimilia probatur adulteriuꝫ:vt dixi.ꝟ.e.l.ii.in ſi.ꝛ dicaꝫ.ĩ.l.capite quinto.

Ex.§.ſequenti.

¶Stante ſtatuto ꝙ percutiens aliquẽ i platea puniatur i.x.an ſi quis capiat aliqueꝫ in platea ꝛ exportet in alio loco ꝛ vulneret an inſpiciamꝰ initiuꝫ:ꝛ quando in maleficijs initium uel finis ſit ſpectanduꝫ uel ſpectandus.

## Quod ait lex.

[a] ¶No.hunc tex.in ſi.quia eſt notabilis valde.¶Item no.ꝙ in maleficijs dicitur incõtinẽti fieri quod ſit vno impetu licet durat per horas[b] illa rixa.¶Secundo no.ꝙ inſpicitur initium[c] quo ad locuꝫ ꝛ quo ad tempus.nã vides hic ꝙ patri permittitur occidere domui ſue tantum uel generi ſui:ut.ꝟ.l.proxi.§.ius occidendi.Item incontinenti tantuꝫ lꝫ occidere:ꝛ tamẽ hic habes ꝙ ſi illo fugiẽte per horas alibi interficiatur videtur in illo loco ꝛ illo tunc.i.illo tempore interfectus.ſed contra omnia iſta precedẽtia ad homicidiũ cõfunduntur cuꝫ homicidio ꝛ homicidium tantum inſpicitur.ut.l.illud.in ſi.ꝟ.ad.l.acquil.ꝛ ideo videtur ꝙ iſpicere debeamus locum homicidij non locuꝫ uel tẽpus incepte rixe:ut dixi in.l.libelloruꝫ.ꝟ.ꝺ accu.ad hoc reſpondeo ꝙ iſta ſunt vera quãdo vtrũqꝫ ꝛ initiũ ꝛ finis fuerunt illicita:nam tunc inſpicimus finem.ꝛ hoc eſt fauore rei ne ꝺ vtroqꝫ puniatur.ſed quando principium eſt licitum ꝛ hꝫ cãm licitam:tunc illud principium inſpicimus:ut hic:pro hoc facit optime.l.qui cuꝫ maior.§.i.ꝟ.de bo.lib.ꝛ hoc facit ad multa.pone qdam cepit aliquem per perſonaꝫ in platea ꝛ portauit eum extra plateam:ꝛ ibi percuſſit eum an puniatur tanꝙ̃ percutiens in platea[d].iſte tex.facit ꝙ ſic:tamen in contra.eſt veritas:ut apparet ex ꝑdictis.Idem ſi aliquis inſultaret alium in platea ꝛ fugaret eum vſqꝫ extra plateam[e]:ꝛ ibi euꝫ percuteret non percuteret in platea:ſed pone alium caſuꝫ.Cauetur ſtatuto huius ciuitatis ꝙ quis poſſit offendere alium ingredientem i poſſeſſionem ſuaꝫ in ipſa poſſeſſione ſine pena:modo aggredior illum ingredientem poſſeſſioneꝫ meam ꝛ illum fugienteꝫ proſequor extra poſſeſſionem meam:ꝛ ibi eum percutio:certe licite ꝑcutio[f] ſeu occido:ut hic:rõ quia initium fuit licitum:tene predicta menti.

Ex.l.ſequenti.

¶Patri licet occidere magiſtratum adulterũ non marito.et an cum vxor eſt ducta contra.l.liceat occidere adulterum uel eſt ignominioſa.et an pater uel maritus uiles poſſint adulterum interficere.

videlꝫ ꝙ crimiales cauſe debeãt tractari alias terminari iſra.lx.dies.ꝛ ſi nõ fuerit terminate ptãs icidat i penã.mõ pendẽte.q.criminali icidit.q.falſi:q2 teſtes redarguunẜ de falſo:ita ꝙ qꝺ pricipalis nõ habet ſuũ fine:an ptãs ueniat puniendus.certe iſte tex.facit ꝙ nõ arguẽdo de tempore ad locũ:ut i.l.vinũ ſi cer.pe.hñ fa.l.iuſtic.ff.de minoꝛi.ꝛ.l.petende de in inte.reſti.et ibi no.ꝛ qꝺ habeẜ in.l.ꝑperãdũ.in pri.de iudi.ꝛ ꝑ hoc qꝺ.no.bal.i.l.i.C.ꝺ iur.ca.i.ii.col.ꝛ expreſſe ci.rai.ꝛ bal.in.l.i.C.q accu.ꝛ no.i ſimili ꝑ bal.i.l.ꝯtra maiores.C.ꝺ ioſ.te.ꝛ in terminis refert bal.dictã diſpu.in.l.ſi.C.ꝺ ſi.inſtru.

f ¶Licite ꝑcutio.adde qꝺ io.an.in addi.ſpe.in ti.de accu.§.ſui.in.iij.pte.in addi.mag.q̃ icip.oldr.querit tenet cõtrariũ ꝛ i addi.hoc qꝺ hic diciẜ videamus.ꝟ.iliꝰ alle.ꝑ cãu.l.qd ſit fugitiuus.§.itẽ.ꝛ.§.idẽ celſꝰ.ꝟ.de edil.edi.ꝛ ideꝫ tꝫ ang.hic.ꝛ uide bal.i auẽ.ſi qs nulla.i ſi.de epiſ.et cle.ꝛ in.l.ſi qs nõ dicaꝫ rape.c.ti.et.ꝟ.ẽ i alia colũ.hoc idem repetitã.Ex oppoſito nota.ꝛ facit ad.q.capti in domo:lꝫ cepit fugã extra domuꝫ.cõtrariuꝫ tꝫ bal.i.l.pleriqꝫ.ꝺ in ius uocan.

g Marito.§.illꝺ dico ꝯtrariũ.vtꝫ pater poſſit occidere magiſtratũ iuẽtum cum filia.adde no.i.c.ſi vo.el.i.ꝺ ſen.excõi.ꝺ marito cõcludit her.ibi ꝙ nõ.

m

## Marito.

### Illud.

¶Quero vtrum patri liceat occidere magiſtratum inuentum cuꝫ filia ſua.dicunt quidam ꝙ non quia magiſtratꝰ non poteſt accuſari iure mariti:ut.l.ſi maritus.in princi.ꝟ.e.ꝛ.l.hos accuſare.ꝟ.de accu.ego dico contrariuꝫ[g]:nam ꝙ magiſtratus non poteſt accuſari verum eſt:niſi accuſatio tempore eſſet peritura:tunc ſecus:ut.d.l.hos accuſare:ꝛ.l.ſenatus.ꝟ.de of.preſi.intantũ ꝙ ſi eſſet cauſa que cõteſtatione non perpetuaretur ageretur cauſa vſqꝫ ad ſententiam:ut no.in.l.ſed ꝛ ſi reſtituaẜ.§.ſed ꝛ ſi dies.ꝟ.de iudi.nunc ad propoſitum ius occidendi adulterũ eſt tempore perituruꝫ:nam niſi ille qui tunc occidat non poteſt occidere poſtea:ut.ꝟ.l.proxi.in ſi.ꝛ.ĩ.l.proxi.ſicut ergo poteſt accuſare ſi accuſatio eſt tempore peritura:ita poterit interficere cum iſtud ius occidẽdi ſit tempore periturum.predicta uera i patre.marito uero non licet magiſtratuꝫ occidere:qa non eſt turpis perſona magiſtratus.¶Quero vtrum ſi vxor eſt ignominioſa uel ducta cõtra.l.an liceat occidere adulterum marito uel patri.videtur ꝙ non:quia nõ poteſt accuſare iure mariti:ut.l.ſi vxor.§.plane.ꝛ.§.ſed ꝛ ſi ea.ꝟ.e.ergo non poteſt occidere:ꝛ hoc eſt verum:lꝫ glo.dicat cõtra ꝛ male.ĩ.ad muni.l.pe.§.ſi.¶Quero quid ſi ipſe maritus eſt uilis homo uel pater vtrum liceat adulterum occidere.Rñ.non:qa ſi eſt vilis perſona non poteſt accuſare iure mariti:ut.l.iij.ꝟ.e.ꝛ ibi no.in glo.ergo non licet ei occidere.

Ex.l.ſequenti.

¶Confeſſio facta extra iudicium facit indiciuꝫ ad torturam:ꝛ quando aliquis dicatur cõmittere priuatũ carcerem:ꝛ an tenere aliquem in priuato carcere ſit offenſa in perſonam.

c

## Capite quinto.

[b] ¶Op.ꝙ teſtimonium de quo loquitur hic nõ releuet aliquid.nam teſtis non poterit dicere niſi ꝙ vidit eum captum:ꝛ dicebatur ꝙ erat deprehenſus in adulterio:ꝛ ſic erit teſtimoniuꝫ de auditu qꝺ non ualet:ut.l.teſtium.C.de teſti.dicunt quidã ſpeciale hic ꝙ teſtimoniũ ꝺ auditu valet.Pla.dicebat hoc teſtimonium non multum approbo:ut.l.metũ.C.qꝺ me.cã.glo.dicit ꝙ teſtes dicentꝰ ꝙ viderunt eum captuꝫ ꝛ ꝙ audierunt cũ confitentem ꝙ fuit captus:quia fuit deprehenſus in adulterio[k]:ꝛ ſic confeſſio ſua extra iudicium valet ut poſſit poni ad torturam:non ꝙ faciat plenam probationem:quod tene menti.tenet ergo glo.ꝙ confeſſio facta extra ius eſt ſufficiens indicium ad torturaꝫ.qꝺ placet[l].ar.l.qro in ſi.ꝟ.de edil.edic.facit quod no.in.l.fulcinius

b Capite qnto.hãc.l.alle.bar.i.l.admonẽdi.i.viii.col.ꝺ iureiurã.ꝙ cõ
c feſſio facta abſite ꝑte iducit ſemiplenã ꝑbationẽ.

i ¶Teſtes dicẽt adde bal.i.l.i bonefidei.ꝟ.ꝺ re.cre.ꝛ adde ꝙ cõfeſſio facta extra iudiciũ eſt ſufficiẽs ad penã extraoꝛdinariã iponendã.l.ictus fuſtiũ.ꝺ infa.Itẽ adde qꝺ i criminalibꝰ cõfeſſio facta i act.i alio iudicio eſt ſufficiẽs ad formãdũ iqſitionẽ ꝭꝫ bal.i.l.mercalẽ.ꝺ ꝯdi.ob tur.cãꝫ.fac.l.nullũ.ꝺ teſt.

k ¶In adulterio.Et adꝺ ꝙ ad hoc vt dicaẜ ꝑbatũ adulteriũ dꝫ ꝑbari matrimoniũ fuiſſe.alias ſuccũbereẜ ꝭꝫ bal.i.l.ita demũ.ꝺ ꝑcu.ad ſi.facit qꝺ no.bar.i.l.ſi cui.§.i.de le.i.ꝛ uide bar.i.l.ii.i pri.ꝺ fur.ꝛ i.l.ii.§.ſi.ꝟ.e.et ange.i.l.i.ĩ.de extraoꝛ.crimi.vide bar.i.l.ii.§.itẽ ab eo ꝺ aqua plu.ar.

l ¶Qꝺ placet.vtrũ cõfeſſio extra iudiciũ ſit ſufficiẽs indiciũ ad torturã.

adde qð idē uoluit inno.in.c.ſicut.de teſti.⁊ bal.in.l.ictus fuſtiū.ð infa. ⁊ Flo.in.c.at ſi clerici.de iudi.⁊ do.de ro.ſua deci.cclxxii.⁊ uide bar.in.l. admonēdi.de iureiuran.⁊ ad materiā vide glo.in.c.qȝ ſit graue.ð exceſ. prela.vbi ēt Inno.⁊ Imol.in.c.pro inquiſitis.de elec.⁊ in.c. qualiter et qñ.de accu.⁊ in.c.dilecti de oꝛ.cogni.⁊ in.c.ii.de confeſ.⁊ do.an.i.d.c. at ſi clerici.

⁊ facit dictum bar.in.l.cum ſcimus.de agri.⁊ cenſi.lib.xi. Sed an cōfeſſio facta a ſubdito extra territoꝛium coꝛam ſuo iudice ꝓbet.vide qð habeo in.l.ſi.ſ.de iuriſ.om.iu. Item adde qð hāc glo. allegauit bar.in.l.ſi. circa indicia ſpecialia.j.de qōnibus. ADDE qñ cōfeſſio extraiudicialis iuncta cū aliis argumētis ſit ſufficiens ad cōdēnādū.bal.cōſil.cxxii.lib.i.

cōtrariū uoluit dicēs talem cōfeſſionē idē opari in criminali qð in ciuili: q: confeſſio extra iudicium facta ſm terminos.l. ſi cautio. de fide inſtru. facit plenaȝ fidem.qð tñ ibi reprobat Imol. Item iſta faciunt: an confeſſio facta in curia iudicis probet delictum: ð qua bal.in.l.ſi.j. de proba.et faciunt que ſcripta ſunt in.l.ſenatus in princi.ad turpil.⁊ i ſimili dixit ange. in repe. l.ſi vacātia .C.ð bo. uacan.li.x. videlicet cautus iudex ſi accipiat diffamationeȝ rei culpabilis in camera ſed in tribunali. Inno.tñ.in.c.cū illa tua.q matri.accu. poſ.dicit ꝙ iudex ex officio recipit i formatiōes infamie ⁊ ð notoꝛio nulla ptis cita. facta in camera.fac qð no.bal.in.c. ſi intra.ð cō ſue.rec. feu. alias eſt de .l.cōradi. et de cōfeſſiōe in camera uide aliquid per bal.in.l. ictus fuſtiū. de infa.⁊ ꝙ ɔfeſſio extra iudicialis faciat plenum ꝑiudiciū.tenet bal.in.l. .i. in.v.col. de cōfeſ. fallit i delictis que ptinent ad iudiciuȝ eccleſie i fauoꝛē aiaruȝ ſm Bal.i.l. .i.i. iiii. col. de fal. cau.

§.ſ.i.ex q.cau.in poſ.ea. ¶ Circa.l.noſtrā quero que ſunt ſufficientes probationes adulterij. glo.hic dicit ⁊ bene ꝙ ſit inuentus in rebus veneris. Nota ergo ꝙ ſi teſtis dicit ꝙ eum inuenit in rebus veneris: vt quia inuenit eum in camera ſolum vel oſculantē vel tangentem: quia iſta ſufficiunt ad probationem adulterij: vt hac glo. canoniſte habent expreſſius.extra de teſti.c.preterea.de preſump.c.litteris.⁊.c.tertio loco. ¶ Ulterius nota hanc.l.ad aliud quando aliquis dicatur aliqueȝ detinere in priuato carcere.de quo habemus ti.de priua.car.C. Breuiter circa hoc aduerte ad tria verba. quidam priuati ſunt qui habent ius capiēdi ⁊ detinendi: vt dominus ſeruum: ⁊ pater filiuȝ: vt.l.j.⁊.l.ij.C.de pa.po.⁊.ſ. de li.ho.exhi.l.iij.§.j.⁊.ij.⁊ iſti ſine dubio priuatum carcerem nō cōmittunt.tāgitur in.l.j.C. de priua.car.quidam ſunt qui habēt ius capiendi non detinendi.⁊ iſti ita demum videntur cōmittere carcerem priuatum ſi vltra.xx.horas detineant[a]. hic eſt caſus in.l.iſta. vnde ſi aliquis capit falſificatorem monete ex forma.l.j.C.de fal.mone.vel ſi caperet fureȝ ex forma.l.itaqȝ.ad.l.acqli.⁊.l.ſi quis in ſerui.circa finē.ſ.de fur.⁊ ſimilibus caſibus non poteſt retinere vltra.xx.horas. alias diceretur cōmittere priuatuȝ carcerē. Idē dico de eo qui capit debitorem fugientem: vt.l. ait pretor.§.ſi debitorem.ſ.de his que in frau. credi.ad quod facit quod nota.inſti.de ac.i pri. quidam ſunt qui nō habent ius capiendi nec detinendi.in iſtis eſt aduertendum ob quam cauſam aliquem capiant.ſi enim capiunt vulnerant ⁊ occidunt incontinenti inſpicimus ſolum illud delictum propter quod capiebant: vt.l. illud.ſ. ad.l.acqui.ſed ſi ex īteruallo occiderint tunc de vtroqȝ tenentur.ſ.de priuato carcere: ⁊ de occiſo: vt.l.nunꝗ.ſ.de priua.delic. ¶ Quero vtruȝ tenere aliquem in priuato carcere ſit offenſa in perſona dic de hoc per Inno.extra de ſenten.ex cōmu.c.nuper.in prima glo.[b]

Ex.l.ſequenti.

¶ Cum cauſa cōmittitur conſulenda cuius expenſis debet cōmitti vide in ſi.

## I poſtulauerit.

¶ Op. hic innuit ꝙ ſeruus eſt accuſatus de adulterio dū dicit: ſeruo adulterij accuſato.⁊.j. innuit alium eſſe accuſatum.cum: dicit tantam pecuniaȝ adulterij ⁊c.ſed duo accuſari ſimul de adulterio non poſſunt: vt.l.reos.C.e.⁊.l.ſi maritus.in ſi.ſ.eo. ergo male.huius timore legitur hec.l. duobus modis. Uno modo ꝙ hec lec.ponitur in ſi.glo. ꝙ accuſatur mulier de adulterio ⁊ ſeruus accuſatur de auxilio ſeu de cōſilio quod poteſt: vt.j.e. .l.nihil in ſi. Alia lec. eſt ꝙ hic ſolum extraneus accuſabatur ⁊ nō ſeruus: ⁊ ꝙ hic i littera dicitur in ſeruo adulterij accuſato.legunt ſic: vt punctetur dictioneȝ ſeruus.⁊ quod dicitur adulterij accuſato.dic.ſ.aliquo alio.alij habent litteram: vt hic ſit adulteram: que littera nullo modo cōgruit.ideo glo.nō proſequitur eam.retēta ergo hac ꝙ ſeruus non fuit accuſatus tunc op. ꝙ ille qui in teſtem eum produxit ſolum debeat ſoluere cōdemnationē: vt.l.quoniā.C.de teſ. Quidam fatentur cōtra.ſ.ꝙ tantum debeat ſoluere accuſator ſi ſuccubuit ꝗtum accuſatus.ſ. quando ipſe ſuccubuit: ⁊ ille qui ſuccubuit debet ſoluere.pro hoc facit.j.e.l.§.pe. Iſta lec.eſt vera habito reſpectu ad finem.ſ.tempore diffinitiue ſententie: in qua victus victori in expenſis condemnatur etiam in cauſa criminali ſm opi.veram: prout eſt caſus in.l.ſi.C.de fruc.⁊ lit.expen.⁊ facit.l.q crimen.C.qui accu.nō poſ.de qua opi.dicam i materia.j.ad turpil.ſed principium.l.noſtre loquitur quando quis debeat ſoluere illo tunc cū petitur torqueri.quare alij dicūt ꝙ quilibet ſoluit totam cōdemnationem.ſ.accuſator totum precium ſerui ⁊ accuſatus totum precium ſerui qð eſt cōtra caſum.j.e.l.in ſi.l.alij dicunt ꝙ vterqȝ ſoluit dimidiam.⁊ hāc lec. tenet glo.j.e.l.§.pe. in ſi.⁊.C.e.l.verba.ad.l.quoniam.nō reſpōdent tu vero reſpōdeas ſic. aliud eſt in productione teſtis: aliud cuȝ ſeruus petitur torqueri. rō quia in productione teſtis ille ſolū prebet cauſaȝ qui producit. ſed quando quis petit aliquē torqueri prebet cauſam vterqȝ tam producens ꝗ etiaȝ accuſatus cōtra quem opoꝛtet ꝙ appareant aliqua indicia anteꝗ perueniatur ad torturam: vt .l.j.in prin.⁊ per multas.ll.j.de queſtio.pro hoc facit optime.l.iij.§.j.ſ.ſi.regū.vbi expreſſe mēſuratori debet ſolui de cōmuni. ⁊ ideo quando cōmittitur queſtio cōſulenda ſapienti cuius expenſis debet cōmitti: tunc diſtingue[c]. aut iudex ſentiebat pro vna parte: ⁊ alia pars petit conſilium ſapientis tunc debet cōmitti expenſis illius qui petit conſilium quoniā ille ſolus prebet cauſam huic cōmiſſioni.ſi vero iudex viſis allegationibus vtriuſqȝ partis ſup queſtione dubitat tūc ſi queſtionem cōmittit cōſulendam ſapienti debet fieri expenſis cōmunibus quoniā vtraqȝ ps prebet cauſam cōmiſſionis.⁊ idem dicas in ſimilibus actibus qui ſiunt in iudicio per ea que dixi .ſ.⁊ facit.l.generaliter.§.his de preſentibus.C. de iureiuran. tene menti.

## Sed diſpiciamus.

Dicitur ſ ꝙ bonefidei poſſeſſori ⁊ creditori datur hic contra.in .l.j.§.j.ſ.ad ſil.⁊ de edi.edic.l.ſciendum.§.deide.glo.non ſol.ſed dic ibi lex loquitur de domino hic de eo ad quem ea res pertinet que verba ſunt latioꝛa. ¶ Item op.de.l.nō ſolum.§.queritur.ſ.de procura. Reſpō.ibi actio queritur per hominē hic vero datur per.l. ¶ Iteȝ op.⁊ videtur ꝙ iſta pena debeat diuidi iter dominū ⁊ bonefidei poſſeſſorem: vt.l.furtiua.ſ.de furtis. gl. que eſt hic concedit cōtra.ſed iſtud eſt cōtra iſtū tex.in quo totum tribuitur domino.dicendū eſt ergo ꝙ ibi loquitur in eo quod eſt mera pena. vnde vnicuiqȝ duplatur prout ſua ītereſt hic vero loquitur in precio vero rei quod totum bone fidei emptori datur vt hic: qð intelligo quando nō apparet dominus: quia tūc ipſe preferretur:

a ¶ Detineant adde qð no. per glo. i.c.cū nō ab homine. de iudi.⁊ qñ aliquis alium capere poſſit.uide plene bar. in.l. cuȝ eo.j. ad .l.iul. pecu. ⁊ an qs poſſit tenere bānitum q poteſt impune offendi i priuato carcere bal.ꝙ ſic i.l. .i.de priua. carce. ⁊ ad id quod dīc bar.hic ð capiente debitoꝛem fugitiuum.adde bal. in auē. imo. de ac. ⁊ obliga. et ſcias ꝙ ſi aliquis poſuerit in carcere ꝑuato aliquem ꝙ poteſt carceratus aufugere ſi vult: nec tenetur ð fracto carcere. dictuȝ fuit ro.in.l. admonēdi. de iureiurā.

b ¶ In pria glo.uide ro. i'.l. licitatio .§. quod illicite.de pub.

c I poſtulauerit.tūc diſtingue. Adde.l.eoſ. ⁊ quod ibi habetur .C. de appel. et in.l.ſi.C. de prin. agen.i re.li.x.⁊ qð no.glo.in.l. eos.§.pe.de vſur.⁊ i hac .q.adde io. an.in ti. de aſſeſſoꝛe.§. ſalarium. et .l.iiii .C. de ſta.⁊ imagi. ⁊ no.i.c. ſtatutum.§.aſſeſſoꝛes. de reſcrip.i.vi. et no.bal.in .l. hac .l.C. de ſen. expi. reci.⁊ i.l.ii. i.iiii.col.C. de ede. ⁊ in .l. generaliter.§. his.ð re. credi. et

adiec.leg. Item adde ꝙ glo.hic ſin.dixit ꝙ licet alias confeſſioni facte in tormentis non debet citari.l.i.§.diuus.j.de queſtio.fallit niſi de eodem proceſſerit bina confeſſio extraiudicialis. Iteȝ probat hec glo.quia licet alias non probet vna confeſſio extraiudicialis tamen eſt geminata ꝓbat.

iō dicit bal.in.l.eos.§.apoſtolos.de appellationibus ꝙ apoſtoli debent dari expenſis petentis: et cum Bar.hic tenet Bal.in.l.iii.C.e. et inquātum dicit eum uiſis allegatis: uide bar.hic in.l.ille aut ille.de lega.iii.et ad materiā circa expenſas fiendas: uide in.l.pretoꝛ.§.i.ſ.e.i.⁊ bar.in.l.

.ii.§.defendi.ff.ex qui.cau.in poſ.ca.vbi habes poſt eum.

a ¶ Queſtioni.aduocatus. An ⁊ qñ examinationi teſtiũ debet aduocatus eſſe preſens.vide Bar.in.l.ii.de ſacroſan.ec.⁊ ſcripſi in.l.cuſtodes.de publi.iudi.

b ¶ Aduocatus preſens. An aduocatus debet eſſe preſens qñ quando pars reſpondet poſitiõibus.adde ꝙ aduocat⁹ nõ debet partẽ inſtruere:vt no.gl.⁊ bar.in.l.ii.de iura.caliũ.⁊ ad de no.ſʒ hoſti.in.c.dilecti.de iudi.ꝙ iudex poterit iterdũ ꝑmittere aduocatum reſpõdere poſitionibus ſi videt reũ nimis ſimplicẽ qui poſſʒ decipi i rñſiõe.fa.c.paſtoralis.eo.ti.qḋ ſeqꝛ Jmol.⁊ doc.in.d.c.dilecti.⁊ videtur velle Jnn.⁊ doc.in.d.c.paſtoralis.⁊ refert etiã Bal.in l.ii.de iura.calũ.in pñ.⁊ vide abbatẽ in.c.paſtoralis in fi.Ex oppo.vide doc.in.c.ii.de cõfeſ.in.vi.⁊ vide bal.tenentẽ ꝙ nõ debeat eſſe preſens in.l.proxi.ff.his que i teſta.delẽ.⁊ in.l.nõ ſolum.ff.de ꝓcur.qḋ limita niſi pars ſit ꝑſona ruſtica ſiue idiota.ita dixit hoſtien.in.c.dilecti.de iud.ita tenẽt cõiter cano.in.c.paſtoralis eo.ti.ff iudi.⁊ vide bar.in.l.cuſtodias.ff.de accuſa.⁊ bar.i.l.proxi.⁊ in.l.ſolum.ff.alle.

vt.l.bona fides.ff.depo. iſtud autem qḋ hic dicitur ꝙ ſoluit creditori: itelligas creditori eius vt.l.inter omnes.in fi.ff.de fur.

Ex.§.ſequenti.

¶ An ex ſententia interlocutoria oriatur actio in factum.

**Si liber homo.** ¶ Quero ad qd detur iſta actio vtilis. Rñ.ad eſtimationẽ operarũ amiſſarũ ⁊ amittendarũ: quoniã liberũ corpus non recipit eſtimationẽ:vt.l.ex hac.ff.ſi qua.pau.fe.di.⁊.l.que actio.§.i.ff.ad.l.acql. ¶ Jtem hic dicitur datur actio vtilis. quero que ſit iſta actio utilis. quidam dicunt ꝙ cõdictio ex.l.ut.j.l.proxi.ſed condictio ex.l.habet locũ quãdo in.l.non eſt expreſſum de alia:ut.l.i.de condi.ex.l.ſed in.l.eſt expreſſum ꝙ ex ſententia iudicis datur actio in factũ ſeu iudicati:ut.l.iiij.per totam.l.ff.de re iudi.quidam dicunt ꝙ hec concurrit cuꝫ illa. Alij dicũt ꝙ ſunt caſus diuerſi: ⁊ hoc placet. ſi enim iudex precepiſſet pecuniam dari: haberet locuꝫ actio in factum. ſed hic loquitur quando iudex non precepit: uel ſi eſtimabit iſtum liberũ tanꝙ ſeruum:⁊ ſic ſententia iudicis non preceſſit. Ex hoc no.ꝙ ex ſentẽtia interlocutoria iudicis oritur actio in factuꝫ: vt plene dixi in.l.a diuo pio.§.i.ff.de re iudi.

**Haberi queſtioneꝫ.** Huc uſque habuiſtis quãdo petitur torqueri ſeruus extranei: hic quãdo petitur torqueri ſeruus ꝓprius accuſati: ⁊ etiã qñ petitur torqueri ſeru⁹ extranei. ¶ Op.ff.qui ⁊ a qui.l.ꝓſpexit. dicunt quidam ꝙ hic dicit de ſeruis extraneorũ haberi queſtionem eſt uerum:ſi ⁊ ipſi ſunt traditi ad uſum mulierum. Alij dicunt ⁊ melius ꝙ illud quod in.l.proſpexit deficit de ſeruis extraneorũ ſuppletur hic.uel.l.ꝓſpexit.loquitur quãtũ ad impediendã libertatẽ:ut non poſſint manumitti: qḋ in ſeruis extraneorũ non habet locum:ſed ſolum in proprijs. ⁊ hoc puto uerum.glo.ſummat hanc materiam.C.e.l.verba.

Ex.§.ſequenti.

¶ An aduocati debeant eſſe preſentes examinationi teſtium:⁊ reſponſioni poſitionum.

**Queſtioni.** Qualiter aduocatus[a] debeat intereſſe qñ dixi i.l.cuſtodias.ff.de pu.iudi.qa debet itelligi hoc ẽ eſtimationi an debeat torqueri.⁊ eodẽ modo ꝙ hic dicitur ꝙ patroni poſſint interrogare itelligo .i.interrogatoria facere ſm que examinatur iſte qui erit teſtis ꝓductus. de iſtis interrogatorijs habemus extra de teſti.c.i.li.vi.⁊ in ſpec.in ti.de teſti. Ad hoc ꝙ aduocati ⁊ partes debeant intereſſe examinationi teſtium facit iſte tex.ſed cõſuetudo ſeruat ꝙ iuramento ſint preſentes partes non aũt examinationi: quia illa debent fieri in ſecreto:vt.l.ſi qñ.C.de teſti.⁊ ibi no.⁊ ita obſeruatur. Jtem allegatur iſta.l.ꝙ qñ rñdetur poſitionibus per partem: debeat eſſe aduocatus preſens[b].ſed in quibuſdam terris hoc obſeruatur in quibuſdam nõ.vnde ſerua cõſuetudinem. ſed mihi placet ꝙ aduocatus debet eſſe preſens.ſerua tamen cõſuetudinem.

**De eo quoqꝫ.** ¶ Op.⁊ videtur ꝙ in iſto.§.ꝙ ſeruus

c ¶.§.ſi de vectigalibus.ſed ibi nõ ponit hanc vlti.q.⁊ iſtud vltimũ limita niſi pater patiatur capi.diminu.per quã vſufructus amittatur.ita vult bal.limitando predicta in.l.corruptionem.de vſufruc.in vna addi.in vlti.col.⁊ vide Bar.in.l.iii.§.ſed vtrũ.ff.de mino.ꝙ deportatis vel publicatis alicuius ego nõ priuer vſufrucu.vide tex.in.l.ſed ſi minor.ff.de pigno.l.ſi ſuperatus eo.ti.per Bal.in.c.i.de cõtro.inueſti.nõ ob.l.lex vectigalis.de pigno.vide tamẽ ibi Alex.in.x.⁊.xi.col.vbi late ponit.

alicuius dicatur eſſe in quo habet vſufructũ:uel ei bona fide ſeruit. cõtra in.l.i.§.qui ſeruum.ff.ad ſyl.⁊ ca.l.§.ſerui appellatione:⁊.§.ſed i eo. ad vtrũqꝫ rñdeo.ibi tractatur de pena inferenda ſeruo.⁊ ideo ſignificatio dñi reſtringitur.hic vero loquitur de veritate indaganda.⁊ ideo ſignificatio dñi extenditur.

**Jubet.** ¶ Quero dr hic ꝙ publicabitur. ¶ Querit glo.an fiſcus dabit pcium ſerui publicati.⁊ dic ꝙ ſic:vt in glo. ¶ Ulteri⁹ iſte.§.facit ad.q.de filiofa.delinquẽte vtrum publicetur ꝓprietas eius quã hʒ ⁊ facit ꝙ ſic. Jdẽ ſi publicantur bona patris:vt publicetur vſufructus ꝑceptio quã hʒ pater in bonis filij.ego hãc .q.latius examinaui in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus[c].ff.de dã.infec. Ex.§.ſequenti.

¶ An teſtis poſſit dictũ ſuum corrigere.

**Sed ⁊ ſi negauerit.** No.ꝙ lʒ teſtis anteꝙ torqatur dicat vnum:⁊ poſtꝙ torquetur dicat aliud:eſt ei credẽdum:qḋ tene mẽti. ¶ Scḋo no.ex hoc tex.ubi uidetur caſus expreſſus ꝙ teſtis poſſet corrigere dictũ⁹ ſuuꝫ:ut ſi primo dixerit mẽdacium poſtea poſſit dicere ueritatem.glo.tñ in auc.de teſti.§.q vero. videtur dicere ꝙ poſſet corrigere dictũ ſuum incõtinenti. ſed ſi iret ⁊ loqretur cum partibus nõ poſſet poſtea corrigere dictum ſuum.ita no.ibi:⁊ ita cõiter obſeruatur.ſed illa glo. loqtur in correctione dicti qḋ facit teſtis ſponte.ſed ſi metu tormẽtorum uellet corrigere dictũ ſuum puto ei ſtãdum ſemper ante publicationem per hunc tex. tamẽ boni aſſeſſores faciunt ꝙ nõ repetitur niſi unuꝫ dictum.ſ.illud qḋ dicunt poſt tormenta.

Ex.§.ſequenti.

¶ An uictus uictori debeat cõdẽnari in expenſis in criminalibus.

**Si reus.** ¶ Op.ꝙ fiſcus ſoluat precium.⁊ ſic extimari nõ dʒ:ut no.in.§.iubet. Rñ.fiſcus ſoluit pcium ſerui qḋ eſt poſt torturam.⁊ ideo ſit extimatio vt ſciatur quãtum ualebat plus ante torturam. ¶ Ultimo no.hic quaſi caſum ꝙ in criminalibus uictus uictori debeat cõdẽnari ad expenſas ⁊ ad alia dãna ſicut in ciuilibus:ut.l.nõ ignorat.C.de fruc.⁊ li.expẽ.⁊ facit qḋ dixi.ff.e.l.in prin. ⁊ uidetur tex.ſm unam lec.in.l.fi.C.de fruc.⁊ li.expen. facit.l.q crimẽ.C.q accu.non poſ.

q **Uod ex his.** No.ꝙ ti.ff cõditio.ex.l.hʒ locũ in.ll.iſtis antiqs.⁊ tñ.l.i.C.de cõdi.ex.l.dicit ꝙ ſi ex noua.l.cauſatur obligatõ hʒ locũ ꝯditio ex.l.⁊ ſic iſte.ll.digeſtoꝝ.dñr noue.ll.dic ut ibi.

m **Ariti.** Hec.l.corrigitur hodie ꝑ autẽ.ut lice.ma.⁊ auie.§.ſi ad ulterã.poſitã.C.e.ti.auc.nouo iure.

Ex.§.ſequenti.

¶ An q ſemel receptauit aliquem q amiſſit aliqd receptator teneatur ꝑ titulũ nau.caupo.ſtabu.

**Qui queſtum.** Jſte.§.facit ad q.aliqs eſt hoſpitatus aliqueꝫ ſemel tũc ille talis ſemel receptus aliqd perdidit.qritur an ille talis hoſpitator teneatur ex illo ti.nau.caupo.ſta. Gu.de ſuza.tenet ꝙ ſic ꝑ hũc tex. Ego ꝯſueui dicere cõtrariũ qa iſta noia verbalia q ſunt ſignificatiua alicuius

d ¶ Sed ⁊ ſi negauerit.corrigere dictum ſuum. Et qñ ⁊ quõ teſtis poſſit corrigere dictũ ſuũ vide bar.⁊ qḋ ibi habes in.l.eoſ.j.de fal. Et no.ꝙ ſi teſtis vnum dixit ſine tormẽtis ⁊ aliũ in tormẽtis ſtatur vltimo dicto:ut hic vult Bar.queꝫ ſequitur Bal.in.l.iii.in.i.col.C.e.ti.⁊ bar.in.d.l.eos.⁊ qd ſi in tormentis nõ ꝑſeuerauerit: vide bal.i.l.fi.de qõ.

e Ariti m.§.quinquẽnium.ꝓpoſitionem libelli.ꝑ ſolã dationem libelli interrũpitur preſcriptio in criminalibus. bal.ff diſtinguẽdo in.l.i.C.qñ li.prin.da.⁊c.ff hoc ꝑ Ro.in.l.i.in pñ.de arbi.ꝑ bar.in.l.naturaliter.ad fi.de vſucap.

a Ater p §.ſexaginta ad momentū:vide moder. in.d.§. biduum.iuncto eo qđ dicitur i.§. dies ſed qñ dicitur ex die ꝙ nō cōphendaꝛ de momēto ad momētuȝ.tȝ Bal.in.l.ſi. de iure do. impe. vide bar. in.l. lex hoc iure. in prin. de iuſti.⁊ iure.

b Nihil. n ⁊ vide Barto.in.l. hos accuſare.§.lege.ſ. de accuſa.⁊ ꝑ iſtum tex. dixit bal. in .l. iuris. ad ſi.qui.reſ iudi. nō no.ꝙ ſnia lata ꝯ̄ occiſores nō ꝑiudicat mādatariis.Et nota.ex.hoc tex.ꝙ pluresſ poſſūt accuſari eodē libello:⁊ vide bar. in .d.l. hos accuſare.§.lege.ſ. de accuſa.

c s Si quis adulterium.⁊ facit qđ no. bar. in.l. ſi.j. de qō. an quis poſſit torqri ante publicatas atteſtationes: uide bal.in.l.nulites. de qō. Ex op.hāc.l. allegat bar. in.l. marit⁹. in ꝟ. vlteri⁹ .j.de qō.

d Si quis adulterū. facit ad.q. Si ciuitas fuit dānata ad đſtruc. murorum an poſtea poterit reficere. facit qđ no.in .l.in op⁹. de ope. pub. ⁊ bar.⁊ alex.i .l. ꝑmiſceri .j.de acqui. poſ. ⁊ vide bar.⁊ bal.in .l. ſeruuſ.C. de penis. et uide de iſta .q.ꝑ ang. in .l.in numeratiſ.j. de ſolu.ꝑ Jmo.i .l.ſi fideiuſ.

officij quod qs aſſumit ſua auctoritate: ut mercator ⁊ hoſpitator:⁊ ſimilia nō verificanꝛ ex actu vno ſed requirit aſſiduitatē:vt.l.i.§.i. de tributoria:⁊ ideo nō tenetur illa actione directa ſꝫ vtili ſic:vt ibi dꝛ.dixi plene in.l.legatis ſeruis.in prin.ſ.de le.iij.⁊ ibi videatis.ſed in iſtis noib⁹ que ſunt ſignificatiua delicti vt effractor raptor expilator ⁊ ſi.vno actu verificāꝛ:vt hic plene dixi in prealle.l.legatis ſeruis.in prin.

Ex.§.ſequenti.

Si aliquis ſtetit in adulterio ꝑ triēniuȝ a quo tēpore incipiatur tempus.

## Sex menſium.

.§.iſte legiꝛ duobus modis i gl. pone caſum.aliqua cōmiſit adulteriuȝ,ꝑpter qđ fuit dimiſſa a viro ſuo.queriꝛ ſex mēſes a quo tēpore icipiunt currere. Rñ.ſi qdem iſta repudiata durauerit vidua icipiunt currere a die cōmiſſi criminis.ſi vero nupſit ſcđo a die diuortij. hec lec.poniꝛ circa prin.glo.vide glo.que incipit de adulterio.⁊ ibi:ſed in adultera dic:hic icipit ponere caſum.⁊ ibi dū dicit.j.,ꝑxi.§.dic hec eadeȝ lec.poniꝛ.j.ea.glo.ver.vel verius.Scđo modo legiꝛ iſta.l.vt ponat caſum ſic. quero a quo tēpore icipit currere tp̄s ſex mēſium. Rñdet iuriſcō.ꝙ ſi qdeȝ fuit vidua illa que cōmiſit crimē a tēpore criminis cōmiſſi:ſi fuerit nupta a tp̄e diuortij.hec lec.poniꝛ in glo.ibi:vel forte loquiꝛ in vidua ⁊c.hec lec.nō placet glo.⁊ bene ⁊ rō ē: qa in accuſatione filie vidue nō ſunt ſtatuta tp̄a ſex mēſium in qbus vir accuſet ifra.xl. dies iure mariti:⁊ ifra alios q̄ttor mēſes iure extranei: vt .l.nec in ea.§.i.ſ.e.Querit glo.qd ſi aliquis ſtetit in adulterio cōtinuo ꝑ triēnium quo tp̄e iſpicimus tp̄s.dicūt qdam a principio: vt.l.ei q .ſ.de fur.alij dicūt ꝙ ab vltimo.⁊ ſic videꝛ dicere glo.ꝙ de quolibet adulterio poſſit accuſari. no.bene hanc glo.q̄ glo.videtur cōtra id quod no. in.l.vulgaris.

## Hoc quinquennium.

No.ꝙ tēpus ſtatutū in ſi.l.videtur ꝙ porrigaꝛ ad oīa capita.l.de hoc tangā.ſ.vi bo.rapt.l. ait pretor.§.ſi quis aduentu.

Ex.§.ſequenti.

Preſcriptio ſtatuta accuſationi criminali interrumpiꝛ ꝑ ſolaȝ libelli oblationē.ſecus i ciuili.

## Quinquēnium.

Nota.ex.l.iſta ꝙ p̄ſcriptō ſtatuta accuſationi criminali interrūpiꝛ ꝑ ſolā,ꝑpoſitionē libelli ⁊ ſic ꝑpetuaꝛ.ad qđ facit.j.,ꝑxi.ꝟ. ibi:poſtulationis dies prima.⁊.ſ.e.l.miles.§.ſexaginta.qđ ſecus eſt in ciuilib⁹ vbi reqritur citatio vel litis cōte.qđ eſt notādū.Jteȝ ex ꝟ. ſe.no. ꝙ ciuilis iterruptio que fit ꝑ dationē libelli non ꝓdeſt niſi interrūpenti.plene no.in.l.ſicut.§.illo.C.de p̄ſcrip.xxx.an.Cōtra hunc.§.op. ꝙ tp̄s accuſationis alterius proſit alteri accuſanti: vt.j.e.l.quinquēnium.ſo.vt ibi dicam ⁊c.

Ex.§.ſequenti.

De dictione aūt.

## Eum autem.

Quero an poſt quinquēnium dȝ accuſari.l.iulia de adul.vel dȝ accuſari.l.iulia de vi publica vel priuata.Rñ.qdaȝ dicūt.l.iul. de vi. ſed glo.dicit.l.iul.de adul.⁊ hoc innuit iſta aduerſitiua aūt.dicit.n.eum aūt ⁊c.qđ no. Ex hac glo.no.ꝙ ſignificatio hui⁹ cōiunctionis aūt.eſt aduerſari:vt.l.hoc amplius.§.de his aūt.ſ. de dā.ifec.⁊ eius natura eſt aduerſari his q̄ ſūt eiuſdeȝ generis:vt hac glo.⁊ ideo ſi dicerē ſic.ſcholares legūt:petrus aūt currit: intelligeꝛ petrus .ſ.ſcholariſ:vt aduerſetur his que ſunt eiuſdem generis.

p

## Alter.

Op.de.l.ſi.ſ.de pub.iu.ſo.itellige hic de euidenti calūnia:vt plene dixi in.l.is cui⁹ ope.§.ſi. .ſ.e.

Ex.§.ſequenti.

Idem eſt dicere a die diuortij ꝙ ex die.

## Sexaginta.

Dic hic.lx. dies a diuortio: ſꝫ.ſ.l. ꝑxi.§. ſex mēſium.dꝛ a die diuortij.⁊ ſic eſt idem dicere ex die diuortij ⁊ a diuortio.⁊ ſic vꝛ ꝙ in vtroqȝ ꝯtinueꝛ tp̄s de momēto ad momētū[a]: vt.l.i. .§.biduum.⁊.§.ſe.j.qñ appel.ſit quod tene mēti pro ſtatutis.

q

## Quinquēnium.

No. ꝙ iſtud quinquēniū eſt cōtinuum quo ad ꝓceſſum ſed ē vtile quo ad initiū.Op.ſ.l.,ꝑx.ꝟ.hoc ampli⁹. ubi tp̄s accuſationis alterius nō cōnumeraꝛ.Breuiter ibi loquiꝛ qñ ſecūdus accuſator non detulit accuſationi primi:imo ab accuſando eum remoueri fecit.hic vero loqtur qñ accuſationi primi detulit:ipſe tamen poſtea non eſt ꝓſecutus vel eſt preuaricatus.

Ex.l.ſequenti.

An producens teſtes falſos:teſtes cum ipſis poſſit eodē libello accuſari.

n

## Nihil.

[b]Jbi:non tamen ⁊c.Dy. cōſuluit vnam queſtionē an producens falſos teſtes ⁊ etiam ipſi teſtes poſſint eodem libello accuſari: ⁊ determinauit ꝙ ſic per.l.i.C.ſi reus vel accuſa. mor. fue. ⁊ ibi per Cy.de qua queſtione videtur hic caſus. facit.j.de fal.l.athletas.ad hoc facit glo.l.ſi poſt. in prin.ſ.e.in ſi.magne glo.

Ex.l.ſequenti.

Sicut ante litem conteſtatam nō debent recipi teſtes:ita nec debet aliquis torqueri.

s

## Si quis adulteriuȝ.[c]

Nota.dicit hic Jaco.de are.ꝙ ſicut ante li.cōteſta.non debent recipi teſtes:ita nec debet aliquis torqueri ante li.cōte.in preiudicium alicuius accuſandi.Quero quid vult dicere tex.in preiudicium eius.glo.dicit vno modo ⁊ bene.Jtem exponit ſecūdo modo ⁊ male in.l. ſeruos.§.ſi.ſ.de accu.

Ex.§.ſequenti.

Si ciuitas fuit damnata ad deſtructionem muri:an perpetuo murus debeat eſſe deſtructus.

## Si quis adulterum.

Oppo.hic dicitur diuortium factum debet durare perpetuo.contra.j.de penis.l.ſine preſinito.Solu.ibi tempus propter imperitiam fuit omiſſum:vt ibi dicam.Facit ad queſtioneȝ[d]. Ciuitas vel caſtrum fuit condēnatum ꝙ deſtruerētur muri ⁊ fuerunt deſtructi:an poſſint reponi. Dy.dicit ꝙ fuit determinatum ꝙ non:quia qđ hic dicitur debet intelligi ꝙ ſint deſtructi perpetuo. facit.l.ſeruus.C. de penis. vbi damnatus ſeruus i vinculis ſtare itelligitur perpetuo. ⁊ ibi Cy.hoc ponit.contra hoc videtur in.c. ex litteris.extra de conſti.Sol.ſi pena imponiꝛ ob cōtumaciam:tunc ceſſante contumacia ceſſat ⁊ pena[e]:vt dicto.c.ex litteris.⁊ ibi Jnno. hoc tenet.ſed ſi ob aliam cām pena imponitur: tūc loquitur precedens determinatio.

ſor.in.§. meminiſſe. de le.i.⁊ tangit ꝯ̄ Pe. de ancha.i.c.i. de vſur.i.vi. facit,tex. et ibi bar.i.l.ſicut .§.ſupuacuū qui. mo. pi. vel hy.ſo. et adde ꝙ p.c. ex litteris. qđ hic allebar.dicebat Bal.in.l.ij. C.de poſtu. ꝙ bānuȝ qđ ferꝛ ex cōtumacia bānito cōparēte in legitimo termino reduciꝛ ad ſimplicē citati. qđ intellige vt per eū in .l.ita demuȝ .C.de ꝓcut. ⁊ no.in.l.ab ſentē.de penis.

e Ceſſat ⁊ pena.Ceſſante contumacia dȝ ceſſare pena.l.i. .§.ſi ſup.ſ. de col. ho.⁊ no. Bal. et doc.in.l. puto.§.i.đ po. .c.ex litteris de ꝯſti. ⁊ qñ pena iponiꝛ an p̄ſumaꝛ i poſita ob crimen an ꝑꝑ cōtumaciaȝ do.an. ⁊ io. de ligna. in .d.c.ex litteriſ.dic ꝙ ob crimen p̄ſumiꝛ ipoſita. alle. Jnno.i .c.cuȝ bone de eta.⁊ quali.ſed Jmo. dicit ꝙ Jnno.hoc non dicit. et qđ hoc dictum nō eſt veruȝ ꝑ.l. ſi preſes ⁊.l.ſi de iterpretatione i rōne ſui.j.đ penis.⁊ hoc dicē ſatis voluiſſe goſ.et Jo. an. poſt eum.in.d.c. ex litteris.ꝑ cuius intellectu: uide bal.in.c. acceptā.i.ix.q. .C.de vſur.

Ccuſaturus.q̄ro de quibus.Et vide q̄d no.bar.in.l.edita.in.ii.col.
.C.de eden.⁊ Bal.in.l.qui accuſare.C.qui accuſa.non poſ.
ADDE q̄ alex.in.l.q̄cq̄d aſtringēde de ver.ob.alle.hunc tex.q̄ appellās recte appellat ſi dicit habeas ꝑ expreſſis cauſis grauaminis vſq̄z cras q̄z dabo tibi in ſcriptis ſi tñ illa dies ſequens ſit intra tp̄a appellādi ⁊ ita ēt dicit hoc vltimum tenere Bal.in.l.ii.C.d̄ epali audi.⁊ ang.⁊ Jmo.i.d.l.q̄cq̄d aſtringende idem velle.
b C.xxx.anno. Adde bal.in.l.mater.ne d̄ ſta.defunc.⁊ in.l.cum notiſſimi.de preſcrip.xxx.anno.
c C Male cōcepti.vtrū ꝑ libellum male cōceptum interrumpatur preſcriptio. Adde alex.in.l.iuſte.ff.de acq ren.poſ.ad fi.⁊ quid in minus ſolēni citatione: adde Bal.i.l.⁊ poſt edictum.de iudi.⁊ no.que dixi in.l.cuꝫ notiſſimi.C.de preſcrip.xxx.anno.⁊ dicit bal.q̄ non requiritur pemptorium edcīi ad iterrumpēdum: ſed ſufficit vnica citatio: ⁊ cuꝫ bar.hic tranſit bal.in.l.edita.C de eden.in.xii.col.
ADDE an ꝑ citati.minus ſolēneꝫ iterrumpatur preſcriptio Bal.cōſilio.clxvii.primo li.
d C Auc.oſferatur.⁊ ibi Bal.qui aliter loquitur in.vii.col.⁊ vide bal.in.l.i.in.i.col.ne ex delic.defun.
e C Solā citationeꝫ.Un de Bal.in.l.i.in.iii.col.C.de fruc.⁊ li.ex.vbi dicit q̄ etiā in preſcrip.que interrūpitur per li.cōteſta.ſi libellus fuit iceptus cuius vigore ſecuta fuit abſolutoria omnia perimunt̄ ⁊ ēt interruptio.
f C An citatio.No.q̄ citatio nulla nō interrūpit p̄ſcriptionē.⁊ an cōparitio ſequēs citati.nullā validet eā adeo q̄ interrūpat p̄ſcrip.vide bal.no. in.l.i.§.i.ibi:⁊ no.de feriis.Adde bal.in auc.oēs.C.ſi vt ſe ab her.abſti.⁊ in auc.offerat̄.in.vi.col.C.de li.cōte.ubi ad hoc alle.iſtā glo.ſed certe glo.ibi expſſe tenet ꝯtrium.arbitror Bal.ibi eſſe corruptū.⁊ vide alex.in.d.l.i.de feriis.in p̄n.⁊ tenēdo q̄ ſpōtanea cōparitio validet citationem: tunc q̄ro an ſola cōparitio ſequēs interrūpat an ſolū cū deuētū ē ad li.cōte.pōt.n.eē interuallum magnū iter cōparitio.⁊ li.cōte.⁊ obiectionē dilatoriaruꝫ q̄ obiectus p̄ſcriptionē ñ iterrūpit.c.cū dilectis.de oꝛ.cog.⁊ in hoc Pe.de ancha.in.l.i.de feriis tenet q̄ ꝑ ſolā ſpōtaneaꝫ cōparitiōeꝫ interrūpat̄: q̄z hꝫ vim citatiōis ⁊ maioꝛē:ut pꝫ ex his q̄ habentur ⁊ no.in.d.§.i.⁊ i.c.ſi.de elec.in.vi.q̄d ē no. Adde bal.in addi.in ſpec.in ti.de cita.⁊ ibi no.dixit q̄ meminit ſe legiſſe q̄ citatio realis interrūpat p̄ſcrip. Et ad p̄dc̄ā dicit bal.in.l.ꝑperāduꝫ.§.ſiq̄deꝫ.d̄ iudi.q̄ ſi citatio nō ſit legitime fc̄ā ſnīa lata ꝯ̄ actoꝛē ſit ipſo iure nulla et an libelli oblatio cuꝫ executoris miſſione corā arbitro iterrūpat p̄ſcrip.ſi ꝯpromiſſuꝫ nō tꝫ uide Gui.de ſuza.in.l.cū antea.C.de arbi.⁊ tenet ibi q̄ non ꝑ.l.ſi paterne ne de ſta.defunc.et ad bar.hic vide Alex.in rub.ff.de in ius vocā.cū concoꝛ.
ADDE q̄ citatio generalis:et i diſcreta iterrūpit p̄ſcrip.et fc̄ā ēt in alio loco q̄ꝫ domicilii p̄ſcribētis vt voluit bal.cōſi.clxvii.p̄mo li.et an ꝑ oblationē iceptī libelli ꝑ eundē in additionibus ad ſpec.in ti.de citatione.

Ex.l.ſequenti.

C An ꝑ porrectionem libelli male cōcepti interrumpatur preſcriptio.

a **Ccuſaturus.** Hec eſt bona.l.⁊.h.d.

Per porrectionē libelli male ꝯcepti nō interrūpitur preſcriptio adulterij.h.d.iſta lex. C Oppo.ſ̄.de arbi.l.qui arbiter ⁊.l.ſi is cui.ſ̄.de lega.ij.glo.non ſoluit.ſed reſpōdeo.ibi totū ius ſuum conſumpſerat ille qui volebat mutare ⁊ variare.hic vero ſecus. C Ulterius quero dr̄ hic ſi tempora largiantur.quero de quibus[a] tēporibus loq̄tur.hic glo.dat tres rñſiones.p̄mo q̄ loquitur de tempore ſtatuto a iudice: vt.l.ticia.ſ̄.de accuſa.⁊ hec eſt ſatis bona.alia q̄ loq̄tur de tempore.xxx.dierum.de quo loquitur.l.libellorum in fi.ſed iſta eſt falſa:⁊ reprobat̄ in.l.libellorum in fi.tertia ſo.eſt q̄ hic loq̄tur de tēpore quinquēnij de quo loquit̄.l.quinquēnium.ſ̄.e.⁊ iſta eſt bona. C Sed cōtra hoc op.per porrectionem libelli fuit iſta accuſatio ꝑpetuata:vt.l.mariti.§.q̄nquēniuꝫ.ſ̄.e.So.ibi libellus erat bene cōceptus hic male. C Sed cōtra hoc op.ego video q̄ p̄ſcriptio interrūpitur ꝑ ſolam citationem:vt.l.cum notiſſimi.C.de p̄ſcrip.xxx.anno.[b] ergo multomagis ꝑ dationem libelli lꝫ male cōcepti[c]. Circa hūc paſſuꝫ habetis glo.i auc.offeratur[d].⁊ ibi ſe nō bene firmat ⁊ ponit varias opi.ideo dico ſic.q̄dam eſt p̄ſcriptio que ꝑ dationem libelli interrūpitur:⁊ in illa reſpicit̄ vtꝝ libellus ſit bene cōceptus vel non.caſus eſt hic cōiuncta.l.mariti.§.q̄nquēnium.ſ̄.eo.q̄daꝫ eſt p̄ſcriptio que ꝑ ſolam citatiōeꝫ[e] interrumpit̄: vt p̄ſcriptio.xxx.an.⁊ in illa iſpicit̄ an citatio[f] ſit bene facta.nō curo utꝝ libellus ſit bene cōceptus vel nō:ut.l.cum notiſſimi.C.de p̄ſcrip.xxx.an.⁊ ita loq̄tur opi.illoꝝ in auc.offerat̄.q̄dam eſt preſcriptio que ꝑ ſolam li.cōte.interrumpit̄:ut.l.ii.in fi.ſ̄.pro emp.⁊ in iſta iſpicimus an lis ſit bene cōteſtata:ut in auc.offerat̄.ſm aliam opi.⁊.l.ſi pater.C.ne de ſta.defunc.

f **Jliumfa.** C No.q̄ in publicis iudicijs pōt eſſe fili⁹ ſine patris volūtate:ut hic.⁊ habuiſtis i.l.inter liberas.§.ſi filius.ſ̄.e.⁊ ibi dixi.

Ex.l.ſequenti.

C An q̄s poſſit puniri de inceſtu ⁊ ſtupro:ibi. Ulterius. Et q̄d releuat q̄ q̄s teneat̄ de inceſtu ⁊ ſtupro cū ſit equalis pena: ibi. Quero. Et an cum q̄s ꝯtrahit matrimoniū errando in iure naturali vel gētium excuſet̄:ibi. Et ideo. Et qualiter error iuris probet̄:ibi. Ultimo. Et an cū q̄s ꝑ ignorantiā excuſatur aliter puniat̄: vide in fi.

g **Jadulterium.** Hec ē bona.l.⁊ ſubtilis ⁊ difficilis.ſi cōmittit̄ adulterium cū iceſtu mulier punit̄ vt vir.ideꝫ ſi cōmittit̄ ſtuprū ⁊ inceſtus.ſed ab iceſtu excuſat̄ ꝑpter ignorantiam que p̄ſumit̄ in muliere minore:⁊ ſtatim penitēte.h.d.vſq̄z ad.§.iperatores.⁊ diuidit̄ principaliter in tres partes uel quattuor. Primo loquit̄ q̄ñ cōmittitur adulteriū cuꝫ iceſtu.ſc̄do q̄ñ cōmittitur ſtupruꝫ ⁊ iceſtus a maſculo.tertio q̄ñ cōmittit̄ ſtuprum ⁊ iceſtus a muliere ſub colore matrimonij.quarto q̄ñ maſculus aliqualiter excuſat̄.quinto q̄ñ in totum liberat̄. Sc̄da ibi:ſtuprum.tertia ibi.quare mulier.quarta ibi:nōnunq̄.quinta ibi.frēs deniq̄z. C Op.ad primā partem imo aliter punit̄ mulier q̄ vir:ut in auc.ſed hodie.cōiuncta.l.quāuis.C.e.ſolu.in adulterio ſimplici hec.l.eſt correcta.ſed in adulterio cum inceſtu nil eſt innouatuꝫ per illa iura.ar.ad hoc ĩ.l.pxi.§.p̄ſcriptione.⁊.§.inceſti. C Querit gl.que eſt pena iceſtus.glo.dicit q̄ eadē pena ē inceſtus que eſt adulterij:vt hic colligit̄:⁊ habuiſtis notatū in.l.iter liberas.§.i.ſ̄.e.nō habetis alia circa p̄mam partē. C Seq̄tur.§.ſtuprū vbi eſt ſc̄da pars ⁊ difficilis.§.⁊ legit̄ duob⁹ modis in iſtis.gl.primo q̄ hic loq̄tur ſimpliciter de adulterio ⁊ iceſtu.ſc̄do modo q̄ loquat̄ de ſtupro ⁊ iceſtu.⁊ q̄ hec.l.loquit̄ de adulterio ⁊ iceſtu.primo facit tex.q̄ dicit an adulterij pena ſufficiat.huic lec.applaudet glo.ſuꝑ verbo ſtupruꝫ ⁊ glo.ſuꝑ verbo filiā.⁊ gl.ſuꝑ v̄bo cōcurrūt.ſc̄do modo legit̄ hec.l.vt dixi de ſtupro ⁊ iceſtu.pro hac lec.facit tex.q̄ dicit ſtuprum.huic ēt applaudet gl.ſuꝑ verbo adulterij.⁊ glo.ſuꝑ verbo duplex.⁊ glo.ſuꝑ v̄bo errore. C Quero igit̄ q̄ iſtarum lec.ſit uera. Rñdeo hic loq̄tur de ſtupro ⁊ inceſtu.de adulterio enim ⁊ iceſtu non pōt loq̄:quia cum in nupta nulla cadit excuſatio: vt.ĩ.e.l.ver.fratres. C Ulterius q̄ro ꝑ declaratione.l.vtrum de vtroq̄z delicto puniat̄.ſ.de ſtupro ⁊ inceſtu:uel de adulterio ⁊ inceſtu.glo.dicit q̄ ſic ⁊ bene.⁊ hoc vult dicere tex.hic ibi:quia multū intereſt.vbi ſoluit hanc.q.q̄a videtur velle q̄ q̄ñ facit ſciēter puniatur de utroq̄z.facit.l.q̄d de crimine.C.de accuſa. C Ad hoc op.de.l.ſenatus.ſ̄.de accuſa.Solu.ibi dicit ob id crimē.hic vero ſunt diuerſa delicta lꝫ ex eodem facto deſcendant. C Cōtra hoc[g] op.de.d.l.ſenatus.ꝑut loquit̄ in parricidio ⁊ homicidio qu e ſunt delicta diuerſa:⁊ tamē nō pōt q̄s puniri de vtroq̄z. Rñ.illa delicta habēt ſe vt genus ⁊ ſp̄es.ſed delicta de quibus hic loquitur habent ſe vt excedentia ⁊ exceſſa:ſeu vt ſpecies ſeparare. C Sed contra hoc op.de.d.l.ſenat⁹.ꝑut hic loq̄tur de ſtupro ⁊ inceſtu.nam ſtuprum uidet̄ genus ad oēm coitum illicitum. Rñ.nō eſt uerꝫ.imo ſtuprū ē ſp̄es ſeparata:quia nō cōmittitur niſi in viduam vel in uirginem:ut habuiſtis.ſ̄.e.l.ſtupruꝫ.§ i.⁊.l.inter liberas.§.i.dixi q̄ tenetur de utroq̄z.ſ.de adulterio ⁊ iceſtu:ſeu ſtupro ⁊ inceſtu. C Quero q̄d releuat de utroq̄z teneri.ſi enim ē equalis pena:q̄a ē pena capitis:nil releuat teneri d̄ utroq̄z:cū ſemel tm̄ poſſit decapitari: ut.l.uulgaris.in p̄n.⁊ ibi dixi.ſ̄.de furtis.rñ.iſtud ē utile.p̄io q̄a ſi ſeq̄t̄ abſolutoria ſuꝑ uno poterit ab alio ſuꝑ alio crimīe accuſari:ut.l.q̄ de crimine.C.de accu. Jteꝫ ſi ſequat̄ cōdēnatoria prodeſt i hoc:q̄a ſm tp̄a hec nō erat pena capitis ſed minor:ut no.in.l.filius.§.miles.ſ̄.de his qui no.infa.⁊.l.ſi quis viduam.ĩ.de queſtioni.⁊.ĩ.de re mili.l.qui cum vno.§.adulterij.⁊ ideo prodeſt eti-

g Jadulteriū.§.ſtuprū.ꝯ̄ hoc uide plene gl.in auc.de iceſ.nu.ubi ponit q̄d ſit iceſt⁹ et q̄d nefari⁹ coit⁹.et uide glo.iſti.de nup.§.ſi aduerſus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

am ſcire propter ſtatuta ciuitatis que hodie minorem penam imponunt pro adulterio. Item quãdo iſta delicta ſunt ſimul cõiuncta vnius pena augeť ꝑpter aliud: vt.j.e.l.proxi. Item dicitur hic an errore ⁊c. quero de quo errore loquitur hic. dicit glo. de errore facti iuſtiſſimi. alij dicunt de errore iuris: ⁊ tunc dic ꝙ loquitur de errore qui declarabitur inferius. ℂ Quero quid vult dicere contumacia iuris ⁊ contumelia ſanguinis. Rñ. vult dicere ꝙ ſciebat ius: ⁊ ſciebat parentelam: ⁊ vtrunqꝫ contemnit. non habetis alia hic circa hanc partem. ℂ Sequitur tertia pars que incipit: quare mulier. ex hoc. §. no. ꝙ ſi mulier contrahit matrimonium contra iuſgẽtium punitur. ſed contra ius ciuile excuſatur.
ℂ Oppo. ⁊ videtur ꝙ etiam quando contrahit contra ius gentium excuſetur mulier. j.e.l. ver. fratres. Solu. hic hoc fecit ſcienter volens contrahere matrimonium: ſed in verſi. fratres fecit ignoranter cõtrahendo matrimoniuꝫ quod credebat ſe cõtrahere licite. ⁊ hoc eodeꝫ modo de ea que ignoranter fecit debet intelligi ver. nam ſi ſola: qui ponitur hic: vt.j. dicetur. ℂ Expeditus videlicet de tertia parte venio ad quartam que incipit: nõnũquã. hic non habetis alia. naꝫ eius materiam. j. proxi. §. dicam. ℂ Sequitur quinta pars que incipit: fratres. ⁊ diuiditur in partes quattuor. primo ponit reſcriptum quãdo quis excuſatur ꝑpter etatem. ſecundo ponit aliud reſcriptum quãdo quis excuſatur ꝑpter penitentiam oſtenſam per diuortium. tertio ponit aliud reſcriptum quãdo quis excuſatur propter pñiam oſtenſam per ſupplicationem. quarto iuriſcon. reaſſumit omnia precedentia. Secũda ibi. idem imperatores. tertia ibi. idem pollioni. quarta ibi. teſtium auteꝫ. ℂ Oppo. de. l. qui cõtra. C. de inceſ. nup. huius timore glo. diſtinguit hic dicẽs ꝙ ibi errauit in facto. hic in iure. ⁊ annectit glo. vnum verbuꝫ ꝙ in inceſtu ſi quis errauerit in iure naturali vel gentium nullo modo excuſatur lꝫ aliqliter releuetur. hoc dcñ non placet mihi per tex. in ver. ideꝫ imperatores. nã matrimonium cõtractum cum nouerca eſt illicitum de iure gen. quia illa matrimonia dicuntur de iure genti. illicita que ſunt probibita ratione cõſanguinitatis vel affinitatis. ita intelligit Azo in ſumma de inceſ. nup. ⁊ in ſumma de interdicto matri. in prin. ¶ Et ideo pro declarãda iſta materia volo vos ſcire ꝙ habetis tres glo. i hac materia. vna eſt hic. alia eſt in. l. qui cõtra. C. de inceſ. nup. alia eſt que eſt perfectior ⁊ melior in autẽ. de inceſ. nup. §. i. col. ij. ſed tamen nõ bene declarat. ideo pro huius declaratione[a] volo te ſcire ꝙ quãdoqꝫ coitus fit ſine colore matrimonij: tũc iſto caſu punitur indiſtincte iſte talis coitus. ⁊ puto ꝙ punitur ſecũduꝫ illud quod eſt in veritate nõ ſecũdum illud quod putabat. ſi erat conſanguinea punietur de inceſtu. ſi nupta punieť de adulterio: quoniaꝫ dabat ab initio operam rei illicite: ⁊ erat in dolo. arg. š. de fur. l. vulgaris. §. ſi quis ea. ⁊ š. de iniurijs. l. eum qui. §. ſi iniuria. quandoqꝫ iſte talis coitus fit ſub colore matrimonij: ⁊ hic eſt aduertẽduꝫ. aut tu queris vtrum ipſe puniatur. l. iulia. de adulte. ⁊ de ſtupro ⁊ de inceſtu. aut tu queris an puniatur ex conſtitutionibus que puniunt cõtrahentes nuptias inceſtas. primo caſu aut ipſi ſciuerint ius ⁊ factum: ⁊ puniuntur vt hic in. §. ſtuprum. ibi: contumacia iuris ⁊ ſanguinis: quia punitur de ſtupro ⁊ inceſtu: vt hic diciť. aut ignorauit vterqꝫ: ⁊ ſunt excuſati: vt. l. qui contra. C. de inceſtu nup. ⁊ hic prout dicit errorem matrimonij illiciti contrahatur. aut ignorabat factum ⁊ ſciebat ius. ⁊ tunc idem ꝙ excuſetur: vt hic prout dicitur errore. ⁊. d. l. qui contra. C. de inceſtu nupt. aut econtra ſciebant factum ⁊ ignorabant ius. ⁊ in iſto caſu ſiquidem mulier eſt excuſatur: ut hic in ver. fratres. ⁊ in ver. quare mulier. ibi: nam ſi ſola ⁊c. ſi erat maſculus. tunc aut minor ⁊ excuſatur: vt. d. ver. fratres. aut maior: ⁊ tunc ſi ſtatim cum cognouerit eum penituerit: que penitẽtia oſtenditur per diuortiuꝫ uel per ſupplicationem ei parcitur. ſimiliter vt hic in ver. idem pollioni. ⁊ in uer. idem imperatores. aut ſtatim nõ penituit: ⁊ tũc punitur ſed mitius: ut in uer. nõnũquam. aut dubitatur utrum ſciuerit uel ignorauerit. ⁊ tunc aut matrimonium eſt cõtractum clam: ⁊ perſumitur ſcientia: ut. l. ulti. š. de ritu nup. ⁊. l. i. C. de interdicto matrimonio. ſecũduꝫ intellectum glo. quem ponit hic ⁊ ibi. aut fecit palam: ⁊ tunc preſumitur ignorantia: ut. d. l. ulti. de ritu nup. que maxime preſumitur in muliere. ⁊ minore ⁊ in eo quem ſtatim penitet facto diuortio uel ſupplicatione porrecta: ut uidiſtis hac. l. ſi uero queris[b] qualiter quis puniatur illis conſtitutionibus que puniunt inceſtas nuptias eſt aduertendum: quia in hoc eſt triplex pena. una eſt ꝙ matrimonium non ualeat: ⁊ iſta indiſtincte habet locum ⁊ excuſatur ignorantia uel etate: ut. l. i. C. de interdicto matri. ⁊ hac. l. uer. fratres. ubi omnino precipiunt coniunctionem diſtrahi. alia eſt per quaꝫ amittitur lucrum ſeu a lucro repelletur. ⁊ in hac. l. diſtinguitur. aut fuit ſciens ⁊ habet locum illa pena. aut ignorans. ⁊ tunc aut fuit ignorantia iuſta: ⁊ tunc a pena excuſatur. aut iniuſta ignorantia: ⁊ tunc non excuſatur: ut. l. qui contra. C. de inceſtu nup. Et ex hoc ſequitur ꝙ ſi errent in iure cum eſſet ignorantia iniuſta: nihilominus tenerentur pena illius. l. qui contra. C. de inceſtu nupt. Tertia eſt pena per quaꝫ punitur ⁊ in perſona ⁊ in bonis: ⁊ illa pena non habet locum niſi tales nuptias contraxerit doloſe ⁊ ſcienter. ⁊ ideo quecunqꝫ ignorãtia ab illa pena excuſaret. ita loquitur auten. inceſtus. C. de inceſtu nup. ⁊ autẽ. de inceſ. nup. §. i. ⁊ quod ibi no. ℂ Querit glo. quid ſi unus ſciuit alter ignorauit. dic ut nota. hic in. l. qui cõtra. C. de iceſ. nup. que in ſciẽte habet locum: ut. š. dixi. ignorans excuſať: ut ibi: ut. š. dixi. ¶ Ultimo ex hac. l. nota duo. primo qualiter iuris error probať: ⁊ habes ꝙ probatur ex iſtis qualitatibus quia fecit palam ⁊ ſtatim cum fuit ſibi dictum dimiſit: uel erat minor. ex iſtis preſumitur error iuris: ut hic ⁊ in uer. fratres. ⁊. §. inceſtum. plene dixi in. l. ij. š. de confeſ. Secundo no.[c] ꝙ nõ ſufficit ꝙ appareant p̃ſumptiões ſufficientes...

a ℂ Huius declaratione. Ex hic dictis habes qñ coitus ſit ꝓhibitus: ⁊ qñ ſit ꝑmiſſus: ⁊ qd in nouerca. ⁊ vide glo. inſti. de nup. §. ſi aduerſus. Quid in alio ſimplici fornicatore: vt ſolutus cũ ſoluta. qdã dicebãt ꝙ iſta ſimplex fornicatio nõ erat ꝓhibita de iure ciuili: ſed de iure canoni. tñ. ⁊ iõ erat crimẽ eccleſiaſticũ. allegant Fede. in cõſi. ſed põt ſaluari dcñ Federici in fornicatione p̃ſbyteri: ut no. in. c. cos. xxxii. diſtin. Itẽ põt ſaluari in puro cõcubinatu q nõ eſt ꝓhibitus a iure ciuili: ut. ff. de concubinis. p totuꝫ. ſed regulariter oĩs alia fornicatio punitur. no. Bar. in. l. i. de concubinis. Quid i iudeo habẽte coituꝫ cũ xp̃iana an puniať a iudice ſeculari. vel eccleſiaſtico vide glo. in c. ſepe. xxviii. q. i. ⁊ qd habeť in. c. archiepi. d̃ rapto. ⁊ cõſuluit Ja. cald. in ſuo ꝯſilio qd ponit in ti. de fo. cõpe. in conſi. xi. ⁊ repetiit in conſiliis ſub titulo d̃ iudi. ⁊ Pe. de ancha. in conſi. xiiii. ⁊ Jo. an. in. c. gaudemus. de diuor. q̃ no. ⁊ qua pena puniatur iudeus hñs rem cũ xp̃iana: ⁊ qua pena hñs rem cũ brutis. ⁊ qua pena puniať mulier faciẽs offiñ hoĩs: uide q̃ dixi in. l. cuꝫ vir. de adul. ⁊ glo. in. c. inter opa charitatis. de ſponſa. dicit ꝙ crimẽ meretricii ſub diſſimulatione ꝑtrãſit: ⁊ meretricari eſt peccatuꝫ mortale. xxxii. q. iii. in. c. meretrices. Quid in habẽte rem cũ beſtiis: uide tex. i. c. ſi mulier. alias cũ mulier. xvi. di. quẽ pro fin. alle. Ro. in. l. ſi vero. §. de viro. i. xxvi. alias xlvi. ſal. ff. ſolu. ma.
ADDE ꝙ Oldra conſilio. cccxxxiii. dicit ꝙ iudeus cognoſcens xp̃ianam debet puniri extraordinarie ⁊ dicit ꝙ illi iudeo ꝓ quo ipſe cõſuluit fuerunt inciſa virilia.

b ℂ Si vero q̃ris. Adde glo. ⁊ Bal. in. l. ſi iuſta. alias in. l. ſi. de cõdi. ſine cau. ⁊ Jo. an. in. c. ex tenore. q ſi. ſint legi. ⁊ que no. in. l. ſi. j. co. ⁊ an filii ex legitimo matrimonio nati. alias illicito inter ignorãtes ſint legitimi: vide ſingula. bal. poſt gl. in. l. qui cõtra. C. de inceſ. nup.

c ℂ Secũdo nota. Iuris ignorantia vel error nõ ſufficit niſi allegeť. ideꝫ glo. ſin. i cle. appellãti. de appel. in notorio: uide q̃ dixit Alex. i. l. i. p⁹ Bal. C. ut que deſunt aduo. vbi omnino vide. Adde Bal. in. l. ſuper longi. in. iii. col. de p̃ſcrip. lõ. tempo. ⁊ an ſufficiat allegare poſtqꝫ eſt cõcluſuꝫ i cauſa: uide doc. in. c. ꝓuenit. de emptio. ⁊ vendi. ⁊ ibi an iudex poſſit ſupplere: et an cõſuetudo debeat allegari: vide bal. in. l. venia. de in ius vocã. et no. in. l. ſi quis non dicam. in. iii. col. de epiſ. et cle. et i. l. quicũqꝫ. de ſerui. fugi. ⁊ dum hic tãgitur de iure preſump. vide barto. et ibi ſcripſi in. l. i. de excepti. ⁊ quotuplex eſt p̃ſumptio: vide glo. magnam in. l. ſi. quod me. cau. et glo. in. c. cum hi qui. de ſpõ. ⁊ facit hic. § idem pollioni. ad ea que nota. refert Alexan. in. l. a diuo. §. ſi ſuper rebuſ. in. iiii. colũ. de re iudi. et bonuꝫ dictum de cõſuetudine: vide p barto. in repetitio. l. de quibus. in. x. queſtio. principi. š. de legi. vbi dicit ꝙ creditur excellẽtiſſimo doctori vſquequo ꝓbetur in ꝯtrium. ADDE dictis bar. in hoc §. Scdo q̃ro Ro. cõſi. lxxvii. ubi pulchram limitationeꝫ ponit.

a ℂ Ultimo poſſemus.Qui facit excep.de preſumptionibus erroris videtur errorem allegare.pro hoc facit quod no. Bar.in.l.i. in.iii. col.ſ. de excep.

b ℂ Liberto.puto verum.Saly.etiam tenet ꝙ ſic in.l.i.C.de his qui paren.vel liber.occide.vt ibi plene per eum.Et ad iſtã qõnez allegat Jmo. ⁊ Ange. de are.in.l.triticum.ad finẽ de verboꝝ obligationi. vbi concludunt filium poſſe interficere patrem hoſtem ciuitatis.⁊ dicit ipſe fuiſſe in facto in baldazo.⁊ facit ad hãc queſtionem bar to.hic tex.in l.minime.ff. de religio.⁊ qui cecidit pro patria ĩeternuz creditur viuere. Jnſti. de excu.tuto.§ in bello. et no.Bar. in dicta.l. minime. ADDE ꝙ pp hoc.ſ.ꝙ filio liceat occidere patrem hoſtez ciuitatis ab. cõſuluit ꝙ ſi li⁹ talis poſſit teſtari: et ſit liber a patre vt ei⁹ cõſilio apparet ciiii.pmo li.

ficiẽtes ad probationem erroris niſi etiaz error allegetur.h.d.hic in ſi.tex.notabiliter ibi. vtiqz ſi error allegatur ⁊c.vnde memẽto ꝙ facias poſitionem erroris quod perpetuo tene menti. ℂ Ultimo poſſemus[a] etiam dicere:ꝙ ille qui faceret exceptionez de preſumptionibus erroris: tunc hoc faciendo videretur allegare errorem: ſicut dicimus in libello:vt.l.omnes.§.lucius.ſ. de his que in frau.credi.ℂ Oppo. hic videtur ꝙ ex penitẽtia quis cõſequatur impunitatez delicti.cõtra.ſ.de fur.l.qui ea mente.Solu.hic penitentia oſtendit ⁊ declarat in preterito nõ fuiſſe dolum:ibi vero ſecus.ℂ Ultimo quero. ego uideo ꝙ pp ignorãtiaz quis excuſatur.ſ3 an puniatur alia pena extraordinaria. videẗ ꝙ ſic:ut .l.reſpiciendu3.§.delinquunt.ĩ.de penis. ⁊.l.ij. .§.hac actione.ſ.vi bono.rap.Jn cõtra. eſt iſta .l.niſi in caſu:vt.ſ.dixi.ſed rñdeo.quando delictum nõ committitur in iniuriam alicuius principaliter:tunc ſi ceſſat dolus nulla pena venit ĩponẽda:vt hic.ſecus ſi in alicui⁹ iniuriã reſpiceret pncipaliter:vt.ĩ.e.l.pe.videbitis ⁊ ibi tãgã.

## Imperatores.

Tene mẽti hũc caſum:quia bonus caſus eſt.

Ex.§.ſequenti.

ℂ Filius põt prẽm bãnitum occidere ſtãte ſtatuto ꝙ bãnitus poſſit ĩpune offendi.

## Liberto.

No.tex.ibi. nam cui⁹ fame ⁊c. Dy.dicit ꝙ ar.huius.§. dici põt ꝙ ſi cõtineatur in ſtatuto ꝙ exbãnitum quis poſſit occidere:ꝙ nõ ideo eius vigore filius poterit occidere prẽm exbãnitum:ſicut nec libertus patronum:nec vaſallus dñm. pro hoc facit in autẽ.de inceſ.nup.§.i.de obſe. pa. preſ. .l.pe.facit.l.mutus.§.manẽte.ſ.de iure do. ſed aduertatis iſta queſtio fuit ſemel facta tuderti: ⁊ cum eſſet cõmiſſa cuidam collegio fuit cõſultum ꝙ filius potuit patrez impune occidere: neſcio per que iura.⁊ hoc puto veru3[b] ꝙ filius tũc poſſit patrem occidere impune.nam l3 hic libertus reperiat patronu3 in adulterio remanet patronus ⁊ habet iura patronatus.ſed nõ ſic in exbãnito qui efficitur hoſtis ⁊ tranſfuga ciuitatis: vt.l.amiſſione.§.qui deficiunt.ſ.de capi. dimi. ⁊ ſicut ius pdiẗ ciuitati ita pdiẗ filio:vt.l. poſtliminiũ.§.filius.ĩ.de capti.⁊ poſtli. reuer. ad qᵭ facit.ĩ.l.eos in ſi.ĩ.de re mili.⁊ eſt caſus expſſus .ſ.de reli.l.minime.

Ex.l.ſequenti.

ℂ An habens poteſtatem diſpenſandi cũ ſpuriis item inceſtuoſis:an poſſit ſpurium ⁊ iceſtuoſum ſimul legitimare.

v

## Im paſſam.

## Preſcriptione.

Hic eſt notabilis.§.facit ad.q.que fuit diſputata bononie.legatus hẽbat ptãtem diſpẽſandi cũ ſpuriis ⁊ iceſtuoſis. Añõ qdaz erat ſpurius ⁊ iceſtuoſus ſimul ⁊ ſemul natus e cõſanguinea vxorata:an poſſit diſpẽſare. hic videẗ ꝙ nõ:qa ea que dicũẗ in ſeparatis nõ hñt locum in ſimul iunctis:vt hic dixi in.l.ij.in prin.ſ.de ꝟ.ob.⁊.l.ſi ita.ſ.de libe.⁊ poſthu.

Ex.l.ſequenti.

ℂ Probatões facte nulla dillatõe data valent.

i

## Ncrimine.

ℂ Oppo.ꝙ in criminalibus dẽtur plures dilationes:vt.l.ſi.ſ.de ferijs. dicit glo.ſpeciale eſt in adulterio vbi nulla daẗ vel ſaltim datur vna tñ ſcõm iſtam lec. glo. habes ex hac.l.caſum ꝙ probationes facte nõ data dilatione ad probandum valeant.nam hic vides ꝙ in crimine adulterij nulle dantur dilationes ad probandum:⁊ tamẽ in eo fiunt probationes:vt.l.ij.in ſi.ſ.e.⁊.l. capite quinto.ſ. eo. ergo apparet ꝙ probationes facte ſine dilatione[d] data valent.pro hac alle. Jaco.de are.ĩ. de qõni.l.unius.§.cogniturum[e].ad quod facit qᵭ no.ſpec.in ti.de dila.§.videndum. ver. vtrum. ℂ Sed ſcõm iſtam lec.quero vſqz ad quantum tempus poterit probare accuſator: videtur dicẽdu3 ꝙ poſſit probationes ĩducere quoad durat inſtantia cauſe criminalis:hoc eſt infra totũ biẽnium:vt.l.i.C.vt intra certu3 tempus:niſi ex cauſa vellet iudex dilationem ſtatuere:vt hac.l. dẗ.⁊ hic poſſet eſſe unus modus legendi. alias ſi aliter diceres iſta.l.contineret abſurdum. alij uero cõtinentes abſurditatem huius.l. que abſurditas in hoc cõſiſteret.ſi enim per totum biẽnium poſſet probationes inducere: ergo cauſa adulterij eſſet longior.ſed.ll.faciunt cauſam adulterij breuiorem:ut.l.quinquẽnium.ſ.e.cõiuncta.l.querela.C.de fal. Huius timore legũt hãc .l.aliter ꝙ hic nõ loquatur de his dilationibus que dantur ad probãdum:ſed de ea que datur ad accuſandum ſcõm .l.ticia.ſ.de accuſa.⁊.l. ſi ea.C.qui accu.nõ poſ.⁊ ponunt caſum ſic.ad accuſandum ſeu ad proponẽdaz accuſationẽ nulla datur dilatio cum ſufficiat dilatio legaliſ.hoc uerum niſi iudex ſtatuerit ex cauſa aliud. hanc lec.ponit Pe.quã Cy.refert.C.de dila.l.i.ibi: modo accedamus ⁊c.⁊ utraqz lec.eſt bona. Jtẽ diciẗ hic niſi dilatio detur ad exhibẽdas perſonaſ.que eſt iſta dilatio:Reſpõdeo quod eſt iſta dilatio que datur per.l.ij.C.de exhi.reis.hic nõ habetis alia.

g

## Jis qui ius.

No.ꝙ illi qui impetrant ius anulorum aureoru3 habentur ut liberi. cõtra hoc tamen facit.ſ.de excu. tuto.l. cum ex oratione.glo.non ſoluit:ſed ibi apparet ſo.ſi bene iſpicietis.

Ex.l.ſequenti.

ℂ An iterficiens nõ legitime[f] exbãnitũ puniaẗ.

g

## J ex lege.

Hec lex quotidie allegatur hic i ſi.⁊

c ℂ N crimine Bal. dixit p hunc tex.in.l.i. in .xvii.col.C. qui accu. ꝙ in criminali non dantur dilationes ad pbandũ.

d ℂ Sine dilatiõe.Probationes facte nõ data dilatione ad probandu3 nõ valent.⁊ adde do. anto.in.c.licet cauſa3 in.xi. col.extra de proba. ⁊ ibi tenet ꝙ poſſunt iſte probationes fieri uſqz ad cõcluſione3 in cauſa:per ea que habenẗ in.c.militiſ. de procura. ⁊ in.c. cum dil.de fide i ſtru.Bal.in .l.ſi quãdo.⁊ in.l.cum a nobis.de dila.Bar.in extrauagã.ad repri.in ꝟ. ſine figura.Bal.in.l.ſi.ſ.de feriis.tenet indiſtincte per hanc.l.valere pbationem ſine termino dato.imo ⁊ poſt terminum ſm eum niſi opponatur.de quo in.l.municipium.de poſtul.

e ℂ.§.cogniturum.⁊ ibi vide Bar.

f J ex lege.Ad hanc.l.vide quod no.bal.in.c.i. in prin. quibus mo.feu.amit.

g ℂ Allegatur ad.q.Adde Bal.in.l.noſtram.in.iii.col.C.de teſti.⁊ in.l.i. .ff.de teſti.⁊ qᵭ no.doc.in.l.huiuſmodi.§.ſi ita cui.de lega.i.p ang.in.l. ex iudicati.C.ſi ex fal.inſtru.⁊ per Ro.poſt Ange.in.l.duo.ff.de acquir. here.⁊ Jo.an.in ti.de accuſa.§.nunc ſequitur.ver.quartum aũt mẽbru3 ⁊ Bal.in.l.vir.C.qui admitti.Adde quod no.bar.in.l.nõ ſolum .in.iii. col.de ope.no.nun.⁊ ibi tangit Alex.⁊ quod dixit Bar.in.l.i.§.⁊ periu. quod vi aut clam:⁊ vide bal.in.c.domino guer.ram.i ti. hic ſi.l. coma. vnum tene menti ppe. tuo. qᵭ ſingula. voluit ſaly.in.l.nullu3.C. de iudi.ꝙ ſi aliqs eſt bãnitus ⁊ ſtat in ciuitate ⁊ toleratur ꝙ ſi aliquis occidit ipſum punitur non obſtante ſtatuto. ⁊ vide Ange. in.d. .l. ſi duo et do. anto. in .c. quia circa.de cõſan. ⁊ affi.ſa. qᵭ no.gl.de tabellione cõdemnato poſtea tolerato in auten. de tabellio.§.i. ver. nõ poteſt. Et ad .q.Bar.hic facit qᵭ no. bar.i.l.libertas. de ſta. homi.⁊ retuli i.l.i.§.trãſfugas.de ſica. Et quid ſi occidiẗ deſcriptus in bãno q erat cancellatus ſed ignorabatur.Ang. in.l.filio.de libe. ⁊ poſthu.dicit ꝙ ĩpune potuit offendi.faciunt no. per bar. in.l. nõ ſolũ.§.morte.i.xiii.col. de ope.no.⁊ bal.in.l. noſtrã.ᵭ teſta. ⁊ vide Alex. in.l.i.§.ſi ſeruus.de acq. poſ.q examinat.ꝙ ſi occidiẗ bãnit⁹ q appellauit appellatiõe pẽdẽte.adde bal. in.l.i.C ſi a nõ cõpe. iudi.ubi vide plura no. ⁊ facit quod uoluit ang.i .l.i.ad ſi. de his q̃ in teſta.delen.⁊ cũ bar.hic trãſit bal.in.l.ex morte.ad.l.acql.⁊ gui. de ſuza.in.q.incip.Jn ciuitate ſtatutũ eſt ꝙ ſi aliqs offendit:tenet ꝙ non puniẗ.⁊ vide bal.in.l.cũ qui.de adul.⁊ in.d.l.i.in.iii.col.C.ſi a nõ cõpe. iudi.⁊ in.l.i.C.de penis.p bar.in.l.ii.ff.ſi qs in ius voca.p Saly.in.l.ſenatus de his q ſibi aſcri.p bal.in.l.qd ſi fugitiuus.§.apud labeonem. de edil.edi.p Jo.an.in regula qᵭ qs.in mercu.⁊ Saly.in.l.cum q duas.de adul. ADDE an occidẽs bãnitũ q hẽbat ſaluum cõductũ puniatur pau.de ca.cõſilio.xxxiiii.de quo ẽt per ang.cõſilio.clxxvii.

¶ Ad.l.iul. de vi publi. Rubrica.
a Ege
l iulia. No. bene ꝙ ēt ꝑ vi turbatiua ꝓcedit accuſatio ex hac .l.ſm Bal. no.in.l.mométanee.C. vnde vi.vide qȯ ibi dixi.⁊ Bar.in .l. iniuriarū .§.ſi qs. de iniur. ⁊ quādo hēat locū uide bar. in.l.ſi crimē .C.eo.
b ¶ Secūdo no.vtrum liceat portare arma.Juxta hoc dubitaꝛ quid ſi ſtatutū punit violentiā cū armis vel ſine an cōprehēdat mulieres Bal.ꝑ illuz tex.iūcta gl. in.l.ſi cōſtante.§.ſi.ſoluma.dicit qȯ ſic.qȯ no.
c ¶ Non lꝫ. No.ꝙ ille q portat arma vetita dꝫ illa ꝑdere.Jtē portans arma preſumitur habere maluz aīuz: niſi portet ligata.⁊ licitum'ē portare arma vt qs ſe defendat a latronibus.⁊ ad placitū cōis uel comitis

eſt duplex littera. vna eſt ne is. alia eſt ſine ne. ideo reuoco in dubium hanc litteram. aliquis ſciens aliquam repudiatam non iuſte duxit eaz in vxorem: vtrum cōmittat adulterium ſecūdū vnam lrām cōmittit adulterium ſm aliam lrām non.ſed glo.concordat iſtas litteras: vt ſi habetis non cōmittit.dic veruz eſt vt puniatur ea pena qua puniuntur alij adulteri: ſed mitigatur. quia ſub colore qualis qualis matrimonij fuit factum.ſi habetis hic affirmatiuam tunc idem: ſed non punitur tanta pena quāta puniretur ſi ſub colore matrimonij non eſſet factum. Hec.l. allegatur ad.q.de eo qui interfecit nō legitime exbānitum: ⁊ dicunt ſi interficiens hoc ſciebat tunc punitur: ſecus ſi hoc ignorabat per hāc.l. ita dicit By.pro hoc ꝙ ſciens puniatur facit.l. .iiij.§.cōdēnatum.ꝟ.de re iudi.⁊ ibi ponit hoc By.pro alia parte ꝙ ignorans non puniatur: quia deceptus eſt auctoritate publice ſcripture. facit optime.ꝟ.de ventre inſpi.l.i.§. ceterum. ⁊ ibi hoc etiam ponit By.in.l.de etate.§.ſi ex cauſa.ꝟ.de inter.acti.⁊.l.quis ſit fugitiuus.§.apud labeonem.ꝟ.de edil.edic.mihi tamen videꝛ vt alias dixi vobis ꝙ in caſu in quo ſciuit dicit veruz By.ſed in caſu in quo ignorauit dico ꝙ nō punitur tanꝗ̄ de homicidio facto doloſe. ſꝫ qa fuit in culpa ꝙ non vidit bānum adhibēdo cōſilium vtrum bānum fuit recte latuz tunc ex iſta culpa punietur: vt.l.ij.§.hac actiōe.ꝟ. vi bono. rap.⁊.ī.ad.l.corne.de ſicca.l.lex cor.⁊ quod ibi dicam.⁊.l.reſpiciendu3.§.delinquunt.ī.de pe. maxie cū ignorantia ſeu error iuris ſit lata culpa: ut.l.libellorum.§.notanꝛ.⁊ ibi glo ꝟ.de his qui no.infa.preterea ſi ille qui contrahit cū alio eſt in culpa niſi diligenter exploret cōditionem perſone: ut.l.qui cum alio.ī.de regu.iu. multomagis quia alium occidit propter eius cōditionem.de hac cōditione debet eſſe certuſ.pro hoc facit optime.l.qui in alterius.ī.de regu.iur. vbi ille qui agit ſemp eſt in culpa: niſi de ſuo iure bene deliberet: ēt ſi ageret ex pſona alterius.

¶ Ad.l.iul.de vip ublica.

Ex.l.ſequenti.

¶ An liceat habere arma: ⁊ illa portare ac illa vendere: ⁊ an ſtante ſtatuto ꝙ damnatus ꝑ violentia non poſſit appellare: an damnatus ex eo quia habuit hoīes cōgregatos in armis ſit prohibitus appellare.

**Ege iulia.** [a] Tractatur hic de iſtis
l armis. ideo formo tres.q. primo vtrum liceat habere arma. tex. eſt hic ꝙ non liceat habere arma niſi rōne itineris vel venationis. hodie vero idiſtincte nō lꝫ habere arma: vt in autē.de armis.ꝑ totam illam cōſtitutionem.ſed illam cōſtitutionez vſus cōmunis nō approbat. ¶ Secūdo quero [b] vtrū liceat portare arma. Rn̄.hic eſt triplex ius. nam de iure digeſtoꝝ ſiqdem aliquis vult portare arma extra ciuitatez eundo per itinera: tūc poteſt vt hic.ibi: itineris.aut vult portare per ciuitatem uel in aliquo loco in quo ſit adunatio gentium.aut in aliquo loco vbi ſit forum iudicij ⁊ hoc nō lꝫ[c]: vt hic in.l.iij.§.i.ī.e.l.qui dolo malo.§.i.ſed ad hoc eſt aduertēduz ꝙ iſtud eſt verum de armis offendibilibus.nam iſte.ll.prohibentes nō loquūtur niſi de telo quod eſt ad nocendum: ut in eis apparet.ſed arma defendibilia nō reperitur ꝙ ſint probibita portari ꝑ hec iura: imo etiam offendibilia poteſt portare ille cui expedit: vt.ī.e.l.pe.§.ſi.⁊ hoc de iure digeſtoꝝ.ſed de iure.C.indiſtincte non lꝫ arma portare niſi de principis licētia.C.vt armoruz vſus .l.i.lib.xj.de iure vero auc.exprimitur plus quia exprimuntur etiam arma defendibilia: vt ſcuta ⁊ ſimilia: ut in autē.de armis.§.pe.fallit in gladijs paruulis qui non ſunt in vſu nocendi: ⁊ quibus quis in prelio non utitur: ſed ſunt ad īcidēdum panem uel ad temperandum calamum ⁊ ſimilia: ut in autē.de armis.§.pe. Aduertendū eſt in hoc ne fiat fraus ne quis dicat ſe portare cultellum aptum ad incidendum panem: cuz ſit ad offendenduz: quia tunc talis cultellus armorum appellatione continetur: cum ſit talis q nocere poteſt: ut.ī.e.l.armatos.⁊.l.pe.§.telorum. ſed per ſtatuta ciuitatum non punitur ille q portat niſi cum eis ſit inuentus de qua inuentione dixi.ꝟ.de acquiren.poſſeſ.l.i.in prin.⁊ tangunt doc.in.l.licet.C.de acquirē.poſſeſ. Tertio eſt videndum vtrum liceat vendere arma.tex.hic videtur ꝙ ſic.in.l.excipiuntur.ſed hodie eſt correctum.quia nemini lꝫ facere arma uel uendere: niſi perſonis deputatis ad hoc: ut.d.autē.de armis.⁊ no.C.de fabri.ſuper rubrica.tamen conſuetudo ſecūdum ꝙ vos uidetis hoc nō approbat. ¶ Quero.uos uidetis hic ꝙ qui homines habuit in armis hac.l.tenetur.quero utrum poſſit puniri iſte de publico delicto: quia homines habuit ī armis: ⁊ quia habuit arma.puto ꝙ nō: quia iſta duo tendunt ad eundem finem. nam arma non habentur niſi vt habeantur homines in armis.ergo ⁊c̄.ut.l.illud in ſi.ꝟ. ad.l. acquil. ⁊ quod no.in.l.nūquam plura.ꝟ. de priua. delic. ¶ Ulterius quero dicit ſtatutuz cōmunis tuderti ꝙ damnatus pro violentia non poteſt appellare.aliquis fuit condemnatus quia habuit homines congregatos in armis: utrum dicatur condemnatus pro uiolentia.tex.uidetur ꝙ ſic hic ⁊ in.l.ſi.C.eo.nam ut uidetis tenetur.l. iul. de vi.ſed puto ꝯtra quia ad hoc ut uiolentia ſit facta impetus requiritur cui reſiſti nō poteſt: ut .l.ij.ꝟ.quod me.cau.ſed hic nullus impetus factus fuit in alium.ergo nō poteſt dici uiolentia. eſt tamen quid preparatorium ad uiolētiam.iō puniꝛ hac.l.

**Eadem lege.** Tribus modis ſit iniuria mihi exiſtēti in domo uel in caſtro meo.primo modo expellendo me per uim.⁊ hoc uult dicere cuz dicit deiecerit.alio modo dando mihi preliuz lꝫ me nō poſſit uincere.⁊ hoc uult dicere expugnauerit. tertio modo faciendo aliquez redimi dicendo: depredabor te niſi dederis mihi tantam pecuniam.⁊ hoc uult dicere ꝯcuſſerit: hoc eſt ꝑ uim pecuniam extorſerit: ut.l.i.ꝟ.de ꝯcuſſio. nā oēs iſti talia faciētes ⁊ qui adhibent hoīes: ut hec ſiant hac.l.teneꝛ.⁊ hec.l. facit cōtra peruſinos qui mittūt gentem ad talia faciēdum extra ciuitatem: quia teneꝛ hac.l.ut hic: ibi.homines cōmodauerit.

q **Ui cetu.**

**Si de ui.** ¶ Oppo.ꝙ hoc ſit ſuperfluum quia idem dicitur in prin.⁊ in ſi.glo.ſo.ꝙ in pn̄.reſpicit ad alteri' poſtulationē: poſtea decernit ꝓprio motu. ¶ Op. ꝙ ſit in arbitrio actoris eligere prius ciuilē uel criminalem accuſationem: ut.l.i.C.qn̄ ci.ac.cri. preiu.quidam fatentur cōtra.ſed hic ideo ſic di

nō licitū portare arma: vt eſt glo.in .c.i.§. ſi qs ruſticus.⁊ ibi Bal.de pa.tenen.⁊ no. Ludo.ī no. cclxvij. ſed vtruz ſit licitum portare arma ꝑ occidēdo bānitos.dic ꝙ ſic vt terminat Nelus de ſcō Gemi.ī ſuo tractatu bannitorū. hic bo noñ. diſpu. et ſequitur Ro. in.l.iij. .§.ſed vtrū. ad ſil.⁊ no. ꝙ qs puniꝛ ſi ducat ſecū ſuos armatoſ.l.ſi.⁊ ibi Bal.C. eo. ⁊ an ſit licitum facere vel vendere arma ponit hic.ī. Bar. ī hac ea.col. in ver.iii. videndum.
d Ui cetu vtꝫ
q quero. Utrū remiſſio facta per patrē valeat ⁊ vid no.i.l. .i. circa pn̄. .ꝟ.de iniur.

a Lege iulia. de ui. Officiales ſi admittẽtes appellantes teneñ hac .l.⁊ ſunt īfames. Itẽ adde ꝙ puniũtur pena capitis ſʒ bal. in.l. ſi qs offilio.§. hiſq ̄ſ.de iniuſto teſta. Pe.ꝺ ancha. i cle. .i. de exceſ. pla. dicit ꝙ in criminali h°.ſ. ubi agitur de pena capitali tenẽtur pena huius.l.⁊ pena de qua no.i .c.cum dilectus.extra ꝺ ordi.cog. in gl.i.in cã ciuili punitur .xxx. põderibus auri.l. qñ iudices .C.de ap.clericus aũt de ponñ .ii.q. .vi.c.decreto. ita dicit d. Pe. poſt in.l. iudices C.de appel.

b Ui dolo. q vide barto. in.l.i. in pn.ꝺ. de ſic.

c I q.p o hãc.l.

Et. C eo.armatos ⁊ in.l.i.§.i. ⁊ qꝺ ibi dixi ̄ſ.de vi ⁊ ui ar.adde ꝙ lʒ veniũt lapides ⁊ fuſtes ⁊ alia ad nocendũ:tñ illud eſt īproprie ſm ange.in.l. ſi pignore.§.furẽ.ſ.de fur. ubi uide tex. ⁊ ſeqtur Lu do. in.l.i.§. occiſorũ.in pn.ſ. ad ſil. ⁊ ideo nõ cõprehenderẽtur in ſtatuto:ut ẽ glo. fin. in cle.i. ver.arma. ꝺ ſta.mo. ⁊ uide tex. in.§. occiſorũ. ⁊ ſi mittiñ officialis ad ingrendũ arma portantes nõ uenit ſcholaris ha

quia accuſatio de ui prius erat inſtituta:uel dic ſm Dy.ꝙ hic proponebatur criminalis accuſatio ab uno ⁊ iudicium ciuile ab alio. ¶ Itẽ oppo.C.de appel.l.i.ubi dicitur ꝙ cauſa proprietatis ⁊ poſſeſſionis ſimul agitari non poſſit.hic uidetur contra.Solu.quidam dicit ꝙ iſta duo videlʒ poſſeſſiõe vel dñio,p vno ponuñ: vel exponamuſ:ut in glo.dicit dñio.i.ꝓprietate. ⁊ qꝺ dicit,p poſſeſſione.i.ꝓ iure poſſeſſionis: vt vſufructus vel emphiteoſis ⁊ ſi. ¶ Itẽ op.de.l. ordinarij.C.de rei vẽ.⁊ de ĩterdic.l. ĩcerti.ſolu. eo modo vel poſſumus intelligere ⁊ erit alia lec.⁊ ꝯcor.cum illa vt dicamus ꝙ hic dr̃ ſi de vi ⁊ poſſeſſione:hoc eſt de violẽta poſſeſſione ſeu violẽter turbata.⁊ qꝺ ſeqtur vel dñio.i. ꝓprietate: ⁊ ſm hoc ponit hic ordinẽ petitorij ⁊ poſſeſſorij. ita loqtur gl.ſ̄.de iudi.l.ſi de vi. ¶ Tertio mõ põt legi ꝙ cum aliqs ꝯueniret ĩterdicto recuperande poſſeſſionis:ut ĩterdicto vti poſ.⁊ opponebaſ exceptio dñij dr̃ certe hic ꝙ prius cognoſci debet de vi ſeu de violẽta poſſeſſione ꝙ̃ de exceptione.hoc aũt qualiter debeat ĩtelligi ꝙ exceptio dñij repellat agẽtẽ poſſeſſorio dixi in.l.naturaliter.§.nihil cõe.ſ̄.de acqui.poſ.

Ex.§.ſequenti.

¶ An valeat tranſactio facta de raptu.

**Et ſi pater.** ¶ Quero vtrum remiſſio facta p p̃rem valeat.dicit glo.dic vt in.l.ſi maritus.§. ſi negauerit.ſ̄.ti.i.certe ibi dr̃ de adulterio nõ de raptu. ¶ Quero utr̃ ualeat tranſactio facta de raptu. glo.mouet hãc.q.in.l.trãſigere.⁊ ibi ponit opi. .C.de tranſac.qdam ꝙ ſic.alij ꝙ nõ.allegat.l.i. .C.qui ꝓ premio liber.ac.ſed doc.ibi tenent ꝙ nõ põt tranſigi de raptu:quia pater tranſigens punitur:vt.l.i.§.pe.C.de rap.vir.ergo nõ lʒ trãſigere.ego puto ꝯtrarium per.l. tranſigere: ubi nõ excipiſ niſi adulteriũ:ergo lʒ tranſigere. Itẽ ꝓbo per.l.i.C.qui,p premi.liber.acci.inducẽdo eam,put inducit Io.preterea rõ quare non põt tranſigi de adulterio eſt,ꝑpter frequẽtiam ꝙ̃ rõ in rapina ceſſat.nõ ob.l.i.§.pe.C.de raptu vir. quia fateor ꝙ tranſigens punitur ex parte accuſatoris:quia nunꝗ̃ ſibi ꝑmittiſ:ſed ex parte accuſati bene lʒ tranſigere.

Ex.l.ſequenti.

¶ Mitriatũ mittens teneñ hac.l.⁊ cum aliqs uerberat aliquem nõ eſt crimen publicum:niſi ĩ tribus caſibus.

l **Lege iulia de ui.** [a] Tenementi iſtud ꝑncipiũ:qa iſti tales officiaeſ q nõ edũt tũc appellãtes teneñ hac.l.⁊ ꝯdẽnati erũt infames.Scꝺo no.tex.ibi:aut quid in collum ĩiecerit.ꝙ quãdo aliquis mittit aliquem:ad aliquem iudicem ſeu ad ep̃m cum mitra in capite ꝙ tenetur hac.l. ¶ Tertio ad ver.item ad legatos.no.ꝙ ſi aliquis verberat aliquem nõ eſt crimen publicum niſi in tribus caſibus. primo qñ aliqs eẽt ambaſiator vt hic.ſcꝺo qñ appellaſſet ut hac.l.Item qñ hoc factum eſſet hoĩbus coadunatis:ut.ĩ.e.l.qui dolo.§.pe. ⁊.ĩ.tit.i.l.ij.⁊ .C.eo.l.iij.Item qñ aliquis hoc fecerit aĩo occidendi lʒ nõ occiderit:ut.ĩ.ti.ij.l.i.§.i.

q **Ui dolo.** [b] Nota cõtra poſſeſſores huius ciuitatis q minantur rectoribus ne iudicẽt ſicut debent:qa tenentur hac.l.

l **Lege iulia cuʒ.l. armatos.** De hoc dicam.ĩ.e.l.pe.§.teloꝝ.

Ex.l.ſequenti.

¶ Appellatione teloꝝ ⁊ armorum quid contineatur.

b **I qui.**

**Telorum.** Dicunt quidaʒ ꝙ appellatione armorum continentur tantũ arma offendibilia per hanc.l.[c] ſed nõ eſt uerum:quia hic dicit teloꝝ.⁊ fateor ꝙ appellatione telorum nõ cõtinentur niſi arma offẽdibilia:ſed appellatione armorum cõtineñ ẽt defendibilia:ut.l.armorum.ĩ.de ver.ſigni. ⁊ dr̃ in auc.de armis expreſſe.

¶ Ad.l.iul.de vi priuata. Rub.

d **Eui.** [d] ¶ Oppo.ꝙ ille q aufert aliquid ex naufragio teneatur.l. iul. de vi publica: ut.ſ̄.ti.i.l.iij.in ſi.Solu.ibi cum armis:hic ſine armis. ¶ Item quero vtrum iſta publicatio bonorum fiat ipſo iure uel per ſñiam.hic ſunt opi.ſed puto ueram opi. ꝙ per ſñiam.nõ enim dicit tex.publicata ſint: ſʒ dicit publicantur:quod denotat ꝙ per ſñiam: ut.l. ĩ criminali.C.de iuriſ.om.iu. ¶ Quero dicitur hic:in eum ordinem ſedeat ⁊c̃.dicitur hic ꝙ dãnatus hac.l.nõ poteſt eſſe iudex. quero de hac exceptione que opponitur iudici:quia non poteſt eſſe iudex quia infamis. Rñdeo ut dixi ĩ .l.quidam conſulebant.de re iudi. ¶ Quero ſi hoc non opponitur: an procedat iudiciũ: dic ut no.in ſpec.de iudi.dele.§. excipitur.ver. ſed nunquid infamis.

n **Ec intereſt.** Nota.tex. ibi: nec minus ⁊c̃. ex quo habes ꝙ cõuocati tenẽtur hac.l. ⁊ eodem modo tenentur ſicut ille qui conuocauit.Secundo no.ꝙ quãdo committitur vis ablatiua non requiritur ꝙ homines ſint coadunati.ſecus videtur in vi expulſiua:ut.ĩ.e.l. ſi quis aliquem.

Ex.l.ſequenti.

¶ Quis dicatur cõmittere vim priuatam:qualiter puniatur qui abſtulit familie reum cõdẽnatum ⁊ confeſſum.

l **Legis iulie de ui.**

¶ No.bene hanc.l.nam tota die de facto occurrit.nam ille dr̃ cõmittere vim priuataʒ qui facit coadunari gentem ne aliquis producatur ad iudicium.ſimile in auc.ut omnes obediant iudi.prouin.§.arripiant.ſed quãdo quis arripit aliquem cõdẽnatum ad mortem tenetur .l.iul.maie.ut.l.cuiuſqʒ.ſ̄.ad.l.iul.maie. facit.l. addictos.C.de ap.⁊.l.addictos .C. de epi.[b] audi.an aũt liceat occidere exbãnitum qui producitur in ius.Dy.ponit in.l.in laqueum.ſ̄. de acqui.re.do.dicam.ĩ.ti.i.l.iij.in ſi.

Ex.l.ſequenti.

¶ An ad hoc ut habeat locum iſtud decretum ſufficiat probare ꝙ intrauerit poſſeſſionem tantum:an etiam ꝙ animo poſſidendi intrauit.Et an dolus requiratur ut habeat locum iſtud decretum.Et an requiratur ſentẽtia ad hoc ut gs ꝑdat ius crediti ſui.

c **Creditores.** [c] Hec.l.hʒ eũdem tex. queʒ hʒ.l.extat.ſ̄.quod me.cau.⁊ ibi hoc decretum plene declaratur. ¶ Oppo.ſ̄. de fur.l. qui uas.circa prin.ſolu.ut ibi. ¶ Item op.ſ̄.de

hẽs pẽniſcꝝ cum tẽperatorio:nec ruſticus habẽſ cultellũ ad ĩcidendũ panẽ.ſm glo. fin.in auc.ꝺ armis.§.ſi. ⁊ no.Bar. in .l.i.ſ̄.eo. Item no.ꝙ appellatiõe armorũ ꝓprie nõ cõtineñ arma ad defendẽdum ſed ad offendendũ ⁊ que ſũt apta ad nocendũ.qꝺ no.ꝑ ſtatuto:qr ſi venit lorica ⁊ ſcutum:ut fuit de mẽte bar.in.l.i.ſ̄. .e.⁊ Ro.in .d.ꝟ. occiſorũ. Quid ãt ſi ſint arma ⁊ ad offendẽdũ ⁊ ad defendendũ: vide bar.in .l.pediculis §.argẽto.ſ̄. de auro ⁊ argẽ.le. Pe. de ancha.in .d.cle.i.

¶ Ad.l.iul. de vi pri.

d Evi. d An iſta accuſatio de qua ĩ hoc ti. procedat ẽt ꝑ vi turbatiua bal.no. ꝙ ſic.in.d.l. momẽtanee .C.vnde vi. Bar.ꝟ in.l. iniuriarũ.§. ſi quiſ.de iniur.

e Creditores. e debeat intelligi. Adde Bar. in.l.i.ſ̄.ſi qſ teſta. liber eſ.iuſ.fue.

¶De ſicarijs. Rubrica.

a Lege corne.tenet.l.cor.No.q ptās non pōt cogere iudicem vt fe-
l rat malaz ſniam:imo ſi facit tenetur.bene facit qd no.Inno. in.c.
paſtoralis.in ver.iniuſtam.extra de of.dele.facit.C.de decu.l.oēs
vide Bar.in.l.qui dolo.ꝛ in.l.i.ſ.ad.l.iul.de vi pub.et adde qd Bal.in
c.i.de pa.te.
in prin.dixit
q falſus te-
ſtis dz puni
ri ea pena
quā ſubiret
reus de cri
mine intēta
to pena capi
tis uel furca
rum.qd no.
Item iſtum
tex. alleg. ēt
Bal. p fin.
in .c.i.§. in-
iuria in fi.ð
pa.iura. fir.
q falſus te-
ſtis in cā cri
minali puta
homicidij
punit tāqz
homicida ſi
depoſuit ꝯ i
nocētem de
dolo malo.
per tex. hic
fin.ibi.ne qſ
falſuz dicat.
ꝛ de pena te
ſtis vide ēt
Bal.in.l. pſ
byteri.in.ii.
col.C.ð epi.
ꝛ cle. ꝛ bal.
in.l.ii.C. de
re.cre. et in
.l.data ope-
ra.i.xii. col.
in ver.his i-
terpoſitis.C
qui accu.Ex
op.ad no.p
bar. hic ad-
de ange. de
aretio i tra.
maleficiorū.
in ver.de cō
ſenſu ꝛ deli-
beratiōe om
nium iudi-
cum.
b ¶ Diuus.
veritas eſt
iſta:uide bar
to. in .l.i.j.
de var.ꝛ ex-
traor.cri. vi
de Bal.i.l.
ſi qs nō di-
cam rapere.
de epi.ꝛ cle.
Hoſti. i ſum
ma de penis
.§.in qbus.
p Io.an.i re
gula.i penis
in mercu. p
eundē in.c.
pp̄etue. de
elec.in.vi.in
nouella. per
bal.in.l.ſi fu
gitiui.C. de
ſer. fugi. ꝛ i
.l.arboribuſ
.§.ius.ſ.de
vſufruc.ꝛ in
l.data i.xxiii
col.C. q ac-
ſa.ꝛ in.l.qui
mutez operis
.C.de inſa.p do.An.in.c.i.in vlti.charta.extra de eo q mit.in poſ. cā rei
ſer.Spec.in ti.de accuſa.§.i.in v̄.quid ſi primo.ꝛ p bar.ꝛ Bal.in.l. is q
cum telo.C.eo.ꝛ p bal.in.c.i.§.iniuria.vlti.col.de pa.iura.fir.Ludo. in
.l.dāni.§.ſabini.in.ii.col.de dā.infec.Ex oppoſito no.qualiter ſit deroga
tum.l.cornelie p ſtatuta. ꝛ dū hic dicitur q ſtatutū hic nō verificatur ni-
ſi morte ſecu
ta.adde bar
to.in.l.ſena-
tus. in vlti.
col.ſ.de ac-
cuſa.
c ¶ An cum
gladio.Sed
qd ſi occidi
aliquem ma
nu vacua an
debeā puni-
ri acſi cum
gladio cum
occidiſſez di
xi in'.l. ptor
.§. preterea
.ſ.de iniur.
ꝛ de iſta ma
teria: uide i
.d.c.ſignifi-
caſti.el.ii. in
v̄.no.q mo
deramē.ꝛ ēt
in glo. ſi.et
iſtis. adde
tex.ꝛ ibi bal.
in.l.i.C. de
emē.ſer.ubi
qd ſi calce p
cuſſit: ꝛ vi-
de ad predi
cta bal.in.c.
.i.§.vel fur-
tum. de pa.
iura.fir.
d Iuſ-
e dem
.§.ad
iecto. Et ita
limitatur.d.
.§.q aborti-
uis:ꝛ ita ſe-
quitur Flo.
allegādo iſtū
tex. p mul-
tū no. in ſua
.q. inqſitus
qdam in vl-
timo dubio.
ꝛ vide q ta-
lis dicit pdi
tor ſm bal.
in.l.ſi.C. de
ſum.tri.
e ¶ Trāſfu-
gas. licite oc
cidere.et ad
de q p iſtuz
tex.dicit an-
ge. in conſ.
nos carolus
q aſſaſini
poſſunt a pri
uato occidi
ſi cōſtat de
eoꝝ crimie.
ꝛ vide bal.i
.l.ſi qs non
dicam rape
re.in.iii.col.
.C.de epi. ꝛ
cleri.

his que in frau.cre.l.ait pretor.§.ſi debitorē. ꝛ
.l.nullus.C.de iudeis.Rn̄deo ibi non poterat
hr̄i copia iudicis.erat enim periculū ſi expecta-
ret q iret ad iudicem:ideo pmittit q ſua aucto
ritate faciat.¶Ulterius op. de.l.i.§. rediguntur
.ſ.quoꝝ lega.ſo.vt ibi vidiſtis:qa ibi loqtur i re
vacāte a nemine poſſeſſa.¶Item op.de.l.ſi qs
in tantā.C.vn̄ vi.dicit glo.illa eſt magis genera
lis q̄ iſta.¶Item op.C.vi bo.rapt.l.iij. dic de
hoc:vt dicā in.l.creditores.ſ.de fur.¶Itē op.
de.l.generaliter.C.de decu.ſo.ſpāle ē ibi:qn̄ nō
pōt hr̄i copia iudicis.¶Querit glo.qd ſi aliqs
accepit aliquā rē nō ſibi debitā.gl.de hoc diſpu
tat in.l.extat.ſ.qd me.cau.dic vt ibi.Extra glo.
q̄ro de duabus.q.primo ad hoc:ut hēat locum
iſtud decretū vtruz ſufficit pbare q itrauerit poſ
ſeſſionē tm̄.an hēat neceſſe q pbet q itrauerit
ꝛ q aīo poſſidēdi itrauerit. p primo tex. in pn̄.
videt eſſe q ſufficiat q pbet ſolū introitū.ſz pu
to q debeat intelligi etiaz de poſſeſſione: vt poſ
ſideat:vt apparet ex verbis decreti ibi:tenere ꝛ
poſſidere.¶Scd̄o quero vtruz reqratur dolus
ut habeat locuz iſtud decretū.certe videt q nō:
qa tex.dicit temere.ꝛ dr̄ia eſt īter temeritatem ꝛ
dolum ſeu calūniam:vt.l.i.§.queri pōt.j.ad tur
pil.¶Ultimo q̄ro dr̄ hic ius crediti nō hēat. q̄
ro vtrum ad hoc reqrat ſnīa:vt quis perdat ius
crediti.Rn̄.puto q ex hoc decreto quis habeat
exceptionem ipſo iure.Item habeat actionē ne
iure crediti priuetur.p hoc induco.l.metum.§.
ſed q pretor.ſ.quod me.cau.

s **I creditor.** Differt hec.l. a precedēti:quia
ibi loquitur de pena que iponitur ciuili-
ter ex decreto.hic loquitur de pena: que impo-
nitur criminaliter.

¶Ad.l.corne.de ſicarijs ꝛ veneficis.
Ex.l.ſequenti.

¶Si ptās pcurat cum ſuo iudice vt ferat ſnīaz
iniuſtam tenetur.l.cor.de ſicca.Et idem ſi prio
res facerent vt ptās ferret.

l **Lege corne.** Circa hāc.l. q̄ro:qd ē hoc
dcm̄ q qs falſum iudiciū ꝯfiteat.dicit
glo.i.put pferret falſam ſnīaz.ſm hoc habes ſi
vnus magiſtratus vtputa ptās facit cum iudice
ſuo vt ferat malam ſnīam tenet.l.cor.[a] de ſicca.
idem ſi priores hoc facerent cū ptāte vt falſam
ſnīam ferret:qa tenet hac.l.Itē tenet.l.iulia.de
vi publi.vt.ſ.ti.ij.l.q dolo malo.alij exponūt q
qs falſum iudiciū pfiteret.i.falſum teſtimoniuz
pferret.ꝛ ſm hoc habes caſum contra ptātes ꝛ
rectores terraꝝ qui cogūt teſtes p tormenta:vt
dicant falſum qa tenent hac.l.corne.de ſicca.
Ex.§.ſequenti.

¶Statuta nō puniūt aīum niſi ſequat effectus
ꝛ qualiter animus occidendi pbandus ſit.

**Diuus.** No.hūc.§.q ponit duo dicta
vſqz ibi:ꝛ ex re.ꝛ in ꝑſi.ꝛ ex re.
ponit q̄liter fiat pbatio animi.tex.ibi cucuma.ꝛ
eſt q̄dam pars freni:vt.C.ut nulli lice.in fre.aut
in po.l.i.¶Cōtra hūc.§.op.ð ꝯſuetudie q̄ nō
ſeruat hoc p totā italiam.ad hoc rn̄det Spec.lz
.l.caueat tm̄ cōſuetudine nō ſuat:vt no.i Spec.
de accu.§.i.ꝟ.ſed qd ſi poſt.Ia.de ra.rn̄det ali
ter.dicit.n.q.l.cor.tenet: tm̄ miti⁹ punit qa nō
eſt ſecutus euentus:q euētus cōſiderat in deli-
ctis:vt.l.aut facta.§.euētus.j.de pe. dn̄i qcqd
ipſi dicant veritas eſt iſta[b].p italiaz maleficia pu
niunt ſm ſtatuta nō ſm.ll.ꝛ ideo cū ſtatuta di-
cant ſi qs occiderit ꝛc̄.ſtatutū illud nō verificat
niſi morte ſecuta.ideo animus occidendi nullo
mō attentit.ſimile videbitis in.l. acql. ubi dr̄ ſi
qs occiderit.vt.l.ii.ſ.ad.l.acql.ſi aliqs nō occi
derit ſed alias mortis cām pbuit nō tenet dire-
cta.l.acql.qa ꝟba hoc nō ſonāt:ut.l.item ſi ob-
ſtetrix.in prin.ſ.ad.l.acql.ꝛ videbitis no.j.e.l.
nihil.ſed in.l.cor.de ſicca.erat exp̄ſſum de eo q
habuit aīum occidendi.merito iſta.l. tenet. ita
debetis itelligere iſtā.l.¶Scd̄o quero qualiter
anim⁹ occidēdi pbabit.dicit tex.hic ex qualita-
te pcutiendi.ita pbat ēt.C.e.l.i. ꝛ.iii. debemus
enim iſpicere prius ppoſitū vtꝝ hoc faciat ex p
poſito an fiat ex rixa:uel ex quodā ipetu: ut hic
apparet.Item ſi in rixa fuīt debemus inſpicere
cum quo percuſſit:an cum gladio[c] an cum bacu
lo uel lancea:ꝛ ſi cū lancea:aut cum ferro aut cū
haſta:ut glo.dicit.ꝛ ſi cum baſtone:aut pcuſſit i
capite aut in alia parte corporis.ita no.glo. i.c.
ſignificaſti.in ſi.extra de homi.

**Item diuus.** De materia hui⁹.§.
vidiſtis in.l.ſi mari-
to.ſ.de adul.ꝛ.l.ſi adulteriuz.§. ſi iperatores.

i **Inauditum.** ¶Quero qd
uult dicer tex.
inauditū filium.dicit glo. inauditū filiū
.i.ſuppoſitū filium:ita q nō ē filius:ꝛ ſic nō pōt
eum accuſare ꝛ dicere q nō erat filius. intellige
ſi erat doli capax:qn̄ fuit ſuppoſitus ut fili⁹:qa
forte pater erat abſens.hec eſt una expoſitio gl.
Alio modo exponit glo.inauditū.i. nō accuſa-
tum:uel inauditū.i.cōmittentē aliqd inauditu
.i.graue ſcelus cōtra pr̄em.¶Sed contra hoc
op.q qs nō poſſit accuſare pſonā ita cōiunctā:
ut.l.hi tm̄.§.i.ſ.de accu.ſi q̄ris an fili⁹ poſſit ac-
cuſare pr̄em.dic ut.d.l.hi tm̄.ſed ſi queris an pr̄
poſſit accuſare filium:tūc ſiqdez delictū eēt gra
ue ꝛ cōmiſſum cōtra ipm pr̄ez pōt ipm accuſare
ut hic.ſed ſi delictū eſſet leue uel cōmiſſum ꝯtra
alios pater accuſare nō poſſet:ut.l.pp.ꝛ.l.ſi ma
gnū.C.q accu.nō poſ.¶Itē op.q pr̄i liceat oc
cidere filium:ut.l.nec in ea in ſi.ſ.de adul. So.
in caſu illo lz occidere.in alijs ſecus ſm hec tpa:
lz olim indiſtincte licebat occidere:ut.l.in ſuis.
de libe.ꝛ poſthu.nō habetis alia.

e **Iuſdem.**

**Adiectio.** [d]Uides q triplex ē ſpēs ve
neni:ut i tex.apparet p to
tam.l.que tractat de medicamentis ꝛ uenenis.
¶Op.de.l.ſi qs aliqd.§.qui abortionis.j. de
pe.ubi ille q dedit tenet ꝛ punit ultimo ſuppli-
cio.So.hic a prin.dedit medicamētū cā conce-
ptionis:ꝛ ſic cā rei licite. ſed hic cā abortōis: ꝛ
ſic cā rei illicite.ꝛ hāc.l.de q̄ op.alle.gl.p ꝯcor.
Ex.§.ſequenti.

¶An qui occidit bānitum in manibus familie
teneatur.

**Trāſfugas.** Uides ergo q tranſ
fugas ꝛ hoſtes quis
poteſt licite occidere[e] Statutum eſt q poſſit

a ¶ Manibus familie. Si bānitus interficit dū ē captus a familia: an occidens teneat. ange. p illum tex. in. l. publius. §. i. de cōdi. ⁊ demō. tenuit opi. Dy. q̄ poſſit offendi. ⁊ Imo. ibi tenet 2riuz ſequēdo bar. hic. qd aūt ſi nō interficiat ſed eripiatur: vide no. tex. ⁊ ibi p Bar. in. l. cuiuſq3 in fi. ff. ad. l. iul. maie. ⁊ de. q. Bar. hic vide Bal. in. l. libertus. de ſta. ho. p illū tex. ibi ſeruare nō occidere q t3 idem q̄ bar. hic. ſecus dicit ipſe ſi eſſet captus a priuato. ⁊ ita itelligit. d. l. in laqueū. ⁊ ibi qd iuris ſi occidat bānitus citatꝰ dū cōparet. ⁊ t3 q̄ poſſit īpune offendi niſi ſibi ſit data ſecuritas. ⁊ de ea cōſtet occidēti. ſed qd ſi ducentes eum timore ne arripiat eis ipſum occidant an īpune faciāt: vide bal. in. l. aditos. C. de epi. audi. p Flo. in. l. quēadmodū. §. magiſtratus: ⁊ i. l. ſeruus. ff. ad. l. acql. p bal. i. l. fi. C. ď maleſi. Quid āt ſi quis occidat unū qui ducebat ad furcas vtrū teneatur de homicidio: vide bal. i. l. fideicōmiſſa. §. ſi qs. ď lega. ii.

b ¶ Lege l cornelia. q̄ rectores. rectores tormēta inferētes ꝯ iuſticiam puniunt vide bal. i. l. qōnis. j. de qō. idem ſi exequuntur ſniam criminalē pendente appellatōne: qꝛ decapitant ſm bal. i. l. ſi qs filio. §. hi q. ff. de iniuſ. teſta. ⁊ bal. i. l. aditos. C de epi. audi. adde bal. nota. in. l. i. i. xi. col. C. ne ex deli. defunc. ⁊ tex. no. i. l. lege iulia. §. hodie. j. ad. l. iul. repe. ⁊ dicit bal. in rub. ď pe da. iudi. ⁊ in. l. i. in. ii. col. q̄ ſi iudex ď facto aliquē

exbānitus impune occidi ⁊ fuit captus a familia. quero vtrum in manibus familieᵃ poſſit īpune occidi. Dy. ponit hanc. q. in. l. in laqueum. ff. de acquirē. re. do. ⁊ ibi ſe nō bene firmat. Finaliter videtur dicere q̄ melius eſt q̄ ipſe puniatur quia hoīem de familie manibus arripuit: vt in auc. vt omnes obe. iudi. prouinci. §. arripiant. ⁊. l. lege iul. ff. ti. i. q̄ q̄ puniatur de occiſo. Ja. de are. diſputauit hāc. q. ⁊ determinauit ſic q̄ ñ poſſit occidi. ⁊ hoc pbat ſic. per caſum huius. l. hoſtes l3 occidere: ut hic. ſed poſtquā hoſtis eſt captus non pōt occidi: ſ3 debet ſeruari: vt. l. ⁊ ſeruoru3. ff. de ſta. ho. ergo exbānitus poſtquā ē captus non pōt occidi. ita dicit ipſe cuius determinatio mihi placet. primo quia homines poſitos in carceribus non l3 occidere: vt. l. fi. ff. de cuſtoreorum. ſed iſte qui eſt a familia detentus vel ducitur poteſt dici incarceratus: vt. l. qui neq3. j. de verbo. ſigni. ergo ⁊c̄. preterea illi qui veniūt ad ciuitatem de neceſſitate dicūtur habere ſecuritatem interim a lege: vt dicimus in legatis: vt. l. fi. j. de le. ⁊. ff. de iudi. l. ii. §. legatis: vt etiam dicimus in teſtibus qui teſtimonij cauſa in iudicio vocantur: vt. d. l. ij. §. eum qui teſtimoniu3. ff. de iudi. ſed iſte qui ducitur a familia venit de neceſſitate. ergo debet habere ſecuritatem. ille ergo qui occidit ipſum facit cōtra ſecuritatem datam a. l. ⁊ ſic incidit in. l. iul. maieſta. vt. l. i. ff. ad. l. iul. maie. facit ad hoc. l. vlti. C. de male. ⁊ mathe.

l **Lege cornelia.** Uides ergo q̄ l3. l. permiſſum nō ſit q̄ rectoresᵇ qui torquent teſtes vel reum cōtra iuſticiam: ut ex hoc aliquis moriatur tenentur hac. l. vt hic ⁊ etiam vidiſtis. ff. e. l. i. in prin. ⁊. §. i.

**Cu3 quida3.** De hoc videbitis. j. eo. l. in lege.

**Et qui hoc crimine.** No. hūc ver. vide glo. que incipit. quia nō veniunt ⁊c̄. gl. nō dicit verum imo puniuntur. l. cor. de ſicca. ⁊ hic eſt caſus ſpecialis in quo abſens dānatur in pena que eſt ultra relegationem: ⁊ q̄ pena ſit ultra relegationem apparet ex precedentibus ⁊ ēt. j. ea. l. in fi. alium caſum habetis C. de peti. l. ne diu. habemus hodie tertium caſum in quadam cōſtitutione henrici imperatoris quā pmulgauit Piſis in qua cōtinetur q̄ in crimine leſe maieſtatis abſens pōt dānari.

i **In lege.** In penis corporalibus lata culpa nō equiparatur dolo ſed mitius punitur. h. d. ¶ Oppo. ff. l. lege cor. §. i. Rñ. q̄ hac. l. nō punitur vt hic: ſed punitur extra ordine3 iudicis officio minori pena: ut ibi. ⁊. l. reſpiciēdum. §. delinquunt. j. de penis. ¶ Ulterius oppo. ⁊ videt q̄ nullo modo puniātur pter latam culpam: ut. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. nōnunq̄ᶜ. ⁊. §. imperatores. ff. de adulte. Rñ. hic loquitur de delictis que principaliter in adulterium cōmittuntur. in. l. vero cōtraria loquitur de delictis que perſonam alicuius principaliter nō reſpiciunt. nam pter ſtuprum vel īceſtum nō dr̄ offendi aliquis principaliter: vt. l. nec in ea. §. i. de adul. ¶ Ite3 op. de. l. i. §. i. ff. ſi menſor fal. mo. di. vbi lata culpa equiparatur dolo. Rñ. ut glo. dicunt hic ⁊ in

ſuſpendit punitur ſimili ſupplicio. ſi aūt de facto torquet tenet iniuriaz puniēdus p motu iudicātis. qd no. ⁊ uide ēt qd no. ibi bal. in v. qro utrū iudex q nō admittit defenſionē de facto torquēs: quō puniat: uide etiam bal. in. l. decuriones. C. de qō. et uide Saly. in. l. fi. C. de pe. iudi. qui ma. iudi. ADDE qualiter teneat iudex de eo q moritur in tortura. bal. cōſilio. cccxxvi li. quarto.

. l. in accuſationibus. circa prin. ff. de in litem iuran. ⁊ ponit etiam in. l. ſi culpa. ff. ſolu. matri. tamen veritas eſt prout dixi in ſummario q̄ in penis corporalibus lata culpa nō equiparatur dolo. in alijs aūt quid iuris ſit dicam in. l. i. §. i. ff. ſi quis teſta. libe. eſſe iuſſus fue. dic ut ibi dicā. hic non habes alia.

e **In mulierem.** De hoc dic plene p gl. in. l. diuus. §. i. de extraor. crimi.

Ex. l. ſequenti.

¶ Quādo liceat occidere furem: ⁊ qliter intelligat cū moderamine inculpate tutele.

f **Furem.** ᵈ¶ Oppo. q̄ indiſtincte poſſit occidi dummodo cum clamore teſtificetur: vt. l. itaq3. ff. ad. l. acquil. dicunt qdam q̄ hic dicitur ſi parcere ei ⁊c̄. ſubaudi maxime. Alij dicunt q̄ illa. l. loquitur ſcōm rigorem. l. xij. tab. hic ſcōm equitatem iuriſconſultorum que equitas preualet. Alij dicunt ⁊ iſta eſt vera opi. q̄ furem nocturnu3 ego poſſum indiſtincte occidere ſi nō poſſum eu3 dimittere ſine periculo perſone vel rerum. ſic propter res l3 hoīem occidere: ⁊ hoc in fure nocturno. Sed in fure diurno nō eſt periculum: quia ſi ego eum cognoſco potero rehabere. propter hoc dicūt doctores noſtri attenta iſta rōne q̄ ſi de nocte cognoſcerem furem nō liceret eum occidere. ⁊ ecōuerſo ſi de die eum nō poſſem cognoſcere: eum tanq̄ furem nocturnum l3 occidere: ita tenēt doc. C. e. l. ſi vt allegasᵉ. habes ergo ex. l. iſta q̄ pro defenſione rerum mearū ego poſſum hoīem interficere. pro hoc alias dixi ⁊ dico nūc. dr̄ in. l. i. C. unde vi. q̄ quis pōt defendere vim cu3 moderamine īculpate tutele. quo modo ītelligitur cum moderamine. glo. ibide3 ponit multa verba. ſed tex. in. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. acquil. hoc declarat. dicit enī ſic. cum aliter ſe defendere nō poſſet: tunc dr̄ inculpata tutela. hoc aūt intelligo ſic. cū aliter ſe defendere nō poſſet a periculo rerum uel perſone. vnde nō debeo pati q̄ me dānifices ī aliquo ſi dānum eſſet irrecuperabile. alias ſecus vt hic. Et ex hoc cōſequitur aliud: q̄ ſi nō poſſum effugere quin me percutias niſi ego te īterficia3: poſſum te interficere per hanc. l. cum ſi. rō eſt cum enim quelibet iniuria perſonalis eſt maior quauis reali: ut. l. in ſeruorum in fi. j. de pe. ⁊ pter iniuriam realem irrecuperabilem poſſum occidere. igitur multomagis p perſonali. quod tene menti.

Ex. l. ſequenti.

¶ Qualiter puniat q plus delinqt circa res q̄ cogitauit. Et quid ſi deliqt ī plus circa pſona3: ⁊ quid ſi plus deliquit incidendo in aliam ſpeciem delicti.

d **Diuus.** ᶠPro declaranda hac. l. quero exemplum ⁊ tria exempla poſſunt poni. primum quādo aliquis nō habuit animum delinquendi tamen delinquit. certe iſte nō tenetur vt hic: ⁊. l. i. §. diuꝰ. ff. eo. hic tamen an puniatur mitius pter culpam ⁊ qualiter: dixi vobis. ff. e. l. in lege. ⁊ uidebitis. j. de pe. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ſecundo modo pōt poni exemplum in eo qui habuit animu3 delinquēdi tn̄ nō perfecit delictū.

c ¶. §. nōnūqz. vide etiā ibi Bar.

d f Furez. Hic. l. ⁊ ſimiles volentes occidi poſſe furē nocturnū p vitādo periculo rerū limita: niſi imineret periculū pditionis rei uilis: qꝛ tūc nō eſt licitū occidere nec vulnerare. l. ſi ex plagiis. §. tabernarius. ad. l. acql. et dici pōt res vilis a duobꝰ aureis. j. ſi enim parcit fame hoīs p re vili. l. ſi oleum. §. fi. et. l. ſeq. ff. ď dolo. multo magis vite parcēdu3 ē. ad qd optime facit. l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adul. ſm mate. in ſuis notabi. not. cxiii. ⁊ uide extra de homicidio. c. ii et. c. ſuſcepimus. ⁊ iſtud eſt ēt dictu3 bal. in. l. i. C. locati. ⁊ areti. iſti. de ac. in. §. i. alias. ii.

e ¶. l. ſi vt allegas. et ibi ēt dicit bal. et doc. q̄ ēt ſi cognoſcā furem diurnum ſed nō poſſu3 aliter res furatas habere qꝛ ē diſceſſurus q̄ poſſu3 occidere eum. et ideo dicit q̄ ďbitor fugitiuus ſi telo ſe defendat pōt occidi.

f d Diuus No. hic qñ aliqs deliqt plus uel minus q̄ cogitauerit. de q uide p Bal. in. l. ſi qs nō dicam rapere. in. vi. col. de epi. ⁊ cle.

Et circa iſtã materiã generaliter videlʒ an ĩ delictis iſpiciatur opinio: vel veritas vel ecõtra: vid' pulchrã diſtinctionẽ Bal. in.l. ſi qs ſeruo.C. de fur.ꝛ no. p bar. p totam hanc.l. ꝛ Joã.an.in regula cum qs in ius in mercuria. ꝛ q̃ dixi poſt Barto.in.l. iteʒ apud.§. ſi quis virgines.ſ. de iniur. ꝛ aliqd' ẽt p Joan.in regula quod qs in ſi.in mercu.

nam punitur ſm animũ non ſm effectum: vt.ſ. .e.l.i.§.diuus.℃Sed cõtra hoc op.gl.ĩ.de pe. .l.cogitationis.Rñdet glo.ibi ſtetit in finib' cogitationis.hic puenit ad actum.℃Item op.de .l.i.in ſi.ſ.quod qſqʒ iuriſ.So.ibi loqtur in leuioribus:hic in grauioribus.vel aliter ĩpetrare reſcriptum nõ eſt delictũ:ideo nõ facit ad ppoſitum.℃Item op.de.l.q falſaʒ.ĩ.de fal.So.ibi potuit delictum pficere ꝛ noluit:hic nõ potuit. hec cõtraria tanguñ in glo.ꝛ materia iſta expeditur p multos in.l.ſi qs nõ dicam rapere.C.de epiſ.ꝛ cle.ꝛ tangiñ.ſ.de extraordi.cri.l.i.ꝛ ibi dicaʒ.tertio põt poni exemplũ de eo qui voluit delinquere ꝛ tñ deliquit plus q̃ vellet: vt cuʒ vellet tñ pcutere interfecit:vel aliquid aliud quid iuris ſit:tunc glo.hic nec alibi tangit.doc.tãgũt in.l.qm̃ multa facinora.C.ad.l. iul. de vi. quam materiã volo expedire per plures qõnes. Primo quero qd ſi aliquis deliqt plus q̃ cogitaret circa res.diſtingue tres caſus:qa aut delictũ qõ facere ppoſuerat ad hoc tendit:ꝛ tunc iſpicitur delictũ ſeu euẽtus ꝛ nõ animus: vt.l. qm̃.C. ad .l.iul.de vi.ꝛ ideo ibi violẽtia puniñ ſm euẽtuʒ: qa veriſimiliter illud delictuʒ tendit ad verbera ꝛ homicidia ꝛ ſi.vnde ſi aliqs propoſuiſſet mittere icendium in domo vna:ꝛ pp hoc eſſent cõbuſte plures alie:teneñ de oibus:quia oẽ icẽdium ad hoc tendit veriſimiliter q̃ domus contigue conburanñ ſimiliter:vt.l.i.§.ex incẽdio.ſ. de incẽ.rui.nau.Si vero delictum nõ tendit ad hoc.ꝛ tunc aut delinqt in plus circa eãdem reʒ: ꝛ inſpicitur euẽtus:vt.l.vulgariſ.§.ſi quis es.ſ. de fur.ꝛ ideo ſi qs furareñ vas cõſecratũ cuʒ putaret nõ conſecratũ:tunc iſpiciñ quod eſt ſecutũ non qõ putabat.ſi vero delinquit in plus circa diuerſas res:tũc iſpicitur animus nõ euẽtus: vt .l.vulgariſ.§.ſed ꝛ ſi quis.℃Secũdo q̃ro quid ſi aliquis delinquit in plus circa pſonam offenſam.hic eſt aduertẽdum. nam q̃dam.ll. videñ velle q̃ inſpiciatur animus.vt.l.iteʒ apud labeonem.§.ſi qs virgines.ſ.de iniur.ꝛ qõ no.in.l.ſi ignorans.ſ.loca.Jn cõtrariũ videñ.l.eum q nocẽtem.§.pe.ſ.de iniur.ꝛ iſtam vltimã parteʒ veram puto q̃ inſpiciañ euẽtus.nõ ob.§.ſi qs virgines:qa ibi in nullo habuit aĩum cõmittẽdi aliquod punibile.credebat.n.illas ṽgines eſſe meretrices quas appellare nõ eſt punibile. ſed noſtra qõ loquiñ in eo qui ab initio ppoſuit delinq̃re.nõ ob.glo.l.ſi quis ignorans.ſ.loca.qa illud ĩtelligo eſſe vex in pena excõicationis:ſeu ĩ quauis alia pena.ſ.ſpũali vbi anim' ꝛ cogitatio magis iſpicitur.ſed in pena tẽporali euẽtus iſpiciñ. predicta vera qñ delinqt qs in plus circa pſonã ipſam que principaliter offendebañ.ſed ſi delinquit in plus circa pſonas alias.iſtud põt eſſe dupliciter.vno modo q̃ vtrãqʒ pſonam offendit: vt cum vellet pcutere vnũ pcuſſit duos: tunc de vtroqʒ teneñ:vt.l.ſciam.§.qui cuʒ aliter.ſ.ad.l. acquil.facit.d.l.eum q nocẽtem.§. pe.ꝛ ſi.ſ. de iniur.Si vero nõ offendit aliuʒ tangedo eũ ſed per quãdam cõſequentiã vtputa faciẽdo iniuriam filio vel vxori:per cõſequẽtiam facit iniuriaʒ patri vel marito:ꝛ tũc videñ animus iſpici debere potius q̃ euẽtus.ſm quod dñ in.l.eũ qui nocenteʒ.§.pe.ꝛ ſi.ſ.de iniur. Sed de vno poſſet dubitari.qd ſi non apparet de quo cogitauerit qa percuſſit quẽdam nec aliqd apparet:vtrũ cogitauit de patre vel de viro:vel utx ſciuerit hoc .ſ.habere pcuſſum pꝛem vel marituʒ:qd in dubio.Rñ.ſufficit de hoc nõ cogitaſſe vel neſciuiſſe hoc:vt.l.eũ qui nocentẽ in ſi.ſ.de iniur. ꝛ facit optime in.l.falſus.§.ſi actum in ſi.§.℃Quero quid ſi delinquit in plus icidendo in aliã ſpeciem delicti.hic aduerte ſi qdem delictũ qõ principaliter facere ppoſuit tendit ad illũ finem qui ſecutus eſt:ꝛ tunc iſpicimus euentũ.caſus ẽ no. in.l.ſi.ſ.de crimine expila.heredi.ꝛ extra de homicidio.c.ſi.li.vj.facit.l.qm̃ multa facinora.C. ad.l.iul.de vi.ſi vero ad hoc nõ tendebat delictum qõ principaliter facere ppoſuerat:tũc non tenetur:vt.l.vex.de fur.ꝛ.l.qui iniurie.in prin. .e.ti.tene predicta menti.

n **Nihil intereſt.**[a] ℃Opp.de l.iteʒ ſi obſtetrix.in prin.ſ.ad.l.acquil. Sol. aliud in .l.acquil.ꝛ aliud in.l.cor.rõ eſt: quia hec.l. punit expreſſe eum qui habuit aĩum occidendi: lʒ nõ occiderit.ſed in.l.acqlia.dñ expreſſe ſi qs occiderit.que ṽba nõ verificanñ in dante opeʒ.qõ tene menti.℃ Secundo quero exempluʒ eius qui mortis cãm prebuit.dicit glo.pone exẽpluʒ in illo qui poſuit gladium in manu furioſi vt ſe vel alium occideret.ita dicit glo.Sed op. cũ.n. furioſus nõ teneatur:vt.l. infans.ſ.e.ꝛ.ĩ.ti.i.l. ſi.ꝛ.l.diuus.ſ.de offi.preſi.ergo videtur q̃ preſtans opem nõ poſſit teneri:vt.l.is qui.§.ſi tu ticium.ſ.de fur.dic ut ibi dixi.ꝛ.l.is qui opem.e. ti.ꝛ.l.ſi quis uxori.§.neqʒ.de fur.ꝛ no.p glo.in .l.ſi quis id quod.§.pe.ſ.de iuriſ.om.iudi.

q **Vicedem.** ℃Opp.de.l.decurionũ.C. de peniſ.ubi uane uoces populi nõ ſunt exaudiende.Rñdet By.ppter tumultuʒ populi nõ occiditur ille qui nõ eſt culpabilis:ut.l.'cõtra. ſʒ pena põt bene accelerari.caſus eſt hic.

Ex.l.ſequenti.

℃Qualiter plures delinquẽtes faciũt alios punire pp ſua delicta:ibi. Et iõ. Et ſtãte ſtatuto q̃ uilla teneañ cape malefactoreʒ ſub pena cẽtũ:ſi plures cõmiſerint maleficium:ꝛ uilla nullum ceperit:an debeat pluries ſoluere centum:ibi. Et per hoc. Et an ſi quis preſtitit auxiliuʒ duobus teneatur tanq̃ unum maleficiuʒ:ibi. Secundo. Et qualiter puniantur plures delinquẽtes: ibi. Quãdoqʒ.

s **Si in rixa.** Videtis q̃ oportet cõtemplari ictus uniuſcuiuſqʒ:ut ille qui occidit teneatur alij non. ℃Oppo.q̃ ictus nõ ſit contemplandus ſed animus:ut.ſ.e.l.i.§.diuus.ꝛ.ſ.e.l.diu'.gl. dicit q̃ ideo iuriſconſultus dicit hic caute in rixa:quia ſi iuiſſent ex propoſito occidẽdi omnes tenerentur[b]:lʒ unus tantũ percuſſerit. ita dicit glo.tua in fine.intelligit ergo ut uides q̃ hic nõ fuit ex propoſito.℃ Sed contra hoc facit qõ dicit in hoc collectoruʒ:ergo uidetur q̃ ad hoc fuerunt coadunati:ꝛ ex propoſito fuerit factũ. Rñ.intelligo collectorum in hoc ex quodam accidenti nõ ex propoſito ut euenit in rixa.ita debet intelligi hic.℃Sed adhuc ob.contra. licet non preceſſerit propoſitum per tempus poteſt eſſe q̃ illo tempore tunc quilibet habuit animũ occidendi:ꝛ ideo non debet inſpici ictus ſʒ animus ut in prealle.l.Rñ.dico q̃ ictus inſpicitur ad hoc ut uideamus quem animum habuit qs occidendi uel nõ:ut.d.l.i.§.diuus.ſ.e.Aduerte iſtud dictum glo. uidetur uerum de iure cõmuni in.l.cornelia.in qua habetur plus reſpectus ad animum q̃ ad actuʒ.ſed in.l.acquil.que magis reſpicit actum q̃ animum inſpicitur ut uideamus ex quo ictu ſecuta ẽ mors: nõ ut uideamus animum principaliter.ut.l.item mela.§. ſʒ

a n Nihil intereſt. vide in.l.i.§. diuus.ſ.eo. ꝛ bar. in.l. is qui opeʒ. in prin.de fur.

b s Si rixa.oẽſ tenerenñ. Adde Bar. in.l.i. .§.diuus.ſ. eo. ꝛ Cy. in .l.is qui cuʒ telo.C. eo. ADDE bal. cõſilio.lxxxi. quinto li.

a ¶ Iura municipalia. Adde bar. in. l. i. §. diuus. ff. eo. ⁊ bar. ⁊ bal. ⁊ q̄ ibi dixi. in. l. is qui cū telo. C. eo. an hēat locū in eo q emit venenū: uide bar. in. l. i. j. ti. i. ADDE Alex. cōſilio. xiiii. tertio vol. ⁊ bal. cōſi. cxxi. li. qnto.
b ¶ Dy. determinauit. Adde bar. in. l. cum ſe exhibuiſſet in fi. ⁊ quod ibi dixi. ff. de publica.
c ¶ Cōmittentibus homicidiū. an tot penis affligaſ quot fuerūt malefactores. adđ bal. in. l. cū rōnibus. C. qui accuſa.
d ¶ Teneaſ. vide bar. i. l. q ſeruo. §. fi. ff. de fur. et facit ad ea q̄ habenſ in. l. is qui opez. eo. tit. et de hac materia vide q̄ no. bar. in. l. nū q̄ plura. ff. de pri. delic. io. an. i ſpe. i ti. de penis. §. i. ⁊ qđ tā git bal. in. l. cuz rōne. circa fi. C. q accuſa. ⁊ i ſpe. in ti. de homici. v. ſz pone ⁊ in ti. de teſte. §. i. v. ſed qđ ſi qs in rixa. per Archi. xxiii. q. vlt. c. ſi. ꝑ Inno. đ homicidio. c. ſicut dignuz. Dy. in regula in obſcuris. Cy. ⁊ ſali. in. l. qm̄ multa facinora. C. ad. l. iul. de vi. ⁊ quod dicit bal. in. l. i. C. ad ſil. ⁊ bal. i. l. edita. in xx. col. i v. xiii. queriſ. C. de edē.
e ¶ Qn̄qz tractaſ. Et adde ꝙ cōcitator ſocietatis teneſ de homicidiis i pugna commiſſis: ⁊ etiam homicida de eodez teneſ: ut no. glo. ⁊ doc. i. l. qm̄. C. ad. l. iul. de vi.
f ¶ Habenſ ꝓ vno. bar. in. l. auferſ. §. fi. de iure fiſ. et i. l. magiſtrat⁹. ad munici.

g ¶ Preſtās auxiliū. No. de eo q punitur tanq̄ preſtās auxiliū. ⁊ adde bar. in. l. q ſeruo. ff. de fur. ⁊ Saly. in. l. i. C. de rap. virgi. in v. vi. quero.
h ¶ Formare inquiſitionē. Et adde ꝙ hec verba aſſiſtēda ⁊c. debent apponi in inquiſitione. alias. n. ſi diceretur ꝙ vulnerauit ⁊ auxilium homicidio preſtitit nec diceretur aſſiſtendo homicidio nō puniretur tanq̄ ꝓſtans auxilium homicidio niſi ꝑ actum vulneris: ⁊ ita intelligitur ꝑ no. ꝑ Bar. hic niſi diceretur ꝙ ꝓſtitit cōſiliū ita dicit fin. barto. in. l. q ſeruo. §. fi. ff. đ fur. limita tn̄ iſta ꝑ no. pulchre ꝑ bal. i. l. data opera. in. xxviii. col. C. q accuſa. vbi dicit ꝙ ſi tici⁹ rixabatur cū ſeio cognato: ⁊ frater ſeii ſuperuenit ⁊ occidit ticium aſtante ⁊ preſente ſeio: non puniretur ſei⁹ ēt de auxilio q: ſeius primo uenerat: nec frater eius de voluntate ſua ſuperuenit. qđ bene no.
i ¶ C. §. ſi plures. Et vide in. c. ſtatutū extra de ſepul. ⁊ extra de elec. c. cupientes. §. certū glo. ſuper verbo īculpabiliſ li. vi. xvi. di. c. quieſcamuſ. in glo. fina. Ray. in ſumma de homicidio. §. qd ſi plures. ſpecu. in ti. de lega. §. iuxta v. qd ſi qs.

ſi plures. ff. ad. l. acquil. ¶ Querit gl. quid ſi nō poteſt apparere cuius ictu: prout dicit glo. oēs tenentur: vt in. l. itez mela. §. ſed ſi plures. ita dicit glo. cōtra iſtam glo. videtur glo. in. l. item mela. §. ſed ſi plures. ſ. ꝙ in dubio debent abſolui per. l. abſentez. j. de penis. Dy. in. c. in obſcuris. circa finem regule li. vi. tenet iſtaz glo. Alij doc. moderni dicunt ꝙ ſiquidem maleficium fuit factū ex ꝓpoſito. loqtur glo. iſta. alias ſi non ex ꝓpoſito loquiſ glo. cōtraria: vt ſi nō apparet cui⁹ ictu perijt omnes debent abſolui. ⁊ hoc verū in. l. corne. que requirit doluz. ſed in. l. acquil. in q̄ venit leuiſſima culpa tunc omnes tenētur: ut. d. l. item mela. §. ſed ſi plures. ⁊ hoc tenet Cy. C. ad. l. iul. de vi. l. qm̄ multa. in vlti. q. Iſtud dictū ſatis ꝓcederet de iure cōmuni ſm qđ puniſ animus: lʒ homicidium nō ſequaſ. ſed ſm iura municipalia[a] puniunt homicidium tm̄ ſecutuz. iſta verba ſunt valde dubia. ¶ Ideo ꝓ declaratione huius materie de pluribus delinquētib⁹ ad euidentiam debetis ſcire. quādo plures delinquūt qn̄qz tractatur de puniēdo alios ꝓpter illos delinquētes: tunc omnes illi cōmittentes vnū delictum reputanſ pro vno: vt. l. ſi cuz exhibuiſſent. §. fi. ff. de publi. ⁊. l. i. ⁊ per totuz. ff. ſi fa. fur. fe. di. fallit in caſu. l. ſi familia. ff. de iuriſ. om. iudi. ¶ Et ꝑ hoc poſſumus determinare. q. villa tenetur capere malefactores: teneſ etiam denunciare: ⁊ ſi nō fecerit certam penaz ſoluat. contingit ꝙ plures fecerunt vnum homicidiū: villa nō cepit eos: tenebitur ne pluribus penis pro quolibet homicidio: vel vna tantum: Dy. determinauit[b] ꝙ vna tm̄ teneatur pena: non tamē per rōnē predictam: ſed per aliam: quia ſtatutuʒ quod loquitur īdefinite equipollet vniuerſali. ⁊ ideo cū dicit: ſi non ceperit malefactores reſoluitur. i. ſi omnes malefactores nō ceperit. ergo ⁊c̄. vt. l. ſi plures. ff. de le. iij. ⁊. l. ſi pluribus. ff. de le. ij. Ita determinauit Dy. ¶ Secūdo facit ad illud. vn⁹ preſtitit auxilium duobus cōmittentibus homicidiuz[c]: punietur pro quolibet homicidio pena ſua quaſi cuilibet per ſe preſtiterit auxiliuz: ⁊ ſic preſtiterit duo auxilia. ⁊ cōſuluit Dy. ꝙ tantum vna pena teneatur[d] per eandem rōnem: quia ſtatutum quod dicit: ſi quis dederit auxilium malefactori reſoluitur in vniuerſalem: hoc eſt malefactoribus omnibus. pro hoc etiam facit regula quā. ff. tradidi: quia cum tractatur de puniendo alio ꝓpter maleficium cōmiſſum a pluribus: illi plures habentur pro vno: vt. ff. dixi. ¶ Sed contra hoc facit. ff. ſi fami. fur. fe. di. l. i. §. i. vbi ſi dn̄s fuit ſciens tenetur pro quolibet ſeruo non tanq̄ pro vno: ſed iſte preſtans auxilium fuit in dolo. ergo ⁊c̄. Rn̄. illa. l. facit pro. ſi eniʒ dn̄s cōueniſ ſuo nomine pro ſuo iuſſu vnus eſt iuſſus: ⁊ vnum maleficiuz reputatur. ſed ſi cōueniretur nomine ſerui: tūc teneretur pro quolibet ſeruo. pro hoc facit ꝙ habuiſtis. ff. ti. i. l. iij. vbi coadunans tenetur: ⁊ tamē dr̄ coadunans non teneſ niſi vna. l. pro vno delicto. nō autem tenetur ꝓ quolibet coadunato. ⁊ per hoc poteſt ſolui qđ ꝙ ſi quis mandauerit pluribus vt faciant homicidium vel aliud delictum: vt ſit ſemper vnuʒ delictum per ea que. ff. dixi. ſecus ſi mādaret vt facerent diuerſa delicta: tunc pro quolibet delicto tenetur: nec eſt noſtra materia. ¶ Quādoqʒ tractatur[e] de puniendis ipſis pluribus delinquentibus. ⁊ tunc qn̄qʒ iſti plures delinquentes habebant officium publicum: tūc oēs habenſ ꝓ vno[f] ⁊ vna pena puniuntur: vt. l. ſi multi. ff. de publica. ⁊. l. tres tutores. de admini. tuto. ⁊ ibi no. tangam vobis in. l. ſacrilegij capite. §. i. ad. l. iul. pecu. ⁊ ex hoc vidi ſemel in ciuitate iſta quattuor cōmentarienſes qui preerant carceribus qui extorſerunt aliquā pecuniam indebite. ſm formaz ſtatuti: debebant condēnari in quadruplo: certe omnes debebant condēnari in vno quadruplo non quilibet per ſe: vt. ff. uidiſtis. quādoqʒ plures delinquentes ⁊ cōmittentes vnum delictum non ſunt officiales. ⁊ hic aduerte ſi quidez omnes equaliter delinquūt omnes equaliter puniuntur: vt. l. ita vulneratus in fi. ff. ad. l. acquil. ⁊. l. ſi plures. ff. de iniu. ⁊. l. ſi plures. ff. arbo. fur. ce. ⁊. l. iij. ff. ti. i. ⁊. l. vulgaris. §. ſi duo. ff. de fur. Si vero delinquūt inequaliter: tunc quilibet punitur ſm qualitatem delicti ſui. ⁊ ad hoc factum vniuſcuiuſqʒ debet contemplari: vt hic ⁊. l. item mela. §. ſed ⁊ ſi plures. ff. ad. l. acquil. datis his regulis ad. q. propoſitam accedamus. plures ꝑcuſſerunt vnuʒ ⁊ ille mortuus eſt. dicūt doc. aut ex ꝓpoſito: ⁊ omnes teneſ. alias ſecus. dic vt dixi uobis propoſitum ſm ſtatuta italie: non ita attendiſ ſicut factum. ideo debemus dicere ſic. quādoqʒ apparet cuius ictu deceſſerit. iſto caſu ſi qdem inferens uulnus mortale percuſſit primo: alij inferentes alia uulnera percuſſerūt ſecūdo: tunc quilibet teneſ de occiſo. nam iſta uulnera ſecūdo illata lʒ in homine ſano nō eſſent mortalia: tamen in homine iam debilitato per primum uulnus mortale uulnus eſt: ut. l. qua actione. §. ſi quis ſeruum egrotum. ff. ad. l. acquil. ad idem facit. l. ita uulneratus. in prin. eo. ti. Si uero percuſſerūt prius illi qui intulerunt uulnera non mortalia: tūc tenetur de occiſo tantū ille q intulit uulnus mortale: nam ex illius ictu perijt: ut hic. ⁊. d. l. item mela. §. ſed ſi plures. tamē aduerte quia ille qui primo percuſſerit poterit puniri tanq̄ preſtans auxilium[g] homicide aſſiſtendo ſibi ad maleficium cōmittendum: ut. l. in actione. §. ope. ff. de fur. poteſt puniri etiam quaſi coadunatus ad hoc. ſ. ad homicidium committenduʒ: ut. ff. ti. i. l. iij. ⁊ ſufficit etiam ſi ſolus un⁹ eſſet ad hoc coadunatus: ut. l. ij. §. ſed ⁊ ſi unus. ff. ui bono. rap. ⁊ per hoc ſcies qualiter debes formare inquiſitionem[h] ⁊ accuſationem. Si vero non poteſt apparere quis primo: ⁊ quis poſt percuſſerit: dic ut. j. dicam. quādoqʒ non poteſt apparere cuius ictu quis deceſſerit: ⁊ hoc pōt contingere duobus modis. primo quia nullum uulnus per ſe erat mortale. ſed uulnera utriuſqʒ ſimul iuncta erant mortalia. iſto caſu omnes puniuntur de homicidio quia omnes occiderūt: ut. l. item mela. §. ſi plures[i] trahē. ff. ad. l. acquil. ⁊. l. ita uulneratus in fi. e. ti. arg. ff. arbo. fur. ce. l. ſi plures. hoc tenet Inno. in. c. ſignificaſti. extra de homicidio. quādoqʒ nō poteſt apparere cuius ictu perierit quia ignoratur quis eorum illam percuſſionem fecerit. conſtat eniʒ ꝙ omnes percuſſerunt. ſed non conſtat quis eorum illam percuſſionem fecerit que eſt mortalis: nec conſtat de prioritate uel poſterioritate. ⁊ iſto caſu dico ꝙ omnes punientur. naʒ omnes preſumū-

a ¶ Per īteruallū.vide Bal.in ꝓhe.digeſtoꝝ.circa prin.iii.col.⁊ vide oīno bal.in.l.ſi ab hoſtibus.§.i.ſ.ſo.ma.⁊ ibi Imol.⁊ Bal.in.c.i.q.mo. ſeu.amit.⁊ qđ no.cano.in.c.ſignificaſti.el.ii. de homicidio. Quid aūt ſi bos vel equus venditus moriť īfra triduum poſt vēditionē.qd iuris. vide Io.an.in addi.ſpec.in ti.de emp.⁊ vē.§.ſciendū.v.⁊ no.ꝙ in uendi.⁊ Ang.⁊ imo. l.l.ſi quiſ cū aliter. de v. ob.⁊ bal.i.l. .ii.i.iii.q.C. de reſcin.vēdi.⁊ opi.io. an.ſequi͛r Flo.i.l. pacti ſci.ſ.đ pac. idē abb.in .c.iuſtū. de re. permu.

b ¶ .l.ꝯparationes.uide qđ habeo in .l. duos. de re.iu.⁊ raph. in.l. īperatores. eo.ti.Et ad predicta vnū ſing. tene menti. ꝙ ſnīa lata ſm dcm̄ periti ī arte nūq̄ trāſit in rem iudicatā ſm do. an. in.c. ꝓpoſuiſti.j. de ꝓba.q refert Io. an. ita tenētē in addi. ſpe.in ti.đ homi.§ .i.v.ſed pōe ꝙ vulnerauit ⁊c. Imo talis ſnīa alio meli⁹ dicēte poſſet retractari.ex quo poſſet īferri ꝙ ſnīa lata đ alio cōſi. ſapiētis nūq̄ trāſit in rē iudicatā ſed ſꝑ alio melius cōſulēte poſſet retractari:⁊ vide bal.in.l.ſi ab hoſtibus.ſ. ſo.ma.⁊ do. an. in.c. qđ cōſultatiōē de of.dele.⁊ qn̄ plures ſūt periti an ſit ſtandū dicto ꝑitioris vide bar. in rub. đ ꝯtro. iueſti.vbi dicit ꝙ ſic. et vide bar.in .i.cōſti.digeſtoꝝ in ſi. prin. ⁊ in.l. .i.in ꝑin.ſ. de vē. īſpi.⁊ in.l.teopōp⁹ de do.ꝑele.⁊ in.l.ſi.ſ. đ preto. ſti.⁊ Bal.⁊ alii ī .l.hac edicta li.§.his illđ C.đ ſecū.nu.⁊ uide plene ꝑ moder. in .c.ſignificaſti.el.ii.đ homicidio.quantū ad primū dcm̄ vide Ro.in conſi.cccxxii.incip.ꝑ prima diſcu.⁊ vide Ludo.in.l.cū qdam.§.qđ dicitur.de acq.here. Et adde ꝙ ſnīa ēt lata ex ꝑſumptiōibus nunq̄ trāſit in rē iudicatā.de quo hēs poſt tex.in.l.ſi qs adulterii.C.de adul.⁊ poſt bar.in.l.i.C.ſen. reſcin. nō poſ. Et que ſnīa ꝓ pena corporali trāſeat in rē iudicatā:uide que habes poſt bar. in.l. nō tm̄.j. de ap.

tur ſimul vulneraſſe: ſicut alibi vbi de ordine nō apparet preſumuntur ſimul deceſſiſſe: vt.l.ſi inter virum:⁊.l.ſed in illo.ſ.de re. du.⁊ ideo oēs teneńť:vt.l.item mela.§.ſi plures trabē.⁊.§.ſꝫ ⁊ ſi plures.ſcđo rūſo.⁊.l.ita vulneratus in ſi.ſ. ad.l.acql.⁊ quod dixi.ſ.ꝓprimo mēbro: qn̄ nullum vulnus erat ꝑ ſe mortale. Sed huic īſurgit dubiū an hoc ſit veꝝ in ſtatutis.nam.l. item mela.§.ſed ſi plures dicit ꝙ ſi nō apparet oēs quaſi occiderint teneńť:ergo non teneńť de occiſo cū dictio quaſi ſit nota diminutionis.⁊ hoc Dy. videť tenuiſſe in quodam ſuo cōſilio.mihi autē hoc nō placet.ſed dico ꝙ dictio q̄ſi.eſt expreſſiua veritatis ibi:qm̄ eoꝝ eſt oēs occidiſſe:cū oēs ſimul ꝑcuſſerunt:⁊ ꝑcuſſiſſe ſimul preſumanť: vt.ſ.dixi.⁊ quod iſtud ſit veꝝ apparet ex.d.§. ſed ſi plures.i.rūſo.vbi dr̄ ꝙ ille cuius ictu deceſſerit quaſi occiderit:teneť.certe illud quaſi ē veritatis expreſſiuū.⁊ ita ibi in rūſo.ij. debetis ergo eſſe inſtructi qn̄ formatis accuſationē ſeu īq̄ſitionem vtrū accuſetis vnū de homicidio ⁊ alios dediſſe auxiliū ⁊ fauorem.an vero dicatis oēs homicidiū cōmiſiſſe ſimul: vt ex predictis pōt ꝑpendi. Poſſemus q̄rere quid ſi aliqs percuſſit aliquē qui poſtea ꝑ īteruallū[a] deceſſit:vtꝝ ex illis vulneribus preſumať đceſſiſſe.glo.C. de emē.ſeruo.l.i.videť dicere ꝙ in dubio ſi ſurrexit ⁊ ambulauit poſt triduū nō videť deceſſiſſe ex illis vulneribus.tex.eſt etiam extra de cle.percuſ. .c.ij.dicit ꝙ ex diuturnitate tēporis nō preſumitur deceſſiſſe ex illo vulnere.iſta poſſent eſſe vera in dubio.in caſu certi ſtaremus certo ⁊ in hoc ⁊ in cōtemplatione percuſſionū eſſet recurrēdū ad iudiciū medicoꝝ:vt.l.ſi ſemel.C.de re mili. li.xij.⁊.l.i.§.i.de ven.īſpi.⁊.l.cōparationes[b] .C. de fide inſtru.⁊ expreſſe in hoc caſu extra de homicidio.c.ſignificaſti.⁊ ſi plures medici nō reperirenť ſtamus dicto vnius:vt in auc.de nō alie. .§.qđ aūt.col.ii. Habetis ergo ex ꝑdictis expeditam materiā de pluribus delinquentib⁹.materiam vero de pluribus cōtra quos delictū committiť dicam in.l.ſi plures.ſ.arbo.fur.ce. materiam vero de pluribus delictis ab vno cōmiſſis vnico actu habuiſtis tractatā in.l.ſenatus.ſ. de accuſa.⁊.l.ſi adulteriū cum inceſtu.ſ.de adul. ſꝫ materiam de pluribus delictis cōmiſſis ab vno pluribus actibus dixi in.l.nunq̄ plura.ſ.de priua.delic.predicta que dixi de plurib⁹ delinquētibus in hac.l.intelligas quo ad criminalem accuſationē:ſed quo ad actionē ciuilem dicā.ſ.qđ vi aut clam.l.ſemp.§.ij.nō habetis hic alia.

¶ Ad.l.pompeiam de parricidijs.

Ex.l.ſequenti.

¶ Qui emit venenum cauſa dādi:lꝫ nō dederit punitur.

l **Ege pompeia.** Hec.l. diuidiť in quinq̄ partes: vt glo.dicit. Primo dicit de eo qui occidit aſcendentes. ſecundo de eo qui occidit collaterales. tertio de eo qui occidit affines. quarto de eo q occidit illum cui debeť reuerentia patronalis.q̄nto de eo q occidit deſcendētes.ſcđa ibi. frēm.tertia.ibi.vxorē. quarta ibi.patronum.quinta ibi.ſed ⁊ ſi mater. ¶ Oppo.dr̄ hic ꝙ teneť pena que eſt.l.cor.de ſic.cōtra.j.e.l.ſi.⁊.C.e.l.i.⁊ inſti. de pub. iu.§. alia.glo.que eſt hic dat multas ſo.ſed iſta ſo. mihi placet de iure antiquo qui occidebat aſcendētes puniebatur pena ſpeciali. alij puniebanť.l. cor.de ſicca.vt.j.e.l.ſi.que.l.diſtinguit ⁊ declarat iſtam.hodie vero indiſtincte omnibus īponitur vna pena que ponitur in.d.l.i.C.e. ⁊.l.ſi. .j.eo.⁊ inſti.de pu.iu.§.alia. ¶ Ultimo no.tex. huius.l.in fine ꝙ ille qui emit venenū:ut daret alicui lꝫ nō dederit:puniť perinde ac ſi dediſſet[c].qđ no.cōtra illos monachos q dicunť voluiſſe venenare abbatem ſancti petri.

f **Mater.** Nota caſum in quo ex ſola ſcientia qs punitur hoc declarabo.j.eo.l.vtrum.

g **Ed ſciendum.** No. bene hunc tex.ꝙ lꝫ faciat mentionem de his q ſunt in gradu vlteriori non refert ſe ad eos qui ſunt in gradu propinquiori ſcđm verba nec ſcđm mētem ſeu ſententiam:niſi extendatur per iuriſcō. habentes auctoritatem extendendi.ita dicit gl. quā no. Iſtud dictū glo.que dicit ꝙ ante martianū non cōtinebantur illi qui ſunt in pari vel propinquiori gradu. hec ſententia non placet mihi:nam non poſſet facere iuriſconſultus nec imperator ꝙ illud quod primo non continebatur in ſententia nunc contineatur.ſed bene poteſt extendere[d] ſi uult:non ꝙ in ſententia illa cōtineatur:ut.l.iij.in ſi.cum.l.ſe.ſ.de leg.tuto.facit ad hoc.ſ.de uſufruc.ea.re.que uſu conſu.l. .ij.dico ergo ꝙ ante continebatur ex ſententia: q̄.ſententia per martianū eſt declarata. ¶ Quero ergo[e] nunquid illi qui occidunt eas perſonas que comprehenduntur ex ſententia non ex uerbis accuſentur.l.pompeia de parri.an accuſabūtur ex.l.iſta mar. Rn̄.ex illa pompeia:quia illud quod eſt ex ſentētia legis eſt ex.l.ut.l.nominis ⁊ rei.§.uerbum ex le.j.de uer. ſigni. aliud ergo ē eſſe ex.l.⁊ aliud ex uerbis.l.⁊ in ſtatutis in quibus ſecūdum quoſdam non recedimus a v̄bis. iſte perſone que comprehenduntur ex ſententia nō cōtinenť: quia nō cōtinenť uerbis: ſed ſententia ⁊ mente.

Ex.l.ſequenti.

¶ An pater ⁊ mater ſponſi contineantur appellatione ſocerum :⁊ appellatione uxoris cōtinetur ſponſa.

c **Am pater.** Hec.l.continuatur cum precedēti.⁊ ponit unam rōnem dicti in precedēti.l.⁊ pone caſum ſic.quia ſponſa continetur ex ſententia.l. Rn̄.in hoc ſic ꝙ pater ⁊ mater ſponſi contineńť appellatione ſoceri:ſicut ſponſi uel ſponſe filioꝝ cōtinētur appellatione generis.eadem ergo appellatione uxoris contineť ſponſa. ¶ Quero utrum ſit ex ꝓpria ſignificatione uerbi uel ex interp̄tatione. Rn̄.ex interpretatiōe:ut .l.non ſine.C.de bo.que lib.⁊.l.lege iulia.ſ. de fundo dota.

Ex.l.ſequenti.

¶ Filius qui adulterat uxorem patris ſui ꝑdit priuilegium paternum:idem ſi committat ali/

¶ De parricidiis. rub.

c **Ege** l pōpeia. ac ſi dediſſet.ſꝫ ꝯ bar. tenet Saly.in.l.i. .C.de ſicca.⁊ moder. in rub. ⁊ ēt in d.l.ſi.de pa.q ſili.diſtra.

d **Ed** ſciē g dū.pōt extēdere:uide glo. i.§.alia.inſti. de pub.iud.⁊ in.l.i.C.đ his q pa.uel liber.⁊ an iſte tit. hēat locū ī agna.⁊ cogna.⁊c. vide Saly.ī .d.l.i. cū gl. q tenet ꝙ ſi.⁊ dicit ipſe ꝙ pena parricidii đ qua in.d.§.alia ñ eſt in uſu hodie ſed decaꝑtantur.

e ¶ Quero ergo. ſed nū qd dicať parricida ille q ꝓcurat malā captionē puta carcerē fratri ſuo ita ꝙ veniat ſaltē priuandus feudo: uide bal.i.c. .i.§. deniq̄. q̄ fu. prima cau.bn̄.ami.⁊ ibi oīno uide. et adde no.in.l. et ſi amici.de adulte. Itē no. ꝙ aliud ē cē aliqd ex lege.⁊ aliud ex v̄bis legis. qđ no. ꝓ ſtatutis q: nō cōprehēdūt mentē.l.⁊ uide bal. in.l. ſi quis non dicam rapere.in ſi.C.đ epiſ. ⁊ cle.et qđ no. bar. in.l. ꝯ.ff. de legi.

a Juus. Et adde ꝙ ita punitur occidens patrem ſpūalem ſicut occidens patrem naturalem. de pe. diſtin. i. c. aut facta. in glo. Paulo. J d ibi quod ius hodie ſublatum eſt ⁊c. uide Bar. in. l. mandatū. in pn. .§. titu. i.

b ℭ. §. cauſas. Qui adulterat vxorē patris ſui perdit priuilegia filii. ⁊ occidens filiuȝ talem nō punitur pena parricidii. ſȝ quid ſi eſſet bānitus: vide Bar. i. l. ſi adulteriuȝ cum inceſtu in ſi. ꝟ. de adulte.

as cauſas ingratitudinis: ideo pater illum occidens non tenetur de parricidio. ſic et econtra.

b **Juus.** [a] ℭ No. tex. in ſi. ibi: nam patria poteſtaſ. ℭ Oppo. ꝙ pater debeat totaliter excuſari: vt. l. marito. ꝟ. de adulte. ſo. ibi loquitur quando euȝ inuenit in rebus venereis. ℭ Item oppo. ꝙ debeat excuſari indiſtincte: vt. l. in ſuis. ꝟ. de libe. ⁊ poſthu. Sol. hic interfecit vt latro non vt pater. ita dicit glo. vel verius illud verum de iure antiquiſſimo: quod ius eſt hodie ſublatum: vt .l. ij. ꝟ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Item videtur ꝙ debeat puniri pena. l. pompeie. que ē maior deportatione: vt. j. e. l. ſi. ⁊ vidiſtis. ꝟ. e. l. i. ab illa pena pater excuſatur propter filij adulterium. filius ergo qui adulterat vxorem patris ſui perdit priuilegium filij. idem habes in auten. vt cum de app. co. §. cauſas[b]. ⁊ quod hic dicitur de adulterio nouerce. idem de illo filio qui cōmiſit aliquas cauſas īgratitudinis: propter quas poteſt exheredari: vt perdat priuilegium filij: nec ꝓpter eius mortem habet locum. l. pompeia. Itē probatur alia rōne: quia propter illas cauſas perdit ius alimenta petendi: vt. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his. ꝟ. de lib. agno. ⁊ denegare alimenta eſt necare: vt. l. necare. e. ti. ergo patet ꝙ propter omnes illas cauſas pater excuſatur a pena parricidij. Idem puto ſi pater committeret aliquam cām ꝓpter quam pōt a filio exheredari ꝙ perdet ius paternū. ⁊ filiuſ patrē occidens nō tenetur pena parricidij. idem dico de collateralibus.

Ex. l. ſequenti.

An qui per alium facit per ſeipſuȝ facere videatur. Et ſi popularis mandat nobili ꝙ cōmittat homicidiuȝ punietur pena qua nobilis puniretur. Et an ex ſola ſcientia quis teneatur.

v **Trum.** No. tex. ibi perinde ⁊c. ⁊ vide glo. que incipit plus punitur. ℭ Quero quomodo eſt hec. l. dicit: qui per alium facit per ſe facere videtur: vt. l. i. §. deieciſſe. ꝟ. ꝺ vi ⁊ vi ar. ſed ſi ipſe occidiſſet non teneret. l. pompe. de parri. quomodo ergo tenetur hac pena: hec glo. hic miratur ⁊ inſtitu. de pu. iudi. §. alia. ⁊ Azo in ſumma huius ti. addo cauſam admirationis. nam eſt quedam fictio. qui per alium facit per ſeipſum facere videtur. ⁊ in fictionibus requiruntur extrema habilia: vt no. in. l. ij. C. de inoffi. dona. ⁊ probatur. ꝟ. ad. l. acquil. l. huic ſcripture. cum ergo nō poteſt facere parricidium per ſe quomodo poteſt fingi feciſſe per alium. Reſpōdeo fictio requirit extrema habilia. ſ. in genere ſuo non in caſu illo de quo loquimur. ſufficit ergo ꝙ ille qui mandauit hoc vel fuerat conſcius potuit cōmittere parricidium in genere in parentes: vt plene ſcripſi in. l. ſi is qui pro emptore. ꝟ. de vſuca. circa fictionem tranſlatiuam. Et iſtam. l. in parte iſta induco ad. q. ſi popularis mandat nobili ꝙ faciat homicidium: vel ei preſtet auxiliuȝ punietur pena qua punietur nobilis lȝ ipſe ſit popularis: vt hac. l. caſus eſt hic: quia inſpicitur qualitas: que eſt in faciente non qualitas que eſt in mandante vel auxiliante. hunc paſſuȝ de diuerſitate qualitatum inter facientem ⁊ auxiliantem ⁊ ſi. dicaȝ

c Truȝ. u qua punietur nobilis. Cōtrariuȝ tenet bal. in. l. non ideo. in .vi. col. cum ſeq. C. de accuſa.

d ℭ Conſcius tenetur. An cōſcii puniantur. Ad de bar. in. l. .i. §. in eo. ꝟ. ad ſille.

e ℭ Dicam[a] ſic. vide qꝺ no. bar. in. l. omnes .C. de agri. ⁊ cē ſi. li. xi. ⁊ qꝺ no. Bar. et quod ibi dixi in. l. metū .§. ſed lȝ. ꝟ. qꝺ me. cā.

f ℭ Ciuitatis ſue. no. ꝙ ſciens proditōnes concitātes: ⁊ nō reuelans tenetur pena ⁊c. ſȝ bal. apud florentiā de do. donato de barbadoris cōſuluit ꝯtrium. ⁊ iꝺ dicit ꝙ anima Bar. ⁊ omniuȝ qui euin ſequuntur cruciaſ in inferno. ⁊ no. cano. in .c. ſi. de his qui ſi. occi. ⁊ de hac reuelatione vide ēt quod no. Joā. an. in. c. petrus. de homi. et ſpec. in ti. de lega. §. iuxta in. iiii. col. in uerſi. quid ſi amici. ⁊ qꝺ dixi pˀ Bar. in. l. ciuile. C de fur. uidetur tamē ꝙ pater non tenetur reuelare filiuȝ. p tex. in. l. mili

tes agrum. §. deſertorem. de re iudi. Et an ex ſimplici cognitione ſiue ordinatione de faciendo tractatum quis debeat puniri: vide in. l. ⁊ ſi amici .ꝟ. de adul. ⁊ his adde bar. in. l. i. §. occiſorū. ꝟ. ad ſylle. Et no. ꝙ ſi ſtatutū punit tractatū faciētem nō requiritur cōſumatio delicti. ita dicit abb. ſicu. in. c. tua nup. extra de his que ſi. a pla. p tex. et glo. ibi. ⁊ quod no. bal. in .l. aduerſus .C. de fur.

in. l. is qui opem. ꝟ. de fur. Itē dicitur ꝙ hic cōſcius tenetur[e] de parricidio. cōtra: quia de ſcientia ſola quis non debet puniri: vt. l. culpa caret .j. de reg. iur. ⁊ c. non eſt ſine culpa. de reg. iur. li. vj. glo. huius timore dicit hic cōſcij. ſubaudi. ⁊ participes ⁊ nil allegat. forte mota ē per illud quod no. in alijs. ll. Contra hāc glo. videtur caſus in. l. ij. ꝟ. e. Sol. dñi ſi volumus ſuſtinere gl. dicamus ſic[e]. ꝙ ex ſola ſcientia quis non debet puniri niſi quando maleficium debet cōmitti in perſonam cuius poteſtati eſt ſubiectus: vt ſi ſeruus eſt ſciens de morte dñi: vt. l. i. §. ſi ſeruus. ꝟ. ad ſyl. vel in filio ſi fuit ſciens de morte patris: vt. ꝟ. e. l. ij. Idem de vaſallo ſi fuit ſciens de morte domini eadem rōne. Idem de eo qui fuit ſciens de turbatione ciuitatis ſue[f]: vel de alio cōmiſſo in ciuitatem ſuam vel in principem: vt. l. quiſquis in ſi. ad. l. iul. maie. In alijs autē videtur ꝙ non ſufficiat ſola ſcientia niſi ſit particeps delicti: vt no. hic ⁊ dicta. l. culpa caret. ⁊ in dicto. c. non eſt ſine culpa. ſed contra hanc glo. videtur tex. fortiter inſti. de pub. iudi. §. alia. vbi ponit de ꝯſcijs per ſe ⁊ de ꝑticipibus per ſe. ſed poſſumus eam intelligere ſecundum diſtinctionem precedentem: licet videatur fieri violentia illi littere.

Ex. l. ſequenti.

ℭ Dormiens delinquens an puniatur.

p **Ena parricidii.** Hic poſſumus formare queſtionem de dormiente qui dormiendo alium percuſſit. dicam alibi ⁊ videtur ꝙ teneatur: vt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. ꝟ. ad. l. acquil. In contrarium videtur ꝙ non: quia parcendum eſt vitio naturali: ut. l. fluminum. §. vitium. ꝟ. de dam. infec. Solu. ſm Guil. de cu.[g] nam aut iſte talis ſciebat hoc euenire ſibi. ⁊ tūc ſibi debet prouidere vt iaceat ſolus vel nemo ſit in camera ſua. ⁊ ſi non fecit eſt in culpa: ⁊ propter culpaȝ tenetur ſicut putator arboris qui non admonuit tranſeuntes: vt. l. iij. ꝟ. titu. i. ⁊ l. ſi putator. ad. l. acquil. Si vero hoc nō ſciebat ſibi euenire tunc ei parcitur. naȝ dormiens equiparatur furioſo: vt. l. i. §. i. ꝟ. de acq. poſſeſ. ⁊ ibi no. ſed furioſus non tenetur: vt. l. inſans. ꝟ. ti. i. ergo ⁊c.

• **J ſciente.** [b] Nota hāc. l. ꝙ qui mutuat pecuniam ⁊ iſta talia videtur dare auxilium ⁊ fauorem. ſimile habuiſtis in. l. iiij. ꝟ. ad. l. iulia. ma. ℭ Ultimo no. glo.[i] que dicit no. argu. cōtra ꝑſenetas.

ℭ Ad. l. corne. de falſis. Rub.

Ex. l. ſequenti.

ℭ Teſtis accipiendo pecuniam vt uerum dicat cōmittit falſum.

p **Ena legis.** Diuiditur i tres partes. Primo loquitur de eo qui vere falſum commiſit: ⁊ in hoc ponuntur ſeptem uel octo caſus. Secūdo loquitur de eo qui commiſit quaſi falſum. Tertio ponitur pena falſi ⁊ quaſi falſi. Secunda ibi. ad te

g Ena parricidii. Gui. de cu. vide bar. in .l. ut vim. ꝟ. de iuſti. ⁊ iure. et eundē in repe. l. i. C. vnde vi. in vlti. car. ⁊ vide Pe. de ancha. in cle. i. extra ꝺ homicidio. et vide Flo. in. d. §. ſi fornicarius. et Gui. de cu. in. l. diuˀ. ꝟ. de of. pſi. et uide gl. xv. .q. i. c. ſane. et. c. merito et uide Ro. in. l. i. §. adipiſcimur. de acqui. poſ.

h J ſciente. Ad de tū ꝙ glo. in. c. ſicut nec ſua et ibi archi. xiiii. di. dixit ꝙ ſi qs haberet ꝓcuratorē uel factorē ad hāchū ꝓ mutuādis pecuniis ſub vſuris. ꝙ tales ꝓcuratores uel factores nō tenētur ad reſtōnē dictaruȝ uſurarū. ad hoc facit qꝺ no. bar. in. l. nō ſolū. ꝟ. de ſiccariis.

i ℭ No. glo. Et ad gl. hic adde Inno. et Jo. an. in .c. michael. de uſur. vide lapū. alle. xiiij. et Ro. nota. cclxxv.

ℭ De falſis Rub.

a P Ena legis. vtrum teſtis accipiens pecuniam ut verum teſtimonium dicat puniatur. ⁊ adde quod ē verum etiam ſi pars ſponte offerret. ſm Ja. de bel. in auc. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. i. et tex. in. l. deuotum. de re mili. li. xii. ⁊ adde Bar. in. l. diuus. ꝟ. de re iudi. qui tenet idem ꝙ hic: ꝫ Jmo. ꝫ: ut ibi per euꝫ. ⁊ hic vide an teſtis qui nõ uenit citatus ad teſtificandum poſſit puniri de falſo. ⁊ ēt per Jnno. i c. i. ꝺ crimi. fal. faciũt nota. in. l. preſcrip. in fi. C ſi ꝫ ius vel vti. pub. ⁊ ꝺ pena teſtis dicentis falſum vide ange. in. l. i. ꝟ. de ſicca. ⁊ vide bal. in. l. data opera. in. xii. col. C qui accu. et ad Bar. hic adde ꝙ in teſte qui nõ accepit pecuniam ſed ꝓmiſit certuꝫ teſtificari ſm bal. in. l. data opera. in xi. col. C. q accuſa. ⁊ ad glo. ⁊ barto. hic adde cy. in. l. ſi qs. in xi. q. C. de teſti. et ſpec. et Jo. an. in ti. de teſte. §. i. ver. ſꝫ quid ſi teſtis. et Jmo. in. d. l. diuus. in. v. col. Jtē his que dicit hic bar. de iudice. adde bal. in. l. i. C. de ꝯdi. ob tur. cãm. ⁊ bar. i. l. ſi qs vxori. §. ſi fugitiui. C. de fur. quod tamē limitat eē uerum de iure ciuili. ſecus de iure cano. ſm glo. xi. q. iii. c. q rede. ⁊ vide bal. omnino in. c. i. ſi de inueſti. inter do. et vaſal. lis oriaꝛ: et adde quod ille qui celeriter anteq̄ꝫ articulus legatur reſpõdit preſumitur falſuꝫ dicere. caſus ē ſing. v. q. v. §. illud queꝫ allegat Ro. in ſuo ſing. cccccxxix. alias. cccccxxii.

ſtamēta. Tertia ibi. pena. Et dic prima pars loquitur in ſcribente falſuꝫ: vel in eo qui tradidit dicta teſtium falſa iudici. de falſo teſte dicam. ȷ̄. ¶ Quero. quid ſi quis accepit pecuniam: ut dicat teſtimonium uerum[a]. dic tenetur pena falſi. ſicut dicimus in iudice qui accepit pecuniam ut veram ſententiam det: ut. l. ij. ꝟ. de cõdi. ob tur. cauſam. ratio eſt quia audientes teſtes debent facere gratis non ob pecuniam: ut. ȷ̄. proxi. §. ergo ⁊c. nam quicquid debet fieri gratis ſi fit per pecuniam turpiter fit: vt no. in. l. iiij. §. ſi tibi. ꝟ. de cõdi. ob tur. cauſam. cõtrarium videtur notare. Jnno. in. c. ꝫ cauſam. extra de proba. ſed intelligo vt hꝛ in. l. diuus. ꝟ. de re iudi.

Ex. §. ſequenti.

¶ Si quis facit vt teſtes nõ veniãt ad ꝓhibendum teſtimonium tenetur. l. cor. de fal.

**Sed ⁊ ſi quis.** Habes hic ꝙ ſiue iudex accipiat pecuniam ob recipiēdum vel remittēdum teſtimonium tenetur. l. cor. de fal. idem ſi teſtis recipit pecuniam vt dicat teſtimoniũ vel non: quia tenetur. l. cor. de fal. ⁊ ideo[b] ſi aliquis facit ꝙ teſtes nõ veniant ad deponendum teſtimonium: tunc tu aſſeſſor facias proceſſum cõtra teſtem ꝙ accepit pecuniam ob teſtimoniuꝫ nõ dicenduꝫ: q̄a tunc poteris eum condēnare. l. cor. de fal. huius timore ductus veniet ad teſtificandum.

**Qui in rationibus.**[c] Jſtaꝫ. l. ꝺbetis intelligere quãdo aliquis cõmiſit falſum ĩ aliqua re ſcriptura vel cõſignatione que aliquaꝫ ſidem faciebat vel ꝓbationem ſaltem ſemiplenaꝫ vel iudicium: alias ſecus: vt no. in. l. damus. C. e. in glo. ſuper verbo priuatas.

**Js qui depoſita.** Nota bonũ caſum cõtra notarium[d] aduocatum vel ꝓcuratorem qui iſtrumenta vnius partis oſtendit alteri: vt teneaꝛ crimine falſi.

**Ad teſtamenta.** Hic incipit ſecunda pars in qua ĩcipit tractare de crimine quaſi falſi. ¶ Aduerte oppo. ꝙ milites poſſint teſtari quomodo velint: ⁊ quomodo poſſint: vt. l. i. ꝟ. de teſta. mili. ergo ibi poteſt alium ſibi aſcribere. Rñ. priuilegium datum militi non habet locuꝫ niſi in his que per ipſum militem ſunt expedienda. ad ea vero que expediuntur per alium priuilegiuꝫ militis ſe non extendit: vt hic ⁊ in. l. in fraudem. §. ſi quis ſe. de teſta. mili.

Ex. §. ſequenti.

¶ Que dicatur ſubſcriptio ſpecialis. Et qualiter debet intelligi ſpãle mandatum.

**Jnter filium.**[e] ¶ Oppo. de. l. filius. ȷ̄. e. ⁊. l. diuus. §. i. huius timore glo. diſtinguit plene: vt in ea habetis. ¶ Jtem oppo. ꝙ filio parcatur indiſtincte: vt. C. e. l. ij. dicit glo. Solu. ut ibi veritas eſt: ibi loquitur in hereditate que erat filio delata ēt nullo cõdito teſtõ. hic vero loquitur de legato. vnde ſi filius de hereditate plus ſibi aſcriberet q̄ꝫ ei ab inteſtato deberetur eſſet eadem rõ que in legato. Jtem dicitꝛ hic ꝙ ſubſcriptio ſit quãdoqꝫ generaliter: quãdoqꝫ ſpecialiter. Quero que dicatur[f] ſubſcriptio ſpecialis: vtruꝫ eſt neceſſe ꝙ exprimatur perſona legatarij ⁊ res legata an ſufficit ſimpliciter nominare perſonam dicendo quod ticio legaui approbo. gl. ſe nõ firmat. veritas eſt ꝙ ſufficit nominare ſimpliciter perſonam legatarij. hoc probatur hic dum dicit: ꝙ illi dictaui ⁊ recognoui approbo. ꝫ glo. contradicat. ſ. ꝙ tunc ſit generalis ſubſcriptio. ſed ⁊ contra hunc tex. ibi dũ dicit dictaui ⁊ recognoui ⁊c. ⁊ contra glo. l. ij. C. e. ſufficit eniꝫ ꝙ perſona ſimpliciter nominetur. ſecus ſi generaliter diceret que in teſtamento dictaui approbo ⁊ confirmo: quia illa eſt generalis ſubſcriptio. putarem tñ ꝙ iſta generalis ſubſcriptio haberet vim ſpecialis ſubſcriptionis quãdo teſtamentũ haberet vnuꝫ ſolum caſum: ut. l. i. ꝟ. de li. ⁊ poſthu. tene tamē menti hãc glo. ad. q. in caſibus in quibus debet habere procurator ſpeciale mandatuꝫ qualiter debet intelligi ſpeciale mãdatuꝫ: ut no. ꝟ. de nego. ge. l. pomp. an debet exꝑmi cauſa ⁊ perſona cum qua debet lis agitari an ſufficiat cauſam exprimere ſimpliciter. predicta faciunt ad hoc qꝺ dixi hoc anno in. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſuꝫ. ꝟ. de acqui. heredi. ⁊ ſcripſi in. l. ſi filiuſfa. ꝟ. de dona. ⁊ docto. ponunt in. l. i. C. etiam per procura. in inte. reſti. pe. poſ.

Ex. §. ſequenti.

¶ An pena ſubſcribētis ſe in teſtamēto hēat locum in teſtamēto nũcupatiuo. Et ſi teſtamētuꝫ ſit ſcriptum per heredem: ⁊ traditum notario q ſubſcripſit. Si poſtea fiat ſtatutuꝫ ꝙ cedule aliorũ manu ſcripture: a notario debeant publicari an hec publicabitur.

**Ex illa quoqꝫ.** Legitur duob[9] modis. vno modo ꝙ ſit. §. alio mõ ꝙ nõ ſit. §. ⁊ glo. legit hunc tex. duobus modis. ¶ Querit glo. vtrum pena ſcribentis ſe in teſtamēto habeat locum in teſtamento nuncupatiuo[g]. querit glo. ⁊ non ſoluit. Aduerte Odo. tenebat ꝙ nõ. nam teſtamētum nuncupatiuum coram teſtibus ꝓmulgaꝛ ⁊ oēs teſtes ſciunt ꝙ in eo continetur. unde ita de facili falſitas in eo cõmitti nõ põt. hoc tangit ſpec. in ti. de inſtru. edi. §. inſtrumentum. ver. quid ergo. Py. determinauit cõtra. ar. ȷ̄. e. l. diuus. ⁊. l. i puberem. §. qui codicillos. ubi apparet ꝙ teneꝛ ille qui ſibi aſcribit in codicilliſ: nec ibi dꝛ ꝙ ſint celebrati in ſcriptis. ꝓ hoc facit. C. de te. l. dictãtib[9]. vbi videꝛ ꝑmiſſum dictare. ſed ſcribere nullo modo eſt ꝑmiſſum. preterea ēt in teſtõ nũcupatiuo videꝛ ꝙ ſubſit rõ falſitatis: ſicut in teſtõ

ADDE ꝙ Bal. cõſilio clxxxvii. ꝑmo li. cõſuluit per hũc. §. quēdaꝫ q cãꝫelauerat quãdam cõdemna. de libris tribus in libro publico eſſe de falſo puniēdũ.

d ¶ Js qui depoſita. cõtra notariuꝫ vide tex. et Bar. ibi: dixi poſt eũ in. l. ſi quis aliquid. §. pe. ȷ̄. de pe.

e ¶ Jnter filium. hic videꝛ tex. ſm Ange. ꝙ tabellio poteſt ſcribere inſtrumentuꝫ in fauorē ſui parte volente: ⁊ ſpãliter ꝑ ſubſcript. inſtrumētuꝫ cõfirmante. ⁊ quod fili[9] tabellio põt ſcribere volente patre ĩſtrumentuꝫ ꝫ patrem in fauorem filij dum tamen pater ſubſcribēdo ſaltem generaliter iſtrumētum confirmet. naꝫ nõ ſufficit uolũtateꝫ expreſſam probari per teſtes. ȷ̄. eo. l. filius. ſm Ange. hic: ⁊ ad hoc vide. l. ſi pater. cum ibi no. ȷ̄. e. ⁊ qꝺ dixi. Utrum autem notarius poſſit ſcribere ꝓpriuꝫ inſtrumentum: vide Bal. ꝙ ſic. in. l. ſi cõſul. ꝟ. de adop. per. l. nõ putauit. §. ſi quis ſua manu. ꝟ. de cõtra tabu. vide Bal. in. l. ſi conſul. preallega. ⁊ in. l. ſi ſeru[9]. de teſta.

f ¶ Quero que dicatur. Et vide que dixi per hoc in. l. pretor. ꝟ. de ope. no. nunci. poſt Bar.

b ¶ Sed et ſi quis. et ideo. uide bal. in. l. preſbyteri. C. de epiſ. et cle. et in. l. data opera. C. de accuſa.

c ¶ Qui ĩ rõnibus. Jſtum tex. no. Alle. bal. in. l. ticia. ȷ̄. ad municip. de abradente nomen alterius et ponente nomen ſuum. et ꝙ inſcribens falſum in libro rõnum puniatur: vide Bal. in rubrica. C. de fide inſtru. in. xviii. col. in ver. ſed queritur ſi ſubſcribit falſum. et ſimiliter producens ſcripturam priuataꝫ põt puniri de falſo. l. ſi. et ibi Bal. C. de ſi. inſtru. et in. l. ſi quis. C. e. et uide primum cõſilium pau. de ca. circa hanc materiam ꝙ ſcripſi in. i. pagina huius uoluminis et incipit. in cõtrarium uideꝛ dicendum ꝙ dictus preſbyteꝛ ueniat puniendus ⁊c.

g ¶ Ex illa quoqꝫ. teſtamēto nũcupatiuo. vtrũ poſſit qs ſibi aſcribere in teſtõ nuncupatiuo: vide bal. in. d. l. decretalibus ⁊ Jo. an. in ſpe. de iſtru. edi. §. inſtrñ. ꝟ. quid ergo. et bal. in. l. ſi teſtatoꝛ. C. de his q ſi. aſcri. ⁊ hac pena nõ puniꝛ ſibi aſcribens ſub duabus cõditionibus. tex. ē ſin. ſm itel-

lectum bar. in.l. diu⁹.§. fi.j.co. ADDE bal. cōſi. ccclxxvj.ſcdo vol. de eo qui legatum patri aſcripſit.

in ſcriptis ſecundum opi. de conſuetudine approbatam que dicit ꝙ teſtamentuʒ probatur ꝑ inſtrumentum: vt no.C.de fideicom.l.vlti.⁊.l.i. .C.de teſta. Cy.in.l.i.C.de his qui ſe aſcribunt in teſtamento. videtur tenere idem dicendo ſic. ſi quidem eſt teſtamentum nuncupatiuuʒ quod probatur per inſtrumentum: tunc eſt eadem rō quod in teſtamēto in ſcriptis. ſecus ſi eſſet teſtamentuʒ nuncupatiuuʒ quod probaretur per teſtes: quia tunc ceſſat ratio que eſt in teſtamento in ſcriptis. ita dicit Cy. quod placet. ⁊ ita vult dicere By. ⁊ ideo concludo ꝙ ſi heres ſcripſit totum teſtamentuʒ manu ſua ⁊ ipſum tradidit notario qui de hoc fuerat rogatus: tunc heres in penam falſi non incidit: quia teſtamentuʒ non probatur per ſuam ſcripturam: ſed per ſcripturam notarij: ⁊ pena falſi haberet locum quādo quis ſcripſit ſic ꝙ illa ſcriptura probet ⁊ fideʒ faciat vt ei ſtetur. Quero heres ſcripſit teſtamentuʒ defuncti ⁊ tradidit notario: ⁊ notarius in eadem cedula ſcripſit ſe dicens actuʒ ſic ⁊c̄. demū moritur notarius[a] ⁊ factum eſt ſtatutuʒ iſto tempore mortalitatis ꝙ ille cedule aliorum manu ſcripte ⁊ ſubſcripte a notario publicentur. vtruʒ heres poterit petere iſtam cedulaʒ publicari: videtur ꝙ non niſi ſit filius: quia ſubſcriptio generalis non valet: vt.ſ.e.§.inter filium. vnde ipſe videtur incidiſſe in penam falſi: quia ex illa ſcriptura hodie vigore illius ſtatuti probatur teſtamentum. contra credo. naʒ illa ſcriptura ab initio nō fuit facta vt ex ea ꝓbaretur teſtamentum nec vt ex ea ageretur. lex ergo ſuperueniens que illam ſcripturā validat non debet ſcribenti nocere. ar. ꝓ hoc optimū.j.e.l.de ea.§.fi.facit.l.iubemus in fi.C.de teſta.

a ¶ Moritur notari⁹. Et quid fiendū de inſtrumētis cōpletis mortuo notario: vide i ſpec.in ti.de iſtru. edi.§. oſtenſio.ỽ. quid ſi tabellio.cum ſeq.

## Tutores.

Hic ponit de alio q̄ſi falſo. ille ergo qui eſt obligatus pupillo ſi rōnem non reddit punitur perinde ac ſi falſum cōmiſiſſet.

Ex.§.ſequenti.

¶ An qui contrahit cum fiſco ſit excuſatus a tutela.

## Sed ad illos.

¶ Quero quid vult dicere tex. excuſationeʒ admiſiſſe. ſʒ fraudē excluſiſſe gl.i pri. ponit duas expoſitōes: aliā ponit i fi. ⁊ illā tertiā teneatis vt dicas ſic. ꝑnceps nō admittit excuſationeʒ a tutela: quia quis eſt obligatus fiſco. ſed excludit fraudem que eſſet ſi eſſet obligatus pupillo ⁊ contraheret cum fiſco. ¶ Quero an ille qui cōtrahit cum fiſco habeat ꝓpter hoc excuſationeʒ a tutela. glo. arguit ꝓ ⁊ cōtra. ⁊ finaliter tenet ꝙ nō. ⁊ hic eſt caſus hic. ad ideʒ.l.coloni.C. de excu.tu. nec ob.l.i.C.ne tu. ⁊ cura. vectigal. ꝯdu. vt ibi. ¶ Ultimo nota ꝙ hic eſt magis priuilegiatus fiſcus q̄ pupillus: vt in glo.

Ex.§.ſequenti.

¶ Nobilis ſuccedēs in aliqua actione alicui populari non prohibetur illa vti per ſtatutuʒ qḋ diſponit ꝙ nullus nobilis poſſit recipere ceſſionē cōtra popularem.

## Sed ſi iure.

Tene menti hunc caſum. dicit hic ſtatutuʒ ꝙ nobilis nō poſſit recipere ceſſionē ꝯtra popularem. ⁊ habes ti.ne lice.po.C. ſed quid ſi ſuccedit nobilis in aliqua actione iure hereditario cōtra populareʒ. certe non incidit in ſtatutum. caſus eſt hic.

## Pena falſi.

Hic ponit̄ tertia pars de pena falſi ⁊ quaſi falſi. ¶ Oppo. ꝙ ſit pena dānationis in metalluʒ: vt.j.de penis.l.ſi quis aliqd.§.qui vnā. So. qḋ hic dr̄ de deportatione habet locum in hoīe nobili i dignitate poſito in quo eſt pena ꝺportationis. ſed in alio plebeio eſt pena dānationis i metallum. in ſeruo ē vltimuʒ ſuppliciuʒ: vt hic. Dr̄ hic falſi vel quaſi falſi. quero qd eſt[b] iſtud quaſi falſum. dicunt qdam ꝙ quaſi falſum eſt quādo quis non facit falſum inſtrumētuʒ. ſed vtitur eo. iſta expoſitio quantū ad hanc.l. nō eſt bona: vt .j.e.l.falſi.§.ordine. quia ꝓ illo minor pena imponitur. ſed in ſe vera eſt expoſitio. quare exemplum pōt eſſe de eo qui ſe aſcribit in teſtamēto: vt vidiſtis.ſ.e.§.ad teſtā. ⁊.j.e.l.diuus: vel ē exemplum de tutore vel curatore: vt dixi.ſ.

b ¶ Pena falſi. quero qd eſt vtruʒ is qui vtit̄ i ſtrumēto falſo incidat in cām falſi: vide Ja.bu. ⁊ Bal.in.l. iubemus.§. ſane.de ſacroſanc.eccle. ⁊ glo.i auc.de non alie.§. qr.ver. verſus.ii.col.

Ex.l.ſequenti.

¶ Qn̄ aperiens lr̄as teneat̄ pena falſi.

## Qui teſtamentum.

q Dicit̄ hic ille qui receptat teneat̄ pena falſi. contra.j.e.l.falſi.§.i. Solu. intellige iſtam ſm̄ illam ꝙ miti⁹ puniatur. ¶ Item oppo.j.de penis.l. ſi quis aliquid.§.teſtamentuʒ. Solu. ibi teſtamētum quod fuit ſubtractuʒ erat nullum ipſo iure. Item dr̄ hic ꝙ ille qui reſignauit teſtamentum .i. ſigilla aperuit hac.l. tenetur. ¶ Quero quid[c] de eo qui aperuit aliquas lr̄as. Rn̄. ſi quidaʒ alias lr̄as aperiret ⁊ aduerſario mittentis oſtenderet: tunc incidet in penam falſi: ut.ſ.l. proxi.§. is qui depoſitam. ſi aperuit ipſemet ⁊ vidit non alij oſtendit: tunc non puto ꝙ incidat in penaʒ falſi. quod apparet quia eſt ſpāle in eo: q aperuit teſtamentuʒ: ſed punietur aliter extra ordineʒ crimine ſtellionatus. ꝓ hoc facit optime extra de of.dele.c.cum olim magiſter.

c q Qui teſtamētuʒ. q̄ro qd. Quid de pena aperientis litteras: uide oīno bar.i.l.ticia.j.ad municip. ⁊ qḋ habet̄.j.e.l. paulus. ADDE qualiter puniantur aperientes litteras Ro. cōſilio .ccclxv.

## Qui ignorans.

q De hoc vtrum ille qui produxit inſtrumentuʒ poſſet poſtea dicere nullum vel falſuʒ. dixi pleniſſime in.l.poſt legatum. in prin. ⁊.§.i.ſ.de his qui. vt indigni. nam hic vides ꝙ ſi ignorans produxit poſſit poſtea dicere falſum vel nullum: dic plene vt ibi dixi.

## Si quis cum falſo.[d]

s Ro. hic turpia lucra extorquenda eē ab heredibus. cōcor. ſunt in glo.

d s Si qs cum falſo. Et nota. hic caſuʒ ꝙ fili⁹ ꝓhibēdo teſtm̄ patris ꝑuat̄ ſua legitima ⁊ eſt rō q: uidet̄ illū ꝓhibere teſtari. ſ ⁊c̄.l.i. ⁊ ꝑ totum ſi qs ali. te. ꝓhibu. lʒ ſocius ſit qñ filius aſcribit ſibi in teſtō. p.l. pri.§. fi. et ibi no.C.c. ⁊ ita dic̄ Ange.in.d.l. ꝑ ri.§.ſi patronus. dicit tñ in hac.q. nō figo pedes.

Ex.l.ſequenti.

¶ Si notarius conficiat inſtrumentum falſum ꝙ ſit nullum propter aliud vitium: an poſſit de falſo puniri: ibi. Hoc premiſſo. Et an teſtis debeat puniri de falſo cum eius dictuʒ non valet: ibi. Iuxta. Et quid ſi teſtis depoſuit non iurat⁹: ibi. Quero. Et quid ſi depoſuit extra articulum an dicatur peccare in forma: vide in fi.

## Si quis legatum.

s Hec ē bona.l. ſi legatum eſt inualiduʒ rōne rei legate vel alterius vitij inuiſibilis aſcribens pena falſi tenetur. ſecus ſi vitiuʒ eſſet viſibile. h.d. nota prin. no. tex. ibi: nam id teſtamentum eſſe falſum dr̄. ¶ Oppo. ad prin. ꝙ ſi delictuʒ non habeat: effectuʒ non ſequitur pena: vt.l.i.§.i. in fi. .ſ. quod quiſqʒ iuris. Solu. ibi in leuiorib⁹: ſed hic in atrocioribus. Iteʒ videtur ꝙ interdictuʒ de tabulis exhibendis habeat locuʒ pro quolibet teſtamento quātūcūqʒ nullo vel non iure facto vel iperfecto: vt.l.i.§.i.ſ. de tab. exhibē. ⁊.l. .ij.§.i.ſ. quēadmoduʒ teſta. aperi. dicit glo. illa .l. debet itelligi ſm̄ iſtaʒ: quia ibi loquit̄ de teſtō

a ¶ Jꝗs legatũ.locum interdictum. Adde bar.in.l. qd ergo .§. cuꝫ actum.ff.de infami.

b ¶ Notariꝰ fecit. Si notarius fecit inſtrumentũ falſuꝫ quod aliaſ erat nulluꝫ an puniatur de falſo: vide bal.i.l.i.C. de ſep. vio. ꝛ ꝗ no. Jo.an.in regula nõ ẽ ſine culpa. ad fi.i fi.ii. col. in ver. vos debetis ſcire ꝙ inſtrumentum ꝛc. adde bal. in .l.ſi poſt.C. de iur.ꝛ fac. igno. Et dicit bal. in.l. ſi ꝗs teſtibꝰ. in.iiii.col.C de teſtibꝰ.ꝙ lꝫ aliaſ qñqꝫ illud qḋ eſt falſum dicaẽ nullũ.l.paulus.de ver.ſig.tñ ꝓprie illud dicitur nullum qḋ nõ valet: ſed ſit verum.illud aũt dicatur falſuꝫ qḋ non eſt ſed ſi eſſet aliquid eſſet: vt eſt hic tex.

c ¶ Debitaꝫ formã. adde ꝗ dixi in.l.in fraudẽ.§.neqꝫ inſtrumẽta.ff. de iur.fiſ.

d ¶ Quid in teſte. de teſte deponente falſum nulliter.ꝛ vide bar.in.l.domus.C. eo. adde bal.in .l.ſi.in fi.C. ſi ex fal. iſtr. ꝛ Jo.an.i regula.non eſt ſine.in mercu.

nõ iure facto vel ĩperfecto quantũ ad preteritionem: vel exheredationẽ. tamen teſtm̃ habet debitam formã teſtamẽti.ſ.ſolẽnem numeꝝ teſtiũ ꝛ ſi.alias ĩterdictuꝫ de tabulis exhibẽdis nõ haberet locum. Alij vero aliter dicunt, ꝓ teſtamẽto falſo ꝛ ĩperfecto ꝙ ſi vtrũqꝫ concurrit non hẽt locum nec iſta.l.nec ĩterdictuꝫ de tabu. exhibẽ. vt hic.ſed qñ teſtamẽtum eſſet falſum ꝛ ꝑfectuꝫ vel verum ꝛ ĩperfectum haberet locũ vtrũqꝫ.ita dicunt qdaꝫ.mihi videẽ ꝙ debeamus dicere ſic. qñqꝫ teſtm̃ eſt imperfectũ imꝑfectione volũtatis: quia teſtator incepit facere teſtamentũ ꝛ nõ ꝑfecit morte preuẽtus vel alia cã.tunc nõ habet locum nec iſta.l.nec ẽt ĩterdcm̃ de tabu.exhibẽ. ita loqtur hic tex.facit.l.ſi is qui. ꝛ qḋ ibi no.ff. de teſta.qñqꝫ teſtamentũ eſt imperfectũ ꝓpter defectum ſolẽnitatis: tñ voluntas perfecta fuit. ꝛ iſto caſu ſi qdem ibi aſcribitur aliqd ad quod ſufficit teſtm̃ imperfectũ vtputa ĩter liberos: vt .l.hac ꝯſultiſſima.§.ex imꝑfecto.C.de teſta.vel etiam alias: vt dicta.l.hac conſultiſſima.§.ſi ꝗs autẽ.ꝛ in caſu.l.vltime.ff.de re.co. ꝛ in caſu.l.i. .C.de fideiuſ.ꝛ in caſu.l.in teſtamẽto.C.de fideicõ.liber.ꝛ in relictis ad pias cauſas ſm cano. vt in.c.relatum.extra de teſta.tunc in caſu iſto puto ꝙ hẽat locum ĩterdictumᵃ de tabu. exhiben. ꝛ ẽt hec.l.qa quo ad hoc habeẽ pro toſtõ: vt in dictis.ll.ꝛ hoc caſu põt loqui.l.i.§.hoc interdictum.de tabu.exhibẽ.ꝛ.l.ij.§.i.ff.quẽadmoduꝫ teſta.aperi.qa cum ille actus cõtineat intereſſe oportet ꝙ illud quod petiẽ in ea interſit exhiberi. Si vero illa voluntas imperfecta nihil contineat validum ad aliqd tunc nõ habet locuꝫ hec .l.nec ĩterdictum de tabu.exhiben.ꝛ hoc modo põt intelligi hic.ſi vero fuit volũtas ꝑfecta: ſed ẽ teſtamẽtum ĩualidum nõ ex defectu ſolẽnitatiſ ſed ex alio defectu intrinſeco: vt ex cã exheredationis vel preteritiõis: vel alterius teſtamẽti uel ꝓpter capitis diminutionem teſtatoris. tũc habet locum ĩterdictum de tabu.exhiben.ꝛ etiam hec.l.vt patet hic.in prin.ꝛ.l.ꝯtrarijs. ¶ Hoc ꝑmiſſo hec.l.ĩducitur per Dy.ad qõnem. Notarius fecitᵇ ĩſtrumẽtum falſum: quod inſtrumentum ꝓpter aliud vitium erat nullum.queriẽ vtꝝ notarius poſſit de falſo puniri.ꝛ hic in ver.ceterum.eſt argu.ꝙ nõ.ꝛ.ff.de penis.l.ſi quis aliqd .§.teſtamẽtum.ad ideꝫ.ff.e.l.ĩpubereꝫ.§.i.ꝛ.§. ſi ei ſeruo.econtra ꝙ ſic.ff.de extraor.cri.l.i.cuꝫ ſi.ꝛ hac.l.in prin.nam tabellio peruenit ad aliquem actuꝫ ꝛ ad perfectioneꝫ inſtrumenti quãuis ſit inutile: nec ex eo poſſet aliquid peti. ꝛ ſic debet puniri ex quo ſcienter fabricauerit ꝛ hec eſt ipſa veritas.dicit Dy. Uult ergo dicere ipſe ꝙ lꝫ delictum non ſit perfectuꝫ tamen ſufficit ꝙ incohauerit cum hoc ſit de delictis atrociorbꝰ: ſolet dici in.l.ſi quis non dicaꝫ rapere.C.de epiſco.ꝛ cle. Cy.format hanc qõnem.C. de ſepul. vio.l.i.ꝛ non ſtat in determinatione Dy. ſed dicit ſic ſm vltramontanos.aut vitium eſt viſibile ꝛ notarius non punitur de falſo.aut uitium eſt inuiſibile ꝛ tunc punitur de falſo per hanc.l.ſed hoc non videtur bene dictuꝫ per principiuꝫ huius.l.ubi ponitur de uitio viſibili: quia legauit rem ſacram vel funduꝫ albanum.naꝫ ſatis ex ipſo legato hoc uiſibile eſt: ꝛ tamen punietur. qd dicemus? Ricar.malũ.diſputauit hanc qõnem. ꝛ dicit ſic.quãdoqꝫ eſt peccatuꝫ in materia ꝛ nõ in forma ꝛ ſubſtantia: ꝛ propter hoc inſtrumentum red ditur nulluꝫ: ꝛ tunc fabricans falſum inſtrumentuꝫ tenetur: ut hac.l.i.in principio. ꝛ facit.l.i.C.de ſepul.uio.quãdoqꝫ eſt peccatum in ſolẽnitate inſtrumenti.ꝛ tunc quedaꝫ eſt ſolẽnitas inſtrumenti qua ceſſante inſtrumentuꝫ non habet formaꝫ ſuam.exempluꝫ ſi ibi non eſt dies ꝛ conſul.ꝛ iſto caſu non punitur tanꝙ de falſo: ꝛ hic eſt caſus hic prout loquitur de teſtamento imperfecto non ſignato. ¶ Si vero eſt ibi aliud vitium extrinſecuꝫ.pone non interuenit tutoris auctoritas ꝛ ſi.tunc notarius punietur de falſo per hanc.l.prout loquitur de teſtamento defectiuo ex cauſa preteritionis.iſta verba ſunt ſatis bona.ſed per hoc non apparet reſponſuꝫ ad rõnem Dy.qui dicit ex eo ꝙ incepit licet non perfecerit debet puniri cum ſit de delictis atrocibꝰ. ideo ego utor alijs uerbis non recedendo multum a predictis.vos debetis ſcire ꝙ inſtrumentum continet quedaꝫ que pertinent ad notarium: ꝛ iſta ẽ ſolẽnitas inſtrumenti.quedam ſunt que pertinent ad partes: ꝛ iſta eſt ſolẽnitas contractus. Aduerte appello inſtrumentum ipſam chartam continenteꝫ id quod partes faciũt.cõtractum uero appello id quod partes faciũt: vt emptionem uenditionẽ ꝛ locationeꝫ ꝛ ſi.nõ autem appello contractum ipſuꝫ inſtrumentũ ſeu chartam.aut ergo inſtrumentuꝫ eſt inualidum hoc eſt contractus qui contineẽ in inſtrumento ẽ inualidus: ſed inſtrumentum in ſe habet debitam formaꝫᶜ ꝛ ſuas ſolẽnitates. ꝛ tunc ĩdiſtincte notarius cõmittit falſum ſiue defectus iſte ſit viſibilis ſiue inuiſibilis.caſus eſt hic in prin. ꝑfecit eniꝫ ipſe notarius in eo quod eſt in ſe. qñqꝫ ĩſtrumentuꝫ ẽ nulluꝫ,ꝓpter defectum ipſius ĩſtrumenti.tunc ſi qdem ẽ nullum oĩno: ita ꝙ ex eo nullum preiudiciuꝫ poſſit alteri parari: tũc non punitur de falſo caſus ẽ hic.prout dicit de teſtamento nõ ſignato.rõ quia notarius nõ perfecit quia noluit cuꝫ poſſet ꝑficere ergo nõ punitur: ut.l.qui falſum.ff.e.ſed ſi ex hoc poſſet aliquod preiudicium parari: vt qa lꝫ non eſſet publicum eſſet tale ꝙ poſſet peti ꝙ publiceẽ vel ſi ꝓcederetur ad cõparationẽ vel ad aliquod aliud: tũc notarius punieẽ.hic ẽ tex. cum glo.C.e.l.damꝰ. ¶ Juxta hoc quero quid in teſteᵈ ꝗ deponit falſum teſtimoniũ cum eius dcm̃ nõ valeat vtrum puniaẽ.dñs Ricar.mal.in dicta diſputatiõe ſua dixit idem de teſte qḋ in ĩſtrumẽto. aut.n. dcm̃ ſuum ẽ nulluꝫ ex defectu forme.verbi grã teſtis nõ depoſuit in iudicio ſed corã quodã notario dixi: ſcribe ꝙ ego teſtificor ſic: tũc in caſu iſto nõ punieẽ.ar.huius.l.qa teſtimoniũ iſtud nõ eſt teſtimoniũ.ad quod facit qḋ no.in.l.hac cõſultiſſima.§.pe.C.de teſta. Sed ſi dcm̃ teſtis haberet debitam formã ſed alias eſſet ĩualidum tũc punireẽ vt hic. ¶ Queroᵉ ꝓ huius declaratione teſtis depoſuit nõ iuratus diceẽ ne hr̃e formã debitã: uideẽ ꝙ nõ: ut.l.iuriſiurandi.C.de teſti.cõtra.dicit idem Ricar.malũ.nam iuramẽtuꝫ põt remitti a partibus: ut no.in.l.i.ff. de ferijs. ergo apparet ꝙ iuramentũ nõ ẽ de forma uel ſubſtãtia teſtimonij.ꝑterea dicit ipſe iuramentũ non ẽ ĩtroductum in fauorẽ iudicis: ſed partiũ: quod apparet: qa ſi in fauorẽ iudicis eſſet ĩtroductuꝫ partes nõ poſſent remittere. ergo teſtes dicẽdo falſum teſtimoniũ lꝫ non iurati ẽt aureis iudicis offendũt: ut.l.nullũ.C.de teſti.ergo merito punieẽ. ¶ Quero quidᶠ ſi teſtis depoſuerit aliqd extra articulũ: ꝛ ꝓp hoc non valet vtꝝ iſtud teſtimoniũ dicaẽ peccare in forma. Cy. tãgit in .l.i.C.de ſepul.vio.ſed nõ examinat: puto ꝙ nõ peccet in forma: quia dcm̃ teſtis extra articuluꝫ ideo nõ valet qa in eo deponere uidetur nõ iuratus: ideo ẽ eadem rõ que ẽ in qõne precedẽti.

e ¶ Quero vide ꝑ Joã.an. in regula.nõ eſt ſine culpa.i mercu.ꝛ bal.i.l. iuſiurãdi. C de teſti. ad fi. ꝛ Cy. et bal.in.l.i.C. de ſepul. vio. Jo.an. in.c. cuꝫ cãm.de teſti.tenet ꝙ teſtis nõ iuratus falſuꝫ deponẽs puniatur de falſo.ꝑ Bal.in d.l.i.C.de ſepul.vio. ſed qd ſi iurauit nõ tñ corporaliter vide Bal. in.l.ſi. in fi.C. ſi ex fal. inſtru. ꝛ hic adde qḋ no.bal. in.l. ex his in.ij. col.C.de teſta. mili. ꝛ gui.de ſuza. in.c.teſtimonium.in pe. col.de teſti.

f ¶ Quero quid. Quid ſi teſtis ꝺponit extra articulum an peccet i forma: uide qḋ dixi pꝰ bar.i .l. lucius.ff. de infami.ꝛ no. ꝑ glo.et Bar. in.l. ſi duo patroni.§.idẽ iul.ff.de iureiuran.

a ¶ Si patronus.vide glo.Adde glo.in.l.iii.in prin.ſ.de bo.lib.⁊ tex.in .l.fi.§.non enim patronus.⁊ ibi glo.⁊ bal.C.de inof.te.
b l Ege cor.minori lega.Et adde Bar.in.l.cor.j.co.
c ¶ Quero vtrū.Qua pena puniaſ ille qui expēdit monetā falſam ⁊c.que ſit falſa moneta vide bar.in.l.q falſam.j.co.adde ꝙ nō puniſ expendens falſaʒ monetā quā accepit ab alio.ſm Cy.C.de fal.l.minor.⁊ vide Cy.C.de fal.mo.in.l.i.⁊ adde do.abb.i.c.quāto.de iureiuran.
d ¶ Qui delatorē.No.ꝙ denunciatores nō denūciātes delicta,put ivetitate cōmiſſa ſunt q̄ incurrūt in penā falſi.de q̄ p Bal.in.l.duob⁹.§.fi.ſ.de iureiurā.⁊ facit ad no.in.l.diu⁹.ſ.de cuſto.reo.⁊ bar.in.l.ab accuſatore.§.nunciatores.ſad turpil.
ADDE plene per alex.cōſilio.ciiii.li.primo.
e ¶ Determināt doc.Si notarius rogatus ſucceſſit rogāti:an poſſit illud iſtrū cōficere.certe ſic.qd no.Joā.an.in regula.cuʒ qd.in mercu.i.vi.dicit qdam notarius.p curator me⁹ ad pbanduʒ de iure meo pduxit in iudicio inſtrū ſua māu ſcriptum an valeat:⁊ ꝙ ſic:ſi inſtrū eſt ꝯfectum añ exercitiuʒ p curatoris.⁊ idem ſi ptās neceſſitate ſui officii.idē ſi pars non eſſet ſpāliter noiata:ſed i ꝯſequentiā.⁊ dicit ꝙ iſta q.nō tangiſ p aliquos in iure ciuili.ſʒ pe.de ancha.ibi dicit ꝙ imo tangiſ p Dy.i hac.l.ubi dicit eſſe caſum.

**Si patronus.** ¶ Oppo.de.l.i.C.e.Solu.ibi in filio hic in patrono.hereditas enī patris eſt magis debita filio q̄ hereditas liberti patrono.ex hoc habes ꝙ filius equiparatur vero creditori ⁊ non patronus.vide glo.[a] que incipit:ſecus in filio.in fi.glo.de hac gl.dixi vobis in.l.patron⁹.ſ.de dona.tamen quedam glo.eſt in.l.iij.C.de iur.⁊ fac.igno.que dicit ꝙ id quod dſ ꝙ hereditas patris filio debita eſt debet exponi.i.quaſi debita.per tex.in.l.fi.§.i.de cura.furi.⁊ ibi no.⁊ eſt etiam tex.in.l.⁊ quia plerūqʒ.ſ.pro ſocio.

a **Vicunqʒ.** ¶ Oppo.C.de fal.mone.l.i.⁊.ij.glo.q̄ eſt hic nō ſo.breuiter ſi aliquis falſat monetam ciuitatis punitur vt ibi.ſi falſat monetam principis aliter punitur vt in eo.ti.l.ij.ille.n.q aliter radunt vel tingūt puniunſ:vt hic dſ.⁊ extra de iureiur.c.quāto.

Ex.l.ſequenti.

¶ Artifices qui aurum ⁊ argentum conflant non ad legaʒ ciuitatis puniūtur de falſo.Et an expendens monetam falſam teneatur de falſo.

l **Ege cor.** No.cōtra aurifices qui faciunt aurum ⁊ argentum de minori lega[b] q̄ ciuitas requirat vt puniantur de falſo.ad quod hic dſ cōflauerit.i.de nouo fecerit.alio modo conflauerit.i.factos ⁊ bonos deſtruxerit.hoc modo poteſt puniri de falſo ſi facit doloſe vt ille nummoſ occultet.Tertio habes ꝙ qui poteſt prohibere ⁊ non prohibuit tenetur hac pena.rō poteſt eē:quia facere nūmos adulterinos ledit principaliter rempublicaʒ:⁊ ideo conſcij debent indicare alias puniuntur ſm ea que dixi.ſ.titu.i.l.vtrum vel dicamus ſpeciale in iſtis atrocioribus criminibus:vt.l.iulia.maie.⁊.l.quiſquis in fi.C.ad.l.iulia.ma.⁊ in crimine parricidij:vt.d.l.vtrum.⁊ in falſa moneta vt hic.quod dixi in.l.vtrum.magis placet.¶ Quero vtrum[c] ille q expendit falſam monetaʒ teneatur crimine falſi.hic videtur caſus ꝙ ſic:vt hic in eadem.l.exprimitur ⁊c.tamen credo ꝙ tunc demum committitur falſum ⁊ incidit in.l.corne.de fal.quando expendit nūmos nominatos hic plumbeos vel ſtanneos:alias non incidit in.l.cor.de fal.ſed punitur extraordinarie:ut.l.ſaccualri.circa pn.⁊ ibi no.ſ.de extraordi.crimi.⁊ per hoc plures feci euadere a pena.l.cor.de fal.Item diciſ hic dolo malo ⁊c.quero quare dicit domo malo.Reſpō.quia poteſt emere quis bona fide cauſa calculandi rationem:⁊ tunc non tenetur.l.cor.de fal.tamen illi nūmi cauſa calculādi non debent eſſe forma publica percuſſi.

Ex.§.ſequenti.

¶ Sindici qui accipiunt pecuniam vt aliquem falſo denuncient tenentur pena falſi.eodē modo ciues qui procurant vt aliquis falſo denuncietur.

**Qui delatorem.** [d] Nota hunc §.contra ſindicos comitatus qui accepta pecunia aliquem denunciant falſo.¶ Item cōtra ciues qui faciunt aliquem denunciari falſo vt teneantur pena iſtius.l.quod tene menti.

f I pater.inſtrumentum pro filio.An,pater poſſit conficere iſtrumē
g tum pro filio ⁊c.ꝯ vide.ſ.e.l.i.§.inter filiuʒ.⁊ an filius in cauſa patris conficiat inſtrumentum:vide ſpec.in ti.de inſtru.edi.§.inſtrumentum.§.item ꝙ eſt domeſticus.de hoc.iii.q.v.c.conſanguinei.xxxv.q.vi.c.in ſumma.ii.q.iiii.in ſūma.iiii.q.iii.§.item ꝙ.no.Jo.an.in ſpec.in ti.de iſti.edi.§.inſtrumentum.§.quid ergo.⁊ generaliter an pſona domeſtica poſſit conficere inſtrumētuʒ pro domeſtico ⁊ amico ſuo:uid bal.in.l.iſtrumēta.ad fi.C.de proba.⁊ vide in.l.vxori.j.co.
ADDE an pater poſſit conficere teſtamentū in quo fil⁹ factus eſt executor Bal.conſi.cclxii.li.ſecundo.
g ¶ Et cum matri.conficere iſtrumētuʒ.adde qd videſ ꝙ nō:quia nō poteſt teſtificari pro matre.l.parentes.C.de teſti.vnde inſtrumentum nō ſcribitur vt hic dixit.
h f Alſi nominis.de iſta mutatiōe nominis:uide bal.in rub.prime cōſti.tu.C.

d **Eo** ſcilicet filio vel ſeruo.⁊ dicit glo.puta ticio:⁊ dic.ſ.patri vel domino.Hic dicitur ꝙ committitur in.l.ſed per quem an per patrem:vel per filiuʒ.dicunt quidam ꝙ filius ⁊ ſeruus incidunt in penam:quia filius aſcribendo acquirit ſibi cum dicatur quodammodo bonoruʒ patris dominus vnde eſt ſuum commodum.item ſeruus ex hoc ſperat cōmodum.Alij dicunt ꝙ tenetur illa pena pater vel dominus.Aduerte iſta eſt veritas.prima opi.habet locuʒ quando pater ⁊ dñs nō iuſſit.argu.j.e.l.ipuberem.§.item non continetur.ver.imo magis.ſcda opi.habet locum quando pater vel dominus iuſſit ſecundum Jaco.de are.

Ex.§.ſequenti.

¶ Si notarius rogauit inſtrumentum pro eo cui ipſe poſtea ſucceſſit illo poteſt vti ⁊ illud cōficere.

**Illud conſtat.** Hic eſt notabilis caſus ⁊ menti perpetuo tenendus.¶ Oppo.j.de decurio.l.ij.§.in filijs.glo.non reſpondet.breuiter hic tractatur de odio:ibi de fauore.¶ Per iſtam.l.determinant doc.[e] vnam notabilem.q.quidam notarius fuit rogatus de quodaʒ inſtrumento cuiuſdam ſempronij.demum notarius qui eſt rogatus ſucceſſit illi ſempronio:an notarius ille qui eſt modo heres poſſit illud inſtrumentum conficere.Dy.dicit ꝙ ſic:⁊ illo inſtrumento vti poteſt.ita dicit Dy.per hanc.l.ſufficit enim ꝙ ab initio fuit rogatus pro alio:ut hic:quod tene menti.

Ex.l.ſequēti.

¶ An pater poſſit conficere inſtrumētum de cōtractu filij:⁊ quid econtra.

g **I pater.** Per hanc.l.dicunt doc.ꝙ ſi pater eſt tabellio poteſt facere inſtrumentuʒ pro filio emancipato.ſed an poſſit conficere inſtrumētum pro filio[f] in poteſtate exiſtente in aduenticiis:videtur ꝙ ſic:ſicut poteſt in caſtrenſibus:vt hac.l.circa hoc tamen dic:ut.j.e.l.impuberem.§.i.¶ Sed contra hoc oppo.de.l.parenteſ.C.de teſti.Rñ.⁊ dico ꝙ lʒ pater non poſſit pro filio teſtificari poteſt tamen tanq̄ notarius iſtrumentum filij ſcribere.rō quia hoc inſtrumentuʒ ſcribitur de mandato partiuʒ:⁊ ſicut partes cōſentiendo poſſunt patrem in iudicem ⁊ in arbitrum eligere:ut.l.quinetiam.ſ.de arbi.ita poſſunt partes eligere patrem in notarium:que ratio ceſſat in teſte.¶ Quero an econuerſo filius poſſit eſſe notarius ⁊ inſtrumentum ſcribere de contractu patris.tex.videtur ꝙ non.ſ.l.proxi.in prin.quod eſt verum in filio in poteſtate:ut ibi vidiſtis.de quo per Dy.in.l.quod dicimus.§.fi.ſ.de auc.tu.⁊ in ſpec.de inſtru.edi.§.poſtremo.ver.item quod eſt domeſticum.

**Et cum matri.** No.caſum ꝙ filius poteſt conficere inſtrumentum[g] pro matre.rō quia nō ē in ptāte matris:ſicut.ſ.l.pxi.dixi de filio emācipato.

Ex.l.ſequenti.

¶ Mutatio nois an fieri poſſit.

f **Alſi nominis.** [h] ¶ Op.C.de mu.

a ℭ Pena grauior. ⁊ glo.in.l.ii.in prin.ſ.de decurio.lʒ glo. cõtrariũ ſenſerit.in.l.iii.in.ṽ.certis rationibus.C.de infami.⁊ Cy.in.l.iii.in prin.C.de infami.

b f Jlius.§.ſequens.q.notari⁹ ſcripſit.Qñ notari⁹ poſſit eẽ rogatus de eo qđ ſibi cõmittiť.vide Bar.in.l.ex ſentẽtia.de teſtatute.⁊ in.l.ſ uus cõis.el .i.ſ.de ſti. ſeruo.

c ℭ Cõtra ſe creditur. Sed contra ſe valent:vt .l.impubere ſ.eo.in fi.⁊ ibi Bart.⁊ vide que ibi dixi.⁊ que dixi.in.l.i. §.nam ſi fi/ lium.ſ.eo.⁊ ꝙ notarius poſſit ſcribere instrumẽtum contra ſe tenet bal. in auc.contra qui᷑ propriam.in fine prie col. C.de nõ nume.pe.⁊ ꝙ non poſſit i ſuum fauorẽ ſcribere tenet Bar.in .l.i.C.ď his q ſibi aſcri.⁊ in.l.ſi conſul.ſ.de adop.⁊ in.l.ſi ſeruus.de teſta.

ADDE ꝙ notarius poſſit ſcribere inſtrumentum contra ſe bald.conſilio.xliii.iii.li.

d d Juus.vide ad hanc.l.Di.in regula ignorãtia.de reg.iur.in vi. in fi.prin.ibi.ex hoc habes ꝙ valet ſtatutum quo cauetur ꝙ qs nõ poſſit allegare ignorãtiã illius ⁊c.Adde ꝙ plus videtur dixiſſe Bal.in.l.i.ſ.ď legi.videlicet ꝙ valet ſtatutum dictans ꝙ qs non poſſit allegare ignorãtiam.[d] de quo late per ro.in.l.de pupillo.§.nunciat.de ope.no.nunci.⁊ an dictum barto.hic vltra iſtum textuʒ procedat ad de tex.queʒ omnino vid in auc.vt in medio litis.§.penultio col.viii.alias.ix.⁊ tex.in.l.ſicut.in fine.C.de ꝑſcrip.xxx.anno.⁊ tamen vide Bal.i l.i.in pricipio.i.iii.col.C.de cadu.tollen.⁊ tex.i auc.vt fac.no.conſti.

nominis.l.i. Reſpondeo.debetis ſcire quod nomina imponuntur ad homines recognoſcẽdos.C.de inge.ma.l.ad recognoſcendos.aut ergo iſta mutatio nominis fit fraudulose:⁊ ad alium decipiendum ⁊ tunc mutãs nomen punitur.l.cor.de fal.aut fit ob aliã cauſam nõ fraudulose.⁊ tunc fieri poteſt:vt ibi.nam quando quis mutat ſtatum ſemper mutatio nominis fit puta qñ efficitur miles vel doctor.

**Ordine.** ℭ Op.ꝙ tãto tẽpore dẽat vacare q̃to tpe pena durauit:vt.ſ.ad muni.l.ordine in pri.So.dicunt quidã hec intelligitur ſm illam.alij dicunt ꝙ aut fuit cõdemnatus de crĩe qđ ĩfamat:aut de alio.gl.iſtã reprehendit:qm̃.l.cornelia:cũ ſit publicuʒ iudicium ĩfamat.ℭ Ultimo glo.ſoluit ⁊ dicit ſic.nouum honorem non põt quis aſpirare niſi tanto tempore vacaret q̃to tempore durauit pena.ſed veterem vacantem incontinenti recuperat cum pena ceſſauerit.ℭ Contra hanc ſo. videtur tex.in fi.vbi loquitur de honore creando de nouo.Reſpondeo ꝙ lʒ poſſit creari decurio intelligo tamen ꝙ debet vacare tanto tẽpore q̃to tpe pena durauit:ita intelligo.l.iſtam.

ℭ Sed op.ſi iſte eſt infamis ergo nullo modo poteſt eligi ad dignitates:vt.l.ii.C.de digni.gl.que ẽ i.l.qd ergo.§.pena grauior.[a] intelligit ꝙ pena fuit aucta vel minuta.ita ꝙ vř cũ infamia diſpenſatum.ita intelligit hunc tex.glo.ibi.

[f] **Filius.** No.ꝙ filius emãcipatuſ nõ excuſať pp iuſſũ pr̃is ſed filius i ptãte exñs excuſaretur.⁊ ẽt ſeru⁹.dicã.ſ.e.l.§.ſi.vidiſtis.ſ.e.l.i.§.iter filiũ.

Ex.§.ſequenti.

ℭ Si notarius ſcribat inſtrm̃ qđ ptinet ad eum ⁊ ad alium.i.ad comodum ſuum ⁊ alterius an illi ſit ſtandum.⁊ quid ſi notarius ſcribat ſe ⁊ alium obligatos inſolidũ an huic inſtrõ credať.

**Sequens queſtio.** Hic ẽ no.§.aduerte ꝑ declaratione tex.q̃ro qñ aliquis aſcribit ſibi ⁊ ticio legatum vtrũ aliquid acquiratur ticio.iuriſcõ.hic non dicit.glo.determinat ꝙ acqrať ſibi ⁊ ticio portio ſua ⁊ portio alterius ꝑ ius accreſcendi.⁊ iſtud eſt verũ.nam tex.videtur loq ꝙ legatũ nõ valeat qñ perſona illa i qua principaliter conſiſtit legatum ſubducitur tanq̃ falſo aſcripta.ſed qñ aliquis aſcribit ſibi ⁊ ticio pſona ticij nõ ſubducitur tanq̃ falſo ſcripta.⁊ ex hoc hẽs ſo.multaruʒ.q.notarius ſcripſit[b] iſtrm̃ qđ ptiet ad eũ ⁊ ad aliũ.i.ad cõmodũ ſuũ ⁊ ad cõmodũ alterius.ſtabiť ne illi inſtrõ? R.aut illđ inſtrm̃ reſpicit directo perſonã notarii:ꝑ ↄñtiã ad aliõ porrigiť:⁊ tunc in pte illa vʒ.vtputa ſi ſtipularetur ſeruitutẽ fundo cõi vel aliquid aliõ faceret ex quo commodum deberet hr̃e ſocius licet nõ eẽt nominatus.ſed ſi notarius aſcriberet nominati ſibi ⁊ alteri ita ꝙ iſtrumentũ ſubſtantialiter i ſe ⁊ in alio pricipaliter:tunc q̃tum ad ſe nõ valet:ſed q̃tũ ad alium ſic.caſus ẽ hic no.Scđo facit ad.q.quã vidi de fcõ.qdã notarius ſcripſit ſe ⁊ aliũ eẽ obligatos iſolidũ:q̃riť an huic iſtrõ credať.certe cõtra ſe crediť[c].alias nõ:vt.l.ſi putauit.§.ſi qs ſua manu.ſ.de cõtrata.Jtẽ crediť cõtra extraneũ iq̃tũ iſtud inſtrm̃ faceret ꝑ ipſo notario:vt ipſe notari⁹ ex eo poſſit correũ cõuenire.iſtud inſtrm̃ nullũ effectũ haberet vt hic:⁊ videbitis.ſ.ꝓxi.§.

**Maritus.** Hic ẽ diffical.§.i tex.⁊ diuidiť i.v.ptes.primo ponit thema ⁊ qõnẽ.ſcđo ponit duo euidẽtialia ad ſolutio.tertio ponit ſo.qõnis.q̃rto ponit vnum dictũ cõtra ſo.⁊ illud ſoluit.qnto ponit aliud dictũ:⁊ illud determinat.ſecũda ibi.reſpondi.tertia ibi.ergo.q̃rta ibi.an iõ.qnta ibi.an ideo.

ℭ Ad euidẽtiã ꝑmitte ꝙ ſi maritus manumittat ſuũ dotalẽ vʒ manumiſſio.tñ ſoluto matri.tenetur mulieri reddere quicquid eius occaſione ad eum ꝑuenerit:vel dolo malo fecit quomin⁹ perueniret:vt.l.dotalem.ſ.ſo.ma.⁊.l.ſi.vero.§.i.⁊.§.dabit.e.ti.ita dicit dy.ℭ Op.ad primũ ⁊ uideť ꝙ filius emãcipatus ſe aſcribẽs teneať ut.ſ.e.l.i pri.huius timore.uer.⁊ filiũ emãcipatũ.legiť duobus modis.uno mõ ꝙ fili⁹ emãcipatus aſcribens ſe heredẽ põt petere bo.poſ.ſm ta.⁊ in hoc differt a pr̃ono:ut hic.⁊.C.e.l.i.lʒ qdã hẽant eã ꝓ ſcđa.tũc ad pri.huius.l.rñdeo ꝙ ibi loquiť i legato:hic in hereditate que erat ſibi debita ſi alius nõ reſtituať.uñ ſecus puto ſi hereditas ſibi debita nõ eẽt.nec ob.qđ dř ꝙ filius põt preteriri:qa lʒ poſſit ꝑteriri tamẽ ab iteſtato ſuccederet pr̃i.Jtem itelligo ꝙ ſibi aſcribat illã ptẽ tm̃ quã ab iteſtato hr̃et:alias i cideret i.l.ſicut qñ ſibi legatã aſcriberet eãdẽ rẽ Jtẽ legiť ſo mõ.ꝯ.⁊ filiũ:ut loq̃tur de bo.poſ.q̃ datur filio pr̃oni i bonis liberti.de hac lec.nõ curo teneatis primã.Jtẽ dř hic i fi.ꝙ ille q aſcribit ſibi cũ onere fideicõmiſſi nõ põt petere legatũ cõtra.ſ.de ioffi.teſ.l.papinianus.§.memiſſe ⁊.l.legatari⁹.ſ.ď excu.tu.l.i.§.ſʒ ⁊ ſi legatũ.ſ.ſi qs ali.teſ.ꝓhi.ubi legatario datur petitio ut alij reſtituat.So.ibi delictũ legatarij nõ faciebat legatũ ꝓ nõ ſcriptũ:ſʒ faciebat ipʒ legatariũ idignũ q̃ idignitas nõ attẽditur cũ alij dẽat reſtituere.ſʒ hic legatũ efficitur ꝓ nõ ſcriptũ.ℭ Sʒ tẽ op.quõ ꝓ nõ ſcriptũ remanet cũ onere apđ heredẽ.cõtra.l.i.§.in primo.C.de cadu.tol.R.ueritas ẽ hic.legatũ primũ ẽ ꝓ nõ ſcriptũ:quia ꝑſumitur teſtatorẽ hoc nõ dixiſſe.deducitur.n.legatũ tanq̃ falſũ:ut.ſ.ꝓx.§.merito remanet fideicõmiſſũ qđ ab herede debetur.ſʒ i.l.cõtra legatũ erat ꝓ nõ ſcriptũ ex defectu perſone legatarii nõ ex defectu uolũtatis defuncti.

Ex.l.ſequenti

ℭ Ualʒ ſtatutũ ꝙ qs nõ poſſit allegare ignorãtiã illius ſtatuti.

[d] **Juus.** [d] Jſta lex tota tractat de iſto q̃ſi falſo.no.ex iſto pñ.ꝙ ignorãti nõ pciť i hoc delicto.ℭ Cõtra hoc op.C.de his q aſcri.ſe in te.l.pe.R.ibi fuit ignorãtia ⁊ ſexus muliebris.ℭ Jtẽ op.de .l.ij.C.ď his q ſe aſcri.in teſ.So.ibi in filio emãcipato i quo eſt ſpãle:ut uidiſtis.ſ.l.ꝓxi.in fi.ℭ Tertio op.ſic falſum regrit dolũ:ut.l.nec exemplum.C.e.ergo per ignorãtiam dʒ excuſari ab iſto dolo:ut.l.ſi qs in graui.§.ſi quis ignorãs.ſ.ad ſyll.⁊.l.ſi qs id qđ.§.dolo.ſ.de iuriſ.om.iudi.glo.ſo.dicit.n.ꝙ nõ lʒ ignorare iſtud edictum ſed iſtas.ll.ſic.hoc nihil ẽ dicere.q̃re dic ut in.l.nec exẽplũ.C.e.ubi dicis ꝙ falſum regrit dolũ:quia uerũ ẽ i eo qđ ẽ uere falſum.ſecus i eo qđ ẽ q̃ſi falſũ:ut hic i.l.i.i fi.ſ.e.⁊ ſic ap

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

a ¶ Scribere.ſ.in pricipio Et ad idem poſſet argui de tex.in.l. ſi p alium in principio.ſ. ne quis eum qui i ius vo.eſt vi exi.ſed poteſt reſpõderi vt per Barto.in.l.i.in principio .ſ.de eo per quē fac. erit videlicet ꝙ non comprehendatur faciens per alium niſi hoc ſit expſſe in.l.cautum ⁊ vide ꝙ no.Bal.in.l.nihil in prin.ſ.de ſicca.

cõtra qui ꝓppriã .in.ii.col.C.de nõ nu .pecu.dicit ꝙ q ſe ſubſcribit vi detur totã ſcripturã ſcripſiſſe.tex.eſt in.l.cũ antiquitas.C.de teſta. ADDE.ꝙ nõ ſtatur verbis notarii decancel. uel raſura. ut voluit pau. de ca.cõſilio.xxxviii.

d ¶ Nõ porrigeret.Circa hoc vide q̃ dixi poſt Imol.in.l.qui dotis.in ſi. ſolu.matri.i ſi.§.et circa ꝑdicta ſcias ꝙ ſubſcriptõ dʒ eſſe vlti. mus act⁹ ⁊ per illuʒ ſcriptura acci. pit ꝑfectõeʒ ⁊ iõ ſi volo agere ex ali qua ſcriptura ⁊c̃.p aliũ ſcripta vno tpe ⁊ ſubſcripta p te alio tpe : debeo facere mẽtõ nẽ de tpe ſb ſcriptiõis : q: ex tũc recipit vigorẽ cõtra te nõ a tpe quo fuit ſcripta . ⁊ ita īducebat ſlorentie ſemel do.Mel lus.l.hac cõ cõſultiſſima in prin.i ṽ. ſiue aũt. ⁊c̃. C. q teſta. fac. poſ. ita refert ibi do. Pau.ð ca. adde ꝙ i ſimili no.bar. i.l.repetita. ſ.de ſide in ſtru.⁊ adde qð no. dixit Bal.i.l.ſi qſ cũ.§.ſʒ ſi ſuo teſtõ.ſ.dvulga.⁊ pu.vbi dixit ꝙ ſi act⁹ durauit ꝑ plures ho. ras nõri⁹ i i ſtrõ dʒ apponere horã in qua ↄct⁹ fuit hit⁹ ꝑ pfecto nõ horã i q̃ ↄct⁹ hũit ini tiũ .qð no.⁊ de eo q pluries ſe ſubſcripſit uide tex.⁊ gl.i.l. luci⁹. ſ. de libe. cau. ⁊ ſpe.i ti.ð cõ feſ.§.i.ṽ.qd ſi prio. ⁊c̃. dixi ↄtrũ ei⁹ qð prio dixi.⁊ adde qð xit bar.i.l.ſi teſtñi.C. de teſta.

b ¶ Itẽ ſenat⁹ rñdeo nõ Bal.ↄtrium tenuit i auc. ſi quis i aliquo. C. de eden . ⁊ vide Ange. ⁊ q̃ ibi dixi p⁹ Bar.i.l.iſta ſti.§. griſogon⁹ de ṽ. ob.við bar. i. d. auc. ſi qs i aliquo i ṽ.certe ſi ille notarius poſtea i ſi.ſe ſubſcribit dicẽdo ⁊c̃.við bart.i.l.qdã §.nihil.ſ.de edẽ.⁊ Inno. in.c.qñ ↄ.ð ꝓba. ⁊ Io. an.in ti.de i ſtru.edi.§. i ſtrumentuʒ i addi. q̃ in cipit i glo.⁊ adde bal. in auẽ.ſʒ nouo iure . C. ſi cer.pe.⁊ við bal.in .l. teſtamẽta.C.ð teſti.⁊ qð notat bar . i. l. cũ ſniam.C. de ſen. ⁊ qð ibi dixi . et cle.i. ð offi. delega . Ex op.tʒ bal.cõ trariũ i auẽ. ſi qs . C. de edẽ ⁊ Ang. in.l. iſta ſti. §.griſogon⁹ de ṽ.ob.vbi ꝑ ipſũ. vide de ſubſcribẽ te an ſit ideʒ acſi totam ſcripturã fe ciſſet idẽ po nit i.l.cũ an tiqtas.C de teſta.Itẽ vi de domi.de ſacto gemi. in.c.ſi ꝑ pte de reſcriptiſ in . vi . vbi vult fore ſa tiſfactũ ſtatu to requiren ti ꝓpriã ſcri pturã ſi ſcã ẽ per tertiã pſonam de volũtate tñ obligati. ADDE ð ſʒ ſcribente ſe cedule.pau. de ca.ſt con ſilio.cccxxx.⁊ cccl. Ro.cõſi.ccciii . ⁊ de notario q ↄmiſit alteri inſtrñ ſcribendũ.vide pau.de ca.conſilio .cçxx.⁊ bal.cõſilio .lxxxv.ſecũdo li. ⁊ cccexlii.iiii.vol.

paret reſponſio ad alia ↄtraria.nã ignorãtia ex cuſat a delictis in quibus verus dolus reqritur. ſʒ i iſto delcto ñ reqrit verus dolus.ergo ⁊c̃.dic de hoc p Dy.i.c. ignorãtia.extra de re.iur.li.vi. Ex hoc habes ꝙ valʒ ſtatutũ quo cauet ꝙ qs ñ poſſit allegare ignorãtiã illi⁹ ſtatuti ſicut hic ſit.

**Scribere.** Uides ergo ꝙ q ſibi aſcribit per filiũ vel p ſeruũ tenetur hac .l. hoc ẽ verũ qñ filius vel ſeru⁹ aſcribit eo mãdante: vt habuiſtis no.ſ.e.l. de eo . in prin. ¶ Sed op.verba edicti ſunt ſcripta i pſonã: dicũt eni ſi qs ſua manu aſcripſerit : vt .ſ. in prin.[a] ergo euʒ qui facit per aliũ nõ ↄprehẽdit: vt.l.aut q aliter in ſi.ſ.qð vi aut clam.⁊ dixi i.l. hec verba.ſ.de adul. Rñdeo poſſum⁹ dicere ꝙ iſta verba huius.§.ſcribere.ſunt verba edicti diui claudij.⁊ hoc videtur ſentire glo.que eſt.j.ſu p verbo dari .in ver.nec generalẽ. que dicit ꝙ vſqʒ illud durãt verba edicti.ſm hoc iſta nõ eſt interpretatio iuriſcõſulti ſed conſtitutio principis.vel aliter puto ꝙ interpretatio iuriſcõſulti i cipit hic:ſcribere aũt ⁊c̃.Ad cõtrariũ rñdeo ꝙ videt facere p ſe q facit p aliũ .ſ.p fictionem . ⁊ ita dicit hic. dicit enim videri.⁊ ſic per fictioneʒ nõ autem ꝙ verbis comprehendatur: vt in contrarijs

**Plane.** Uides ꝙ ſpãlis ſubſcriptio ꝓdeſt ad euitãdã penaʒ ⁊ ad capiendũ relictum .ſed generalis ſubſcriptio prodeſt tñ ad penã euitandam.

Ex.§.ſequẽti.

¶ Qualiter debeat fieri ſubſcriptio cedule apti bus.⁊ q̃ ſubſcriptio habeat ꝑiudicare. Et an notarius poſſit alij committere ſcribẽdũ iſtrumentum: ⁊ qualiter debeat ſe ſubſcribere: ⁊ quid qñ caſſat aliquam particulam.

**Item ſenatus.** No. ꝙ generalis ſubſcriptio ꝓdeſt quo ad oĩa filio vel ſeruo ſcribente .ſecus in extraneo ſcribente quia non prodeſt vt hic i ver.ꝙ tamen.⁊.ſ.e.l.§.inter filium.niſi ad euitãdam penam: vt.ſ.e. ver.nec generalem.⁊. C. e.l.ſi teſtamento. Iſtud prodeſt ad infinita. Aliquis ſcripſit vnam cedulam in qua continẽtur quedam facta in fauorem ſui: ⁊ in fauorem mei ego ſubſcripſi me dicens omnia dicta approbo ⁊ mea voluntate eſſe ſcripta dico ⁊ confirmo.valet ne iſta cedula cõtra me? Reſpõdeo non[b]: ſed debet ſequi ſubſcriptio ſpecialis.hoc modo dicendo. qð factum eſt de tali contractu inter me ⁊ talem approbo. iſta enim dicitur ſpecialis ſubſcriptio: vt dixi.ſ.e.l.i.§.inter filiuʒ Item quando notarius eſt multum impeditus ⁊ ipſe non poteſt ſcribere poteſt aliis ſcribendũ committere . arg.l.i.ſ.de offi.eius cui man . eſt iuriſ.⁊.C.de iure deli.l.ſi. § . ſinautem dubius ibi: uel ſcribere impeditus ⁊c̃.certe ſi ille notarius poſtea in fine ſe ſubſcribit dicendo ꝙ omnibus que.ſ.ſcripta ſunt ipſe interfuit: ⁊ de eis fuit rogatus debet facere ſubſcriptionem ſpecialem dicendo omnibus que .ſ.ſcripta ſunt inter talem ⁊ talem.non autem debet facere generaleʒ per hanc.l.niſi committeret filio ſuo: ut per hanc.l. Item facit ad aliud ꝙ quando notarius[c] in fine inſtrumenti facit unam ſubſcriptionem dicendo qð .ſ.raſum uel cancellatum eſt ⁊c̃.ſecundum formam.l.i.ſ.de his que i teſ. delen.certe eſt utile ⁊ forſan neceſſarium ꝙ faceret ſubſcriptionem ſpecialem . alias ſubſcriptio generalis non porrigeretur[d] ad ea de quibus eſſet dubium: an eſſent manu ſua facta p hanc.l.

**Queri tamen debet.** Pone caſum .quid ſi aliquis aſcripſit ſibi de mandato teſtatoris: puta filius uel ſeruus qui neceſſe habebat ei parere : an iſta neceſſitas obedientie eum excuſet.reſpondetur iuſta excuſatio ⁊ honeſta eſt ut excuſetur a pena non tamen habebit legatum . Tex. ibi ſubſequendi .i. obediendi neceſſitas ſubaudi excuſet . ⁊ ſic apparet ꝙ loquitur in filio uel in ſeruo qui habet obedire neceſſe .⁊ in alijs que.j.dicentur honeſta nũc reſpondet . Item ibi ꝙ non ſit conceſſum .q. d.ſatis eſt quod excuſentur quo ad penam. licet non capiat legatũ: ut probatur.C.e.l.ulti. ⁊ .ſ.§.proxi.⁊.ſ.e.l.proxi.in prin.⁊ no.ſ.e.l.i.§. inter filium.cũ ſe.

**Matri quoqʒ.** ¶[e] Ex hac ergo l.uos habetis ꝙ excuſatur a pena falſi qui ſibi aſcribit propter generalem ſubſcriptionem.ſpecialis non ſufficeret etiam quo ad capiendum : ut .ſ. §. plane. Item ꝑꝑ neceſſitatem obediendi . Item ꝑꝑ iuris errorẽ: ut in muliere: ut hic . in maſculo ſec⁹ ut uidiſtis.ſ.ea.l.in prin.

**Si quis duobus.** ¶ Op.ſ. e.l.i.§.ad teſtamẽta.⁊.ſ.e.l.in prin. R. hic loquitur i eo q ſibi aſcripſit ſub cõditiõe: in contrario ſibi aſcripſit pure. ¶ Sed contra hoc op.j.eo.l. impuberem .§. i. Reſpondeo.hic in eo qui ſibi aſcripſit ſub duab⁹ ↄditõib⁹[f]: iõ parcit ſibi quo ad penam ⁊ quo ad capiendum. ibi uero aſcripſit ſub una conditione tantum.⁊ hec uera.omnes alie ſolu.que ponuntur in glo.diuinationẽ continent.

Ex.l.ſequẽti.

¶ Qui celat aliquid ſimpliciter ut nemini appareat icidit in penã falſi .itẽ q extruncat bulas ex litteris papalibus.

p **Aulus.** [g] Uides hic in prin.ꝙ q ſubtrahit inſtrumentum teſtamẽti nõ incidit in penam falſi niſi i

c ¶ Qñ notarius. Et iſta intelligas vt per bar.in.l.ii.§.ideo.ſ.de his que in teſ.delen.⁊ Bar.in.l.ſi vnus.C.de teſta.⁊ in.l.ſi.in.i.vel.ii.col. C. de edic.diui .adde qð not.Bar.i.l.tabularũ.§.i.mo.q.teſta.ape.⁊ vide tex. cũ glo.no.in.c.cũ venerabilis .ex̃ de reli.domi.qui etiam voluit ꝙ vbi i aliquo inſtrumẽto eſt aliquid ſuſpectũ nulla fides adhibeat . Et contra bar.hic tʒ Bal.i auc.ſi quis in aliquo.in.iii.col.C.de eden.Bal.i auc.

e ¶ Matri quoqʒ.Mẽs in tex.ꝙ mulier põt ſcribere teſtñi lʒ i eo ñ poſſit eẽ teſtis .⁊ no.bar.j.e.l.ĩpuberẽ i pri.⁊ tex.⁊ ibi hoc no.ang. i.l.ſi qs legatũ.§.ſi patron⁹.ſ.eo.Itẽ põt ſcribi p ſeruũ ⁊ filiũ ⁊ omnẽ iſtã mẽ: vt.ſ.e.l.§.inter filiũ.Item poteſt quis ſuuʒ teſtamẽtũ ſcribere manu ſua.l.ii.C.de his q ſibi aſcrib.per Bar.i.l.ſeruus.ſ.de teſta.

f ¶ Si qs duob⁹.duabus ↄditõibus No.ꝙ aſcribẽs ſibi ſub geminata cõditione nõ punitur: qð etiam ſequitur Ludo.in.l.ſi uero .§.de uiro . ſo.

g lu.matri.in.iii.fal.⁊ in.l.i. in prin.ſ.de uer.ob.

p Aulus . vide que notantur ⁊ que ibi dixi in.l.in fraudem. §.quotiens.infra de iure fiſci . ⁊ quod notatur in gloſa in.l.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſi quis affirmauerit.ſ.de dolo.ꝛ ibi bar.ꝛ quomõ poſſit criminaliter cõtra ſurripiente͂ inſtrume͂ta.vide glo.quã ibi ſequitur Bal.in.l. inſtrume͂ta.C.ad exhi.ꝛ ad intellectũ iſtorũ vide Ang.ꝛ Imol.in.l.i.i.charta.ſ.de pub.iudi.ꝛ qñ celans inſtrume͂tũ puniat̃ de falſo.vide plene Bal.i.l.cũ qui.C.eo.ꝛ in.l.finali.in penul.col.C.de eden.

teſtamento.ſecus in alio inſtrume͂to.cõtra.ĩ.e.l.in fi.ibi ſurripuerunt.glo.ſoluit ꝛ bene.ex furto ſolo nõ incidit quis in penaꝫ falſi.ſed ſi qs furat̃ ꝛ corrũperet iſtrm̃ pone͂do illõ i igne͂vel alio mõ deſtruit:tũc ꝓ quolibet iſtrõ ſubtracto ꝛ ita deſtructo quis incidit in falſum.ita loquitur finis.Item vides in hoc.§.ꝙ qui celat aliquid vt veꝫ nõ appareat incidit in crimen falſi[a].hoc debes intelligere i eo qui celat aliquid ſimpliciter vt nemini appareat.ſecus ſi celaret contra vnã perſonam tm̃:vt.l.iij.§.ſi quis dolo.ſ.de tabu.exhi.Item dicitur hic reſignauit.Nota ꝙ quicunqꝫ detruncaret bullas de litteris papalibus vel de alijs litteris in penã falſi incideret:vt hic.nõ habetis hic alia

c **Am quidam.** Pro non ſcriptũ iſtõ ergo remanet apud heredes cuꝫ onere ſuo.de quo dic:vt.l.filius.i fi.ſ.eo.

Ex.l.ſeque͂ti.

¶ Vir tabellio põt iſtrume͂tũ pro uxore cõficere nõ aũt teſtificari.

v **Xori.**[b] No.dicit hic Dy.ex iſto prin.ꝙ vir tabellio põt conficere inſtrumentum pro uxore ſua:ſed non poſſet eſſe teſtis tanꝙ domeſtica perſona.rationem differentie inter teſtem ꝛ notarium dixi.ſ.eo.l.ſi pater.

Ex.§.ſeqnti.

¶ Licet teſtis qui ſe igerit p̃ſumatur ſuſpectus tamen admittitur ꝓbatio in cõtrarium.

**Qui ſe filio.** Hic eſt no.caſus.No.tex.ibi conſenſiſſe ꝛc.

¶ No.ex.l.noſtra.ar.opti.ꝙ teſtis qui vltro ſe offert ſit ſuſpectus:ꝛ eius dictum non valet:vt hic:ibi:ꝙ vltro tutelã ꝛc.facit.l.que omnia.ſ.de ꝓcu.dixi in.l.poſt legatum.§.is vero.ſ.de his qui.vt indi.¶ Secundo no.ar.qõ dicit gl.ꝙ ſi aliquis aſcribat ſe fideicommiſſariũ ꝛ executoreꝫ in teſtõ nõ põt poſtea illã fideicommiſſariã recuſare.ſecundũ hoc ille qui ſe aſcribit fideicõmiſſum erit executor datiuus[c] non executor teſtamentarius.de quo executore datiuo loquitur.l.iij.ſ.de ali.ꝛ ciba.le.¶ Vltimo no.ꝙ ille qui ſponte ſe ingerit p̃ſumit̃ ſuſpectus.tame͂ nõ eſt preſumptio iuris.ꝛ de iure:quia admittitur probatio in cõtrarium.caſus eſt hic ibi:ſi idoneus eſſe approbetur.tene me͂ti.

Ex.l.ſeqnti.

¶ Moneta qualiter debeat fieri ab eo q habꝫ auctoritatem faciendi ne dicat̃ moneta adulterina.ꝛ an quis cogatur accipere monetam ꝓ extimatione q̃ taxata eſt a publico.

q **Vi falſam.** ¶ No.ꝙ ille qui inchoauit delinqre ꝛ non perfecit quia noluit excuſatur.ſecus ſi non perfecit:quia non potuit.de hoc per doc.in.l.ſi quis nõ dicam rapere.C.de epiſ.ꝛ cle.dixi in.l.qui ea me͂te.ſ.de fur. ¶ Quero que dicatur moneta falſa.℞.que non fit ab eo qui habet auctoritatem faciendi a principe:vt l.ij.ꝛ vlti.C.de fal.mone.¶ Secundo quero q̃liter debeat fieri moneta ab eo qui habet auctoritatem facie͂di ne alias dicat̃ moneta falſa ꝛ adulterina.Inno.in.c.q̃to.extra de iureiur.dicit ꝙ moneta debet eſſe talis in forma[d] qualis e͂ in materia deductis expe͂.cude͂di.ꝛ hoc obſeruat

a ¶ In crimine falſi. Qui celat aliquid vt veꝫ nõ appareat icidit i falſũ adde bonuꝫ tex.in.c.oliꝫ de reſcrip.late in.c.lꝫ.ex̃ eo.ꝛ qd ibi no.i glo.i.magna.

b Xori. v Maritus tabellio põt cõficere iſtrumẽtũ ꝓ vxore.qd ſeqt̃ Ange.i.l.ſi paſ.iñ.ſ.eo.

c ¶ Qui ſe filio.executor datiuuſ.Adde Bar.i.l.ex ſnia.ſ.de teſtame͂.ꝛ qd no.Jo.an de iſtru.edi.§.i ſtrumentuꝫ ver.qd ergo

d q Vi falſam.talis i forma.q̃ dicat̃ falſa moneta ꝛ q̃ pena puniatur eam expendens.vide Bar.ꝛ q̃ ibi dixi i.l.lege cornelia.ſ.eo.Adde plene ipm alex.ↄſilio.ciiij.primo vol.

e ¶ De publico.Iſta faciũt ad nota p barto.i.l.paulus.de ſolutõib[o]

f ¶.l.vltima Adde oino bar.in.l.fi.hic allega.

q Vi duobus.Adde ꝙ hec.l.nõ vendicat ſibi locũ i ſteudante re͂ duobus ſm Bal.p illũ tex.in.c.ſi quis fecerit.quo tpe miles.ꝛ vide ad materiã hui⁹.l.bal.oino i.c.ſi forte.ſi de feu.fue.cõtro.ꝛ itellige hãc.l.qñ primus emptor non ceſſabat i ſolutõe precij.alias ſecus ſm Odofr.qui ita no.in.l.venditor hereditatis.de here.vel acti.ve͂.

cõſuetu do.Sꝫ tex.l.videt̃ dicere cõtra quia moneta debet eſſe talis in forma qualis e͂ i materia non deductis expen.cudendi.ꝛ ſic videt̃ ꝙ expenſe cude͂di debe͂at fieri de publico[e]:vt.l.i.circa prin.ꝛ ibi glo.ſ.de cõtrahen.e͂p.¶ Quero vtrum aliquis cogatur recipere monetam ꝓ ea extimatione qua taxata eſt a publico.caſus e͂ hic ꝙ ſic.ꝛ ſi non recipit punitur:vt eſt caſus.C.de vete.nummiſ.poteſta.l.vlti.[f] li.xi.

q **Vi duobus**[f]. ¶ Op.ſ.de crimine ſtelli.l.iij.Breuiter ibi vendidit rem alteri obligatã.hic vero vendidit rem alteri venditã.Et aduertatis iſtam.l.ego intelligo ſtricte prout iacet ꝙ quis ve͂didit reꝫ duobus diuerſis contractibuſ.ſecus putare͂ ſi duobus in diuerſis cõtractibus re͂ donaret vel alios cõtract⁹ faceret.nã lꝫ icidat i crime͂ ſtellionat⁹:vt.l.iij.ſ.de cri.ſtel.nõ icidit i crime͂ falſi.ꝛ qõ dico de alijs contractibus ꝙ nõ incidit in crime͂ falſi eſt verũ ſi nõ dixit aliqd de donatõe prima vel de obligatiõe.ſecus ſi interrogatus dixit ſe nõ donaſſe vel non obligaſſe alteri prius ꝛ mentitus eſt:quia incidit in crime͂ falſi:vt.ĩ.e.l.ſi a debitore.ꝛ ideo aduerte ſi in iſtrumento eſt poſita illa clauſula ꝙ de dicta re nemini ius dedit ꝙ p̃iudiciũ fieri poſſet ꝛc.tũc ſi alteri donauerit prius vel obligauerit punit̃ pena falſi:vt.ĩ.e.l.ſi a debitore.

Ex.l.ſeque͂ti.

¶ An pupillus poſſit eſſe notarius.ꝛ an poſſit elligi notarius vt factus maior poſſit exercere officium tabellionatus.

i **Mpuberem.**[g] Op.de.l.pupillũ.ſ.de iniur.So.hic i eo pupillo q nõ e͂ doli capax nec ꝓxim⁹ pubertati.¶ Quero an pupill⁹ poſſit ee͂ notarius ꝛ dicũt quidã ꝙ ſic ꝑ hanc.l.Dy.ꝛ alij doct.dicũt cõtra.nã officiũ noriatus eſt publicũ offm̃:vt.l.generaliter.C.de tabula.Sed impuberes ad talia officia admitti non pñt:vt.l.ij.§.impuberes.de iur.imunitatis.ꝛ.l.ij.i fi.de re.iur.ergo ꝛc.nõ ob.hec.l.qa hic loqt̃ de eo qui adhibebat̃ ad ſcribe͂dũ nõ ad publicãdũ ad qõ põt adhiberi ſeru⁹:vt.ſ.de teſta.l.ſu⁹ ꝛ.ĩ.ea.l.℣.ite͂ ſi cõtinet̃.¶ Ite͂ põt mulier adhiberi ad ſcribe͂dũ:vt.ſ.e.l.diuus.℣.idem in filia.¶ Quero vtrũ pupillus poſſit eligi notarius vt poſt pubertatem vel factus maior poſſit tabellionat⁹ offm̃ exercere.℞.tex.videtur velle ꝙ te͂pore quo eligit̃ quis ad officiũ debeat ee͂ idoneus:vt.l.excuſant̃.§.i.ſ.de excu.tu.ꝛ extra de reſcriptis.c.ſi eo tpe.li.vi.

Ex.§.ſeque͂ti.

¶ An pr̃ poſſit aſcriber̃ filio i ptãte i adue͂ticiis.

**Si ei filio.**[h] ¶ Op.ꝙ non inſpiciatur euentus ſed ſufficit aſcriptio:ut.l.ſi quis legatum.ſ.e.in prin:dicunt quidam hic illud legatum erat quaſi conditionale:ibi purum:nihil eſt.quare dic ibi aſcribebat directo ſibi:hic per obliquum.ratio quando aſcribit directo ſolum inſpicitur qõ ſibi aſcribat:ꝛ nõ curatur utrũ ei querat̃ uel nõ.ſed quando ſibi aſcribit per obliquũ ſenat⁹ nõ iſpicit aſcriptione͂ qm̃ ſibi nõ aſcripſit:ſꝫ iſpicit̃ eue͂t⁹ an ei querat̃ uel nõ.¶ Venio ad ſecundũ hic dicit̃ ꝙ filio emãcipato põt pater aſcribere

ꝛ refert bal.i.l.quotie͂s.C.de rei.ve͂.ꝑ hoc fac.l.qꝫdiu.de diſtrac.pigno.Iteꝫ non habet locum i pignorante rem duobuſ ſecũdũ bar.in.l.ſi quis.ſ.de pigno.actio.ꝛ vtrũ petens iterũ debitum ſolutuꝫ puniatur pena falſi,vide Bal in.l.i.C.de ↄdictio.ide bi.Ite͂ limita vt ꝑ Ange.ꝛ Imol.in.l.a diuo.§.ſi poſt.ſ.de re iudi.ꝛ in.§.ſꝫ ſi emptor.

g i ¶ Mpuberem.vid Dy.ꝛ Bar.in.l.i.§.ſi impubes.ſ.ad ſille.

h ¶ Si ei filio Per hunc textuꝫ dicit Di.ꝙ ſi quiſ credens occidere hominem occidit aſinum non punitur ꝛ fuit de facto ſecundũ ange.hic.

a ¶ Quero vtrū. ꝓPater nō pōt aſcribere pro filio in aduēticiis in quib9 patri queritur vſufructus. ⁊ hoc quia in conſequentiam ſentit lucrum. ita habes hic glo. quam neſcio alibi. Et facit ad queſtionem . vtrum quando clericus aſcribit legatum eccleſie ſue poſſit ⁊ valeat. in quo ſcias ꝙ licet clericus nō poſſit eſſe tabellio. l. vniuerſos. C. de decurio. li. x. in . c. ſicut extra ne cle. vel mo. tam̄ valeat ſi fac ſm bar. in. l. vniuerſos. bn̄ facit . l. ſi qs decurio. ⁊ ibi no. de al. ⁊ iō videt ꝙ tale legatū valeat cū cleric9 poſſit eē teſtis i cā eccleſie. c. cū nūcius ex ȯ teſti. ⁊ ꝙ teneat ⁊ non puniat pena ſibi aſcribētiū i teſtō. tʒ ꝓPau. multū no. l. c. cū inter de re iudi. lʒ i ꝯtiū faciat gl. de qua hic cuʒ clericus in cōſequētiaʒ videatur lucruʒ ſentire Cogita ⁊ ad id qȯ dixi de ſacerdote vel clerico adde bar. i. l. ſeruus. ff. ȯ teſta. ⁊ gl. l. c. cū offm̄ de hereti. in vi. dixi ꝙ ꝓt vetera extēdere nō noua facere nō poſtꝗʒ ē clericus . alias ē. c. inqſitionis. §. ad cōſcribendas. ⁊ Imol. in. l. falſa. §. ſed ſi cui . ff. de cōdi. ⁊ demō. ⁊ ibi dicit bal. ꝑ illum tex. ꝙ tabellio effectus doctor nihil omin9 tanꝗʒ tabellio poterit cōficere inſtrumētū ⁊ Cy. in. d. l. ſi quis decurio. ⁊ Bar. hic vide que dixi in. l. i. §. item filium ff. eo.

¶ Quero vtrū [a] hodie poſſit aſcribere filio in ptāte conſtituto in aduenticijs cum patri non queratur proprietas. quidem ꝙ ſic. glo. ꝙ non quia ſaltem patri queritur vſufructus. quaʒ gl. ſigna. Contra hanc glo. videtur qȯ no. ff. ȯ auc. tu. l. i. vbi videtur dici ꝙ valeat quo ad proprietatem non quo ad vſufructum qȯ quidam dicunt . ſed non puto hoc verum. cum enim nom̄ filij quaſi falſum ſubducat: vt. l. filius . §. ſequēs ff. eo. nihil ex illo legato pōt deberi alicui: vt ibi. pro hoc facit tex. j. e. §. ſi dominus . vbi ille qui aſcribit nullo modo debet ſuum commodum aſpicere. fateor tamen ꝙ ſi pater aſcribendo filio dixiſſet ita ꝙ ipſi patri non querat vſufructus: tunc excuſatur pater: quia eſſet eadem ratio que in emancipato. ¶ Uenio ad ꝟ. ⁊ ſi ei. Op. ꝙ inſpiciatur animus non effectus: vt. l. diuus. ff. ad. l. cor. de ſicca . glo. non ſo. Rn̄deo hic loquitur de quaſi falſo qȯ nō pōt committi aſcribendo alij niſi aſcribenti queratur . ⁊ ideo cum ad perfectionem delicti requiratur euent9 acquiſitionis: ideo inſpicit euent9 nō anim9 . ſʒ in. l. cōtraria ad pfectionē illi9 delicti ſufficit animus cū aliquo actu: vt colligit ex verbis. l. cor.

Ex. §. ſequenti.

¶ Quod ſit cōſilium vt pater poſſit euitare penā cū ſcripſit teſtm̄ i quo fili9 eſt heres iſtitutus.

## Eadem et de filio.

By. dic hic ꝙ quedam mulier habens generum ⁊ ex filia pmortua inſtituit nepotem heredē iſto genero patre iſtius nepotis ſcribente teſtamentum . ⁊ addidit in fine ꝙ teſtamentum ſcriberet ad ſenſum cuiuſlibet ſapientis ⁊ in eodem teſtamento illuʒ nepotem heredem inſtituit . iſte gener accuſabatur de falſo: quia aſcripſit hereditatem filio ſuo. dicit By. dediſſe conſiliū ꝙ pp illa uerba poſita in fine teſtamenti ꝙ pater qui ſcripſerat teſtamentum adiiceret illa verba ꝙ filium ⁊ nepotem quo ad teſtatricem inſtituebat ſub conditione ſi emanciparetur ab eo patre . ⁊ ſic euaſit penam pater aſcribens . ita dicit By. Aduerte mihi videtur ꝙ cum ipſe pater prius incideret in quaſi falſum. By. dedit ſibi conſiliuʒ ꝙ incideret in verū falſum. nam per illa verba ꝙ teſtamentum ſcriberetur ad ſenſum ſapientis iſta extrinſeca nō poſſunt addi: vt dixi plene in. l. illa inſtitutio. ff. de here. inſti. ⁊. l. ex ea parte . i pric. ff. de ver. ob. ⁊ no. in. l. ſi mādato ticij. ff. man. in ſi. ⁊ ideo apponendo illa verba incideret in verum falſum . ſed rectius conſilium eſſet ꝙ ipſe emanciparet filium ſuum ante aditam hereditatem . ⁊ ſic cum ſibi patri nil quereretur nō puniretur. ⁊ hoc uult dicere tex. hic eadem ⁊ de filio poſtea emancipato ⁊c̄.

## Qui codicillos.

¶ Op. p cōfirmationem codiciallorū mihi nihil acqrit cū codicilli remaneāt firmi: vt iſti. de re. di. §. ſʒ tn̄. ſo . hic loquit ſm iura antiqua ſʒ que codicilli antea facti erāt nulli: niſi expreſſe cōfirmarent. hodie vero cum per confirmationē aſcribenti nil quereretur nō incideret i crimen falſi. venio ad verſi. hoc ita. Quero quid vult hoc dicere. ⁊ op. ꝙ ſiue volēte ſiue nolente teſtatore illa aſcriptio nihil valeat: vt. l. diuus. ff. eo. quidā dicūt ꝙ iſte ver. hoc ita nō debet eſſe hic. alij dicūt ꝙ debet eſſe: nec debet uacare. ⁊ rn̄dent ad cōtra. ꝙ iſta talis adēptio libertatis ſi ē facta ſine teſtatoris voluntate ſeruo non nocet. ⁊ incidit in penam aſcribēs. ſed ſi eſt facta cū domini uoluntate ualet quo ad preiudicium ſerui non quo ad commodum aſcribentis. hoc tn̄ placet ſi de uoluntate domini probaretur aliter ꝙ ꝑ illā aſcriptionem. nā cū illa aſcriptio ſubducatur ut falſa: nō pōt ꝓdeſſe aſſcribēti nec alteri: ut. l. fili9. §. ſequēs . ff. eo.

ADDE an pena aſcribētis habeat locū in teſtamēto nūcupatiuo. Jo. an. i addi. ad ſpec . i ti. de inſtru. edic. §. poſtremo . verſi. Quid ergo.

b ¶ Si teſtamētari9. ꝙ notari9. Notari9 pōt ſcribere iſtrm̄ contra ſe. ⁊ uide qȯ no. bar. in. l. filius. §. ſequēs. ff. eo. ⁊ quid ſi in teſtō. vide bar. in. l. ſeru9 ff. de teſt. ⁊ adde que no. voluit bar. in. l. ex ſentētia. de teſt. tu. ⁊ in. l. ſeru9 cōmunis. ff. ȯ ſtip. ſer.

## Qui liberti.

Quid uult dicere ꝙ nō tenet uerbis ſʒ ſnia ſenatuſcōſulti . glo. dicit ꝙ uerbis tenent illi qui aſcribunt res extimabiles. ſed libertas nō eſt res extimabilis: ergo ⁊c. Cōtra hoc facit . j. ꝓxi. §. ubi ille qui aſcribit libertatem tenetur: licet libertas ſit res inextimabilis : ut. l. libertas . j. de regu. iur. Reſpondeo ergo aliter in ſe . conſul. icidit ille qui aſcribit in teſtamento legatū uel fideicōmiſſum : uel aliquid pertinens ad ultimā uoluntatē. ſʒ aſſignatō liberti nō ꝓpe ptiet ad vltimā uolūtatē: ut. l. aſſignare. ff. de aſſigna. libe. ergo ⁊c̄. ⁊ ideo dicerē ꝙ ſi aliquis aſcriberet in teſtō cōtractuʒ ꝓ ſe ꝙ ipſe incideret in penā falſi ex ſnia ſe. cōſulti: nō ex uerbis: ut hic. facit ꝙ no. i. l. heredes palā. in ſi. ff. de teſta.

Ex. §. ſequenti.

¶ An notarius poſſit inſtrumentum conficere quo ipſe obligetur.

## Si teſtamentarius.

## Qui autem.

¶ Quero quomō nō tenet uerbis: nōne ſibi aliquid aſcribit? Rn̄deo tex. in. l. i. §. ad teſtamenta. ff. eo. ⁊. l. diuus. in prin. ff. e. loquit de eo q ſibi aſcribit legatum uel fideicōmiſſum. ſed exheredatio nō eſt legatū uel fideicōmiſſum. ergo ⁊c̄. preterea natura caſus datiui aſcribit ſibi ⁊c̄. ē ut ſignificet ꝑ modū acquiſitiōis. ſed ille q aſcribit exheredationē nō aſcribit aliquid poſitiuū qȯ acqrat. merito nō cōtinetur uerbis nec ſnia. ¶ Ultimo no. ex hoc tex. By. dicit ꝙ notari9 [b] poſſit inſtrm̄ ſcribere quo ipſe obligetur alteri nō quo alter obligetur ſibi. facit. l. uxori. §. i. ff. eo . uel nō putauit. §. ſi quis ſua manu. de cō. ta. ⁊ qa ei cōtra ſe ē adhibēda fides: ut. l. publia . §. ſi. ff. depo. An autē pater notarius poſſit ſcribebere inſtrm̄ pro filio dixi. ff. eo. l. ſi pater. ⁊ tāgit per By. in. l. qȯ dicim9. in fine. ff. de auc. tu.

Ex. l. ſequenti

¶ Falſum quot mōis dicat : ⁊ ſtāte ſtatuto ꝙ condemnatus ex falſitate nō admittat ad officia: dʒ itelligi de falſitate ſtricto modo accepta.

## Quid ſit falſum.

Alias ē immutet . et tunc eſt plana . alias eſt immutetur. ⁊ tunc expone quia conatur litteras facere eadem forma qua facit alius : ⁊ ſubſcribere nomen ſuum ſecundum Ja. de are. ¶ Op. omnis mutatio ueritatis eſt falſum: ut in auc. de inſtru. cau. ⁊ fide . circa prin. Reſpondeo falſum [c] uno modo dicitur largiſſime . ⁊ iſtud eſt omne qȯ non eſt uerum ſiue doloſe dicatur ſiue ſine dolo. ⁊ hoc modo ſumunt dyalectici: ⁊ probatur in. l. ſi is qui ducenta. §. utrū. ff. de re. du. ſecūdo mō dicit falſuʒ large ois mutatio

c Quid ſit falſuʒ. Reſpōdeo falſum. quid ſit falſū: adde bar. iu. d. l. nec exemplum. ⁊ bal. i. §. vtrū per illū tex. dicit ꝙ large inſtrumētum ſimulatū dicit falſum. qȯ etiā intelligit ꝓcedere in ſtatutis . cuius cōtrariū ſentit hic bart. et an nō ſolenne et falſum equiparentur. uide qȯ no . bal. in. l. non dubium. in. vij op. C. de teſta. et ille q dicit tibi falſum dicis: ſi dicitur tibi afferre iniuriam: q: nō intelligitur ꝙ dicis ex ꝓpoſito falſū. ſm ſaly . in . l. de tutela. C. de in itc. reſt. mi. ⁊ ad de ꝙ quis pōt etiā mētiri ſine dolo. ita dicūt moder. in. l. quid ſi fugitiuus. §. idē celſus . ff. de edi. edi. ubi uide. A. ADDE alex. cōſilio. lxxij primo li.

a Theletus.ſecūdo no.vtrū inſtigatiōes releuēt accuſatorem a pena qđ no.ꝑ ſindicis cōmunitatis q iſtigati denūciāt .⁊ no. gl.i.l. polla.de his q.vt indign.⁊ iſtis oibus Adde Bar.poſt glo.i.l. athletas.§.calumniator .ſ.de infami.vtrū aūt ſi iudex inquirat ad denunciaſindici faciat litē ſuā ſicut ſi motu ꝓprio inquireret. Bal. videtur velle ꝙ ſic in.l.ii. §. ſi preſes ſ. de magi. conue . qđ no. lꝫ cōtrarium videatur expreſſe in.l. ii .§. ſi publico . ſ. de adulte. ⁊ dicit Cy.ibi ꝙ fama ſeu iudicia releuāt iudicem quātūcunq; indebite procedentē ⁊ inquirentē:vt ibi per eos in . xii . q. ⁊ dicit Bal . in.l.ſi. i. iii. col.C. de ꝓba . ꝙ ſemiplena probatio releuat accuſatorem a calū.niſi reus contrarium plene ꝓbet. ⁊ dicit Bal. in.l.ſi.in. ii. col.C.de teſti. ꝙ teſtes examiati eꝯ iudicium ꝑ ſindicū ſup inqſitōe ſua ipſum excuſat . allegat glo.quā reputat multū no.in.l.ſi ca queſtio . C. de his qui. vt indi . ibi in domo nō in iudicio:⁊ de iudice ꝑ calumniam īquirente vide bal.i. l.i. C.ꝺ re iudi.

b ¶ Credi . Et no . bar. in.l.i. in ꝓn. in fi. ii. col. ſ.ad turpil.

c Si no q mine . Allegatur iſta .l. ꝑ Gui. ꝺ ſuza. ꝙ ſi aliquis ſe fecit notariū q ſi erat teneť omnibus rogantibuſ eū de inſtrumentis ad intereſſe. facit. ſ. e .l. eos.§.ſi.C. de tab .l. generali.⁊.l.ſi. C. de mag . cōue. Item no. ꝙ nūciꝰ curie citās aliquē falſo ſine mādato iudicis ſimiliter puniť pena falſi criminaliter ⁊ ciuiliter ad intereē ꝑtis citate.vide cy.bal.⁊ ſaly.in.l.ſi.C.de requi.reis .⁊ qđ no.ꝑ moder.inſtit.de acti .§. quadru . ⁊ adde ꝙ in citatōe dꝫ apponere de cōmiſſiōe iudicis:⁊ ſufficeret eiꝰ ſigillū ſm Inno.in.c.qm̄.de ꝓbatio.⁊ vide Bar.⁊ q̄ ibi dixi in.l.i.§.circa .ſ.ꝺ offi.ꝓfec.vi.dicit tñ Inno.in.d.c.qm̄ ꝯ.in ꝟ.citať.ꝙ ſi de relatiōe nūcii publice appet ſufficit lꝫ nō appareat de cōmiſſiōe ⁊ ꝙ requiratur cōmiſſio iudicis tenere videť Bar.⁊ Ia.de are.in.l.cū clericus.C.ꝺ epiſ.⁊ cle.

veritatis que in ſe habet dolum :vt in.d.auc. de inſtru.cau.⁊ fide.circa prin.facit .l.nec exemplū .C.eo.⁊ hoc modo loquendo omnis ille qui committit dolum poſſet dici ꝙ committeret falſum .ſed hoc non eſt verum q̃tum ad accuſationem de falſo.tertio modo dicitur falſum ſtricte. ⁊ tunc illud dicitur tantum falſum qđ incidit in aliqđ caput.l.cor.de fal.caſus eſt hic.vnde non puto ꝙ pro quolibet dolo ⁊ qualibet deceptione quis incidat in falſū:vt puniať .l.cor.de fal. vel in capitulis expreſſis in hoc tit.⁊ puto ꝙ ſtatuta que dicunt ꝙ condemnatus ꝑ falſitate nō admittatur ad officia ⁊ ſimilia .intelligo de cōdemnato pro falſitate ex aliquo capitulo qđ numeratur in hoc ti.

Ex.l.ſequēti.

¶ An mādans ⁊ fieri faciens poſſint uno libello accuſari.⁊ an inſtigatio releuet accuſatorē a pena.⁊ an in ſnīa qua iudex abſoluit reum poſſit iudex condemnare accuſatorem.

a **Theletus.** In crimine falſi pōt quis libere deſiſtere ante ſnīam ſm glo. Et in hac.l. ponit dy.caſum.quidam inſtituit duos in vndecim vncijs:filiā in vna: atheleto reliquit libertatē.Item duas vncias dandas ab illis heredibus.cetera ſunt clara. ¶ Op.de.l. poſt legatum.§.an libertas.ſ.de his qui.vt indig. So. ibi tulit teſtimonium:hic vero dixit quedam verba.ſ.ſe probaturum :qđ tamen non fecit.¶ Itē op.ſ.ad tur.l.i.§.incidit.Reſpondeo.dicit glo. ſpeciale in hoc crimine vt ante ſententiam liceat deſiſtere .iſta eſt vera .licet glo. videatur aliter dicere in .l. lucius .ſ. ad turpil. ⁊ ibi dicam . ¶ Item op.de.l.poſt legatum .§.ſunt qui putant.ſ.de his q.ut indig.Reſpondeo.l.iſtam intellige ꝙ ibi perſeuerauit vſq; ad ſententiam: hic non .¶ Ex hac.l.nota primo ꝙ videtur hic eſſe caſus illius queſtionis:an mandans ⁊ fieri faciens poſſit in eodem libello accuſari ⁊ hic videtur caſus ꝙ ſic: quia inſcribit ſimul ⁊ ſemel cōtra ſcriptorem ⁊ contra proculum cohereredem. pro hoc.l.nihil.in fi.ſ.de adul.⁊ per doc. in.l.i .C.ſi reus vel accu.mor.fue. ¶ Secundo no. ꝙ inſtigatio ſerui non releuat accuſatorem a pena:qđ tene menti .ſecus eſſet in eo qui accuſaret ex neceſſitate officii .⁊ tunc iſte inſtigationes eū a calumnia releuarēt:vt.l.tutorem.ſ.de his q. vt indig.Item puto ꝙ ſecus eſſet ſi iſte inſtigationes fuiſſent facte a perſonis quibus deberet veriſimiliter credi[b]:vt.l.qui cum maior .§.pe.⁊ ſi.de bo.liber. Et iſta nota pro ſindicis comitatus qui denunciant maleficia ad aliorum inſtigationem .debet enim eis inſtigantibus credeř vel non credere ſecundum qualitatem perſonarum.¶ Tertio nota in hac.l. caſum iſtius queſtionis .dicit ſtatutum qui non probauerit accu-

d Os q.Habes argumētū ex hoc tex.ꝙ tabellio faciēs diuerſa ſigna e in diuerſis inſtrumētis lꝫ dicat ſe ignoraſſe feciſſe puniť pena falſi.ꝙ no.⁊ ita Bal.in.l.cōparati. in pe .col.C.de ſi.inſtru.an āt ſignū ſit de ſolēnitate uide Bar.in ꝓhe.ff.orū.⁊ ad ꝑdcā vide bar.in.l.ad teſtamētū.§.ſi q teſtibꝰ.ſ.de teſta.⁊ qđ.ſ.notaui de notario mutāte ⁊ utēte diuerſis ſigniſ tēuit bal. pꝰ Ja.bu. in ꝓhe.C. in. ii. col.⁊ guil.ꝺ cu.in.d.l.cōpara.⁊ adde q̄ no. Inno. in.l.ſi ita ſtipulatus . §. griſogonus de ꝟ.ob.ꝙ liceat notario mutare ſignū alterꝰ nōtū dūmō nō ſiat in fraudē tēuit bal . in l.i.C. q̄ res vēdi nō poſ. Itē adde ꝙ ſi inť duos mercatores ē ꝯtētio ꝺ ſigno :ꝙ q agit lite pēdēte nō pōtvti tali ſigno . bal.i .l.i. C. ne lice .ipo. ¶ Ex oppoſito ⁊ ad materiā huiꝰ.l. adde oīno ang. in cōſilio.cclxxii.ꝙ incipit: q̄dā dña margarita ⁊ in cōſilio.clxxxix.⁊ ad abb.in.c. litteriſ ꝑ illū tex.ꝺ ꝓba.⁊ ibi gl.⁊ vide Bar.i.l.q ꝑ ſalutē i ſi.de iureiu . ⁊ in auc . at qui ſemel.de ꝓba.⁊ adde ꝙ bal.ꝑ iſtā.l.i c.i. §. ſi . n. dño qd ſit inueſ. dixit ꝙ lꝫ teſtiſ eꝯ iudiciū vel cōrā iudice dicatſe ſi inťfuiſſe:tñ i iudicio dbeat cogi ad rñdendū ūitatē :⁊ ſtať illi rñſioni lꝫ bar.notet ꝯrium i hac .l.eos ⁊ male ꝺꝫ cū. Et ꝯ bar.cōſuluit bal.in quodaꝫ ſuo cōſilio ꝓuo allegādo gl. i.d.c.cūcāꝫ ⁊ tex.i.d .c. i. qd ſi inueſti.⁊ īcipit cū:i xpi noie amē. lꝫ aſſeſſores pꝰ bar.ſiē ceci credāt plꝰ ſibi q̄ꝫ gl.⁊ ūitati.⁊ adde pe. de āch.i cle.teſtibus. de teſti. Anto.de bu.i.c.cū in tua .co ti.Et an examinatōes facte in vno iudicio faciāt fidē i alio.vide bar.hic ⁊ gl.ordiariā i.c.cām q̄.de teſt.⁊ firmat do.Anto.i.c.veniēs.co.ti.i gl.pe.⁊ Hoſti. ⁊ moder.i.d.c.cāꝫ q̄ .⁊ ponit Bal.i.l.i.ī pri.ff.ſi mēſ.fal.mo.dixe.⁊ in.l.certi cōdictio.i ꝓn.ff.ſi certe.⁊ i.l.ii.C.de fruc.⁊ lit.expē.facit qđ idē bal.notat i.l.iii.C.ꝺ ſentē. q̄ ſine cer.quāti.⁊ quod no.i.l.de quare.§.finali.⁊ qđ ibi ꝑ glo.ff.de iudi. ADDE ꝙ ꝯſiliū bal.ē mihi cccclxv.ii.li. Incipit ꝑūctꝰ ⁊ āg.ꝯſilio.cccviii

ſationē condemnetur in.x.libris . vtrum in eadem ſententia qua abſoluit reum poſſit iudex condemnare accuſatorem.caſus uidetur hic ꝙ ſic.ibi pronunciauit ⁊ maximillam ⁊c̄.ad qđ facit.C.de calū.l.i.

Ex.l.ſequenti.

¶ Nuncii facientes falſas relatões hac.l.puniūť

q **Si nomine.** [c] No.cōtra nuncios facientes falſas relationes ⁊ citationes falſas. puniuntur enim hac.l.¶ Secundo no. ꝙ ex iudiciis publicis oritur actio in factum ciuiliter: ut hic.⁊.l.nec qcq̄.ſ.ꝑ ſo.

s **Si quis patris.** No. dicit glo. ꝙ propter delictum patris auferťur hereditas nepoti .ar.contra.dicit glo .ſ. de ſenato.l.emancipatum.in fi.⁊.ſ.de in ius vocā.l.ad optiuum .in fi.glo.non ſol.So.vt nota.ſ.de iure patro.l.diui.⁊ p di.i.c.nō debet aliqs . de regu.iur.li.vi. Ex.l.ſequēti.

¶ Dictum teſtis ī vna cā facit fidem contra eū in alia contra eūdē teſtē:ibi.Opp.Et qñ teſtis poſſit ſe corrigere:ibi.Item. Et an ſteť prio vel ſecūdo dicto teſtis:ibi.Et iō .Et q̄ dicantur falſa teſtimonia q̄ varia ⁊ q̄ aduerſa:ibi.Pro. Et ſi teſtis q ꝺpoſuit ſuper uno articulo ī una cauſa ꝑducať in alia ſuper eodē articulo dicat dico,p ut dixi: an valeat eius dictum: ibi.Quero. Et an ſi teſtis dicat extra iudicium ſe nihil plus ſcire ⁊ in iudicio dicat plus :an valeat eiꝰ dcm̄: ibi.Ultimo.

e **Os qui.** [e] ¶ Hec.l. diuiditur in tres partes . prima loquitur de eo qui dixit uaria ⁊ diuerſa teſtimonia eodem tempore :⁊ coram eodem iudice :⁊ in eadem cauſa . ſecunda loquitur de eo cuius teſtimonium variat ab eo quod alias dixit extra iudicium.tertio de eo cuius teſtimonium ſuum variat ab alio eius teſtimonio qđ alias dixit in alio iudicio.ſecunda ibi. ⁊ euꝫ qui contra ſignum. tertia ibi . de imprudentia eius.[f] ¶ Op. ꝙ tertium reſponſum ſit ſuperfluū cum dicat idem quod in primo. glo. uult dicere ꝙ in primo reſponſo dixit teſtimonia uaria ⁊ diuerſa pro eadem parte ſuper diuerſis articulis . ſed in tertio reſponſo dixit uaria ⁊ diuerſa teſtimonia pro diuerſis partibus: ſcilicet pro actore et reo : in eadem tamen inſtantia. uel dic ut dixi dicendo prin .l. loquitur quando dixit uaria teſtimonia et diuerſa in eadem cauſa inter eaſdem perſonas .ſed tertium reſpōſum loquitur quando uariauit inter perſonas diuerſas in diuerſis cauſis ſeu inſtantiis quod eſt notabile:quia licet acta facta in una cauſa non faciant fidem in alia cauſa inter diuerſas perſonas:ut no.in.l.bis apud quē.C.de

eden.tamen dicta vnius teſtis in vna cauſa faciunt fidem[a] cōtra eundē teſtem teſtificantem ī alia cauſa.qđ tenet Inno .extra đ teſti.c.veniēs. ¶ Ad ſecundum reſponſum op.ꝙ debeat ſtari vltimo dicto:vt.ſ̄.de adul .l. ſi poſtulauerit .§. ratio.ver.ſed ſi negauerit.breuiter ibi vltimum dictum eſt factum cum tormentis.ideo illi vltīo dicto ſtatur.hic vero ipſe idem ſine tormentis variauit.¶ Item op.[b] ad idem.teſti licet incontinenti ſe corrigere:vt no.in auc.de teſti.§. quia vero.in glo.magna.⁊ eſt caſus extra de teſti .c. preterea . Reſpondeo ꝙ teſtis poteſt ſe incontinenti corrigere ſi iuſtam cauſam erroris ⁊ correctionis alleget ⁊ hoc iudici videatur.ſed quā do ſimpliciter dicit diuerſa nec dicit hoc ſe facere animo corrigendi :tunc habeatur vt teſtis varians ideo punitur.ita debetis intelligere .l. noſtram.⁊.l.qui falſo .ſ̄.de teſti.¶ Op. ad idem ⁊ videtur ꝙ debeat ſtari primo dicto. ⁊ dictum ſuum ſecundum ñ eneruat nec primuꝫ tollit: vt l.generalis.C.de non nu.pecu.⁊ extra de teſti. .c.ſicut . Reſpondeo.ibi ſcđm dictum teſtis fuit dictum poſt publicationem :⁊ extra iudicium: non in forma teſtimonii.l.vero noſtra hic loquitur quando utrunqꝫ dictum fuit in iudicio ⁊ in forma teſtimonii.¶ Et ideo pro declaratione[c] p̄ſentis materie debetis reaſſumere ſic . quādoqꝫ teſtis variat in eadem cauſa ⁊ inter eaſdem ꝑſonas.⁊ tunc aut ſecundum dictum ē cum tormentis ⁊ ſtatur ſecundo.aut ſine tormentis . ⁊ tunc aut dicit hoc animo ſe corrigēdi: aut non: vt patet ex predictis. quādoqꝫ teſtis variat ī iudicio ab eo quod dixit extra iudicium.⁊ tūc aut primo teſtificatus ē in iudicio.ſecundo dicit cōtrarium extra iudicium.⁊ tunc ſtatur primo dicto:vt.l.generaliter.C.de non nume. pecu. ⁊.c. ſicut.extra de teſti.aut primo dixit extra iudiciū poſtea contrarium[d] dixit in iudicio. ⁊ tunc punitur vt falſarius:vt hic in ſecundo reſpōſo. aut profert varia teſtimonia ⁊ diuerſa ⁊ inter diuerſos.⁊ tunc punitur vt falſarius:vt hac.l.iii. Reſpon.⁊ ita intelligatis .¶ Quero que dicantur teſtimonia diuerſa . quidam dicunt.i. falſa. vel dic .i.uaria.vel id eſt aduerſa . ita dicit gloſa. ¶ Pro huiuſmodi declaratōe debes ſcire ꝙ falſa teſtimonia dicuntur quando contra veritatē quis dicit falſum doloſe. Uaria teſtimonia ſunt quando vnum dicit in vno articulo in alio articulo aliud dicit. De his duobus ponitur in dicta l.qui filio.⁊ intellige ꝙ ſit iſta varietas circa ipſum negocium principale vel circa circunſtantias ipſius negocii principalis .nam ſi iſta varietas eſſet circa aliquas demonſtrationes : vt circa pronomen vel agnomen unius ex partibus: uel circa locum originis unius ex partibus : nō dicetur[e] propter hoc vari⁹ teſtis.ar.l.his uerbis in fi.ſ̄.de here.inſti.⁊.l.pe.de re.du.Sꝫ tūc dicereť uari⁹ qñ uariaret circa locū cōtractus uel ēt circa tempus cōtractus vel delicti .ad quod facit quod no.C.de teſti.l.teſtiū.⁊.l.ob carmē.i fi. ſ̄.de teſti. Aduerſa ⁊ cōtraria dicunť dicere illi qui dicunt incōpaſſibilia.vtputa in vno articulo dixit unū:in alio articulo dixit aliud:qđ ē īpoſſibile cōcurrere cū prio.facit ad hoc qđ no.ꝑ Inno.extra de teſti.c.preterea:⁊ fi.⁊ in Spe.de teſti.§.i.v̄.itē qđ eſt varius.⁊ ver.itē quod aliqd. ¶ Quero ꝓ declaratiōe.teſtis depoſuit ſemel ſuꝑ vno articulo,ꝓducit iterꝫ ī alia cā ſuꝑ eodē articulo vtrū ſibi ſufficiat dicere:dico me tm̄ ſcire qȓtū dixi in alia cā:an valeat[f] tale teſtimoniū.vel dixit dico qđ dixi in tali alia cā. Breuiter hunc punctū nō reperio tactū:ſed puto ꝙ ſit in arbitrio iudicis admittere iſtā teſtificationem ſi vult ſicut alias teſtator teſtamentum qđ ante fecerat inualidū poteſt cōfirmare ſine aliqua expreſſiōe verborū cōtētorū in prio teſtō:vt.l.i.§. filiuſfa. ſ̄.de leg.iii.⁊.l.quidam ex liberis .§.teſtō. ſ̄. de bo.poſ.ſm ta.⁊.l.querebať .đ teſtō mili.ſed ſi iudex nollet tale teſtimoniū admittere : qđ pōt ſi vult ut uideat ipſe qua trepidatione ⁊ qua conſtantia loquatur:ut.l.de minore.§.tormenta.ī. de queſtioni. tūc do iſtud cōſilium teſti:ꝙ ipſe petat illas teſtificationes ſibi pri⁹ exhiberi:ut đ dicēda ueritate poſſit iformari.ar.l.cū ſi exhibuiſſet.ſ̄.de publi.⁊ qđ ibi dixi .Sed qd ſi teſtimoniū qđ prio dixerat nō erat adhuc publicatuꝫ? Rñ.hoc nō obſtāte pt ipſi teſti oñdi.qa quātū ad ipſū teſtē ei⁹ teſtioniū nō ē ſecretū ſꝫ ſemper fuit publicū:ſicut dicim⁹ de iudice regrente:ut i.c.cū clamor .extra de teſti.⁊ dixi in.l.ii.§.ſi publico.ſ̄.de adul.cōſulo tm̄ ſemper teſti ꝙ in ſecūdo teſtimonio uerba iſta apponat ꝙ ipſe dicit prout ſibi uť modo.⁊ ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia cā ex nūc corrigit hoc dictum ſecundum ⁊ reducit ad dictū primū cū illo tpe meli⁹ recordareť.¶ Ultimo nota[g] bonū ꝯſiliū ex hac.l.ij. rñſo.qñ habes teſtē qui dicit extra iudiciū ego ſcio hoc tm̄ ⁊ nō pl⁹:facias ſcribi dictū ei⁹ : uel dico ꝑ oīa ut dixi.

a ¶ Faciunt fidē. Singularis limitatio ad id qđ diciť:ꝙ acta facta in vna cā nō faciūt fidē in alia .⁊ vide tex.in.c.per inquiſitionē .extra de elec.⁊ facit ad hoc.l.ſi perluſorio .§.i.de appella.adde anto.de bu.in.c.cū i tua de teſti.⁊ in ſimili .Fede .in cōclu.cclviii.in cip .iure alexan.

b ¶ Itē op.vide Inno.i.c.pterea.de teſti.cogē. ⁊ Bal.in.l.edita.in.xxxii. col.C.đ edē. dicit ꝙ teſtis ⁊ etiaꝫ pars poteſt errorem ſuum i. cōtinenti reuocare etiā circa proba. erroris. Et iſtis adde no.Bal . in auc.q ſemel in.iii.col.C. de proba.in ver . ſequiť modo videť ⁊ qñ teſtis locutus ē cuꝫ aliqua partium non dicitur incontinenti corrigere ſm gl. hic alleg. in §.illud đ teſti.⁊ i dicto .c.preterea.

c ¶ Pro declaratione . Et intellige qñ variat in negocio principali .ſecus ſi in quibuſdam circunſtantiis . ita dic ſpe.in ti. de teſte .§.i. ⁊ bal.i.l.his verbis đ here.inſti. Itē cum primo deponit de credulitate: ſecundo de veritate : ſtatur ſequenti ita Bar . in l.quidā.§. ſi quis de dā. infec. ⁊ bal. in.l.de tutela. de in integ.reſti.A. ¶ Ex oppoſito qñ teſtis variat cui dicto ſtanduꝫ ſit ⁊ an poſſit variare vide qđ not . Bar.i.l. qc qd aſtrigende.i fi.đver. ob . ⁊ Bal. in.l.ſi poſtulauerit .§.pe.ſ̄.de adult.⁊ uide omnino que no. dixit Bart. in.l.quidam .§.ſi quis ſtipulatus.⁊ qđ ibi dixi de dam.infec.Et dic ꝙ teſtis vacillans punitur de falſo:ut eſt gl.iiii.q.iii.c.q falſas . facit .l. q falſa.ſ̄.de teſti.⁊ qđ ibi dixit gl.Et vide bar.hic quando in diuerſis cauſis. uide bal.in.l.geſta.C.de re iudi.Et adde qđ dicit bal .in.l.iii.C.de adul. ꝙ ſi teſtis dicit unū prio aliđ ſo ſtať dcō prio.Sꝫ i.l.geſta.de re iudi.dicit ꝙ ſi teſtis deponit ſine iuramēto poſtea cū iuramēto ſtať dicto iurato. Et adde qđ no.bar.i.l.q ꝑ ſalutē.ſ̄.de iureiu.Et adde ꝙ dicit bal.no.i.l. p̄ſbiteri.i pn.C.de epiſ.⁊ cleri.ꝙ teſtis ñ pōt corrigere dictū ſuū niſi corrigat añq̄ꝫ alloquať parti vel āte aperturā ꝓceſſus ſm Inno.de accuſa.c. cū dilecti.⁊ vide qđ no.bar.in.l.iperator.ſ̄.de ſta.homi.

ADDE .de teſte q prio dicit credere.ſo affirmat.ang. cōſilio . cclxxiiii. ⁊ qñ teſteſ dicāť vacillātes i ſba ꝑ bal.cōſilio.ccccxi.iii.li.⁊ eo. li.qñ dicāť varii ꝯrii cōſilio .lxxv.⁊ ꝙ ſtetur dicto teſtis ſo.iurato nō prio. tenuit conſilio allegato in alia apoſtila.cccclxv.⁊ uide de predictis Ro.conſilio.ccccv.

d ¶ Poſtea cōtrariū. De hoc mēbro uide bal.in.l.nullū penit⁹.C.de teſta.⁊ in.c.i.qd ſit inueſti .ubi dicit de hoc eē caſus ſing.ſꝫ ēt ē caſus i ti.đ notis ſeu.c.i.§.notādo.⁊ cū opi.bar.hic ēt tꝫ ipſemet bar.in.l.ſi quis in graui.§.ſi qs moriens.ad ſille.cōtrariū tenuit bal.i.l.geſta.de re iudi.⁊ i l.nullū.C.de teſti.uide Saly.in.l.ſi quis decurio .C.de fal.niſi dicas fal uando bar.ꝙ iſta cōfeſſio extraiudicialis fuit legitime recepta. Alex . ad. de qđ ubi unū depoſuiſſet in iudicio iualido:aliud i ualido:ualet qđ dixit i ualido:ut ē gl.i.c.cū cā iter archiepꝫ.đ te.⁊ ſpe.iti.đ teſ.§.i.v̄.qd ſi ꝯri⁹.

e ¶ Non dicetur. No.⁊ adde glo.in.c.dudū .uer.ſubſtātia.de conuerſio. ꝯiuga.⁊ i.c.cū eccleſia. i v̄.uacillaſſe .⁊ ibi limitat do . āto .de cau. poſ.et plene i.c. nihil.đ v̄. ſig. no.bal.i.l.i. i pe.col.C.đ teſta.⁊ i.l. q ſniaꝫ.C.đ peniſ.cū ꝯcor. ibi aſſignatis.⁊ ſcripſi alias p⁹ bar. i.l.ob cāꝫ.§. fi.ſ̄.đ teſt .⁊ dic no. do . āto.i.c.ii. in fi.đ regula. ꝙ lꝫ teſtes i aliquo modico ꝯdicāt: ñ ꝑ hoc dicūť uarii ꝑ id ꝙ ibi no.gl.ii. et uide exēplū et tenemēti.et ꝑdictiſ adđ bal. i.c.i.§. ſi āt dño ſup.i v̄. reminiſci.in ti.qd ſit iueſti.qui dixit no.ꝙ q ñ reminiſciť mō pt reminiſci cras.et hoc v̄bū ē multū no.i depōni h⁹teſtiū q in una cā dixerūt ſe nō recordari i alia depoſuerūt ſuꝑ ſcō qđ bñ nota. adde q̄ dixi ſꝫ bal.i.l.qd tñ.§. ſi đbitor.ſ̄.đ ar.⁊ bar. et doc. i.l.q bōa.§. ſi qs đ dā.if.

f ¶ An ualeat uide bal.i.l. fi.C.đ te.faē qđ no.bar.i l.i.ſ̄. ſi cer. pe.v̄.idē dico ſi eēt au/ctoritas ⁊c. Sꝫ qd ſi pria examinatio fuit nulla aliquo đfectu poſtea teſtis iterū examinat⁹ dic: dico ꝑ oīa ut dixi.ſ̄.i pria examiatōe.utrū hec ſa examinatio laboret eodē morbo quo pria.bar.no.deťminat i.l.legata iutiliť de leg.i.⁊ ad bar. hic adde Bal.i.l.iuriſiurā.C.đ teſ.in.i.col.⁊ cū bar . hic ſimpliciť trāſit petr⁹ de ancha.i cle.teſtib⁹ ad fi.de teſti.⁊ bal.i.l.geſta.i.i.alias.iiii.col. đ re iu.opi.bar.videť v̄a p.l.theopōpus.⁊ qđ ibi bar.de do.ꝑleg.vide flo. i.l.i.ſ̄.de teſti.⁊ adde bal.i.l.nullū.C.đ teſti.⁊ i.c.i.§.no.de no.feu.⁊ ad bar.hic adde pau.de caſ.i ꝯſilio.ccvi.icip.i xpi noie amē.ſuꝑ prio dubio. Dicēdū ē ꝙ cū diuerſitas .i.ii.dubio.¶ Ex oppoſito adde ꝙ ꝯrietas teſtis eẋ iudiciū ⁊ in iudicio detrahit fidei.c.ꝑ tuas de ꝓba.⁊ eo.ti.c. ſicut. ⁊ de p̄ſumptiōib⁹.c.litteras.⁊ de teſti.c.cū cām.vbi gl.⁊ i.c.veniēs ⁊ vide do.āto.i.c.cū i tua .de teſti.⁊ ꝯ bar.ē gl.i.l.iii.§.fabino .de teſti. ⁊ gl. i.d.c.ꝑ tuas.i v̄.adulteri.⁊ ſpe.⁊ Io.an.i ti.de teſte.§.ii.qd ſi idē teſtis et i.§.oppo.v̄.q ſi pria depoſitio .⁊ ang.hic ⁊ Io.an.i mercur.i.c.nō ē.i.vi. et Flo.in.l.q.falſa.de teſti.

g ¶ Ultimo no. Adde qđ hoc ēt ſeqtur ꝑ Pe.de ancha.in cle.teſtib⁹ de teſti.ad fi.ꝓ quo facit gl.in.l. fulcini⁹ .§. qd ſi latitare .ſ̄.ex q.cau.in poſ.ea.q̄ uult ꝯriū probari eẋ iudiciū.ſꝫ ꝯriū noluit ſub dubio forte glo.i.c.cū cām.de teſti. Itē ſcias ꝙ dictū uni⁹ teſtis uarii nunq̄ꝫ reduciť ad concordiā ſꝫ ſemꝑ puniť.qđ ſin.no. In ꝯriuꝫ tñ no.bar.in.l.i.in prin.ſ̄.de ope.no.nū.⁊ uide Imol.i.l.inter ſti.i prin. de uerbo.obli.¶ Ex oppoſito ꝙ mirabile dictū ē oppoſitum tenuit bal.i l.nullū.C.de teſ.et cano.in.c.cum cām.de teſti.A.

facias dici corã teſtibus: quia ſi aliud diceret in iudicio puniretur de falſo. tamen homines cauti qui dubitant ne producantur in teſtes ſi interrogantur reſpondẽt. quando ero in iudicio dicam id qđ mihi videbitur. ⁊ bene dicunt ne poſtea icidant in falſum. ¶ Itez ſcias ꝙ illud qđ dicit tex. qui diuerſa inter ſe teſtimonia ⁊c. non intelligatis de diuerſitate teſtimonii inter vnuz teſtem ⁊ alium: quia diuerſitas reducitur ad concordantiam. vel ſtabitur dignioribus: vt l. ob carmen. ff. de teſti. in fi. ſed intellige ꝙ teſtimonia vnius ⁊ eiuſdez teſtis erant inter ſe diuerſa ⁊ varia. tunc enim habet locum hec l.

## Qui ſe pro milite.[a]

Nota cõtra eũ q ſe appellat doctorem cum nõ ſit doctor.

Ex l. ſequenti.

¶ Si debitor dicat fundum nemini obligatum ⁊ ſi appareret cõtrariũ ꝙ liberaret an incidat in falſum ſi apparet obligatum.

## [b] Si a debitore.

Glo. ponit exemplum pluribus modis ⁊ vltimum magis placet: ſed poteſt eſſe vtrunqz bonum. ¶ Quero quid ſi dixit fundum nemini obligatum eſſe: ⁊ ſi apparet contrarium promiſit eum liberare. modo apparet contrarium: tenetur ne de crimine falſi: certe non puto[b] ſi luat ante ſñiam. alias ſecus. ar. C. de crimi. ſtelli. l. i. ⁊ C. rẽ alie. ge. l. i.

Ex l. ſequenti.

¶ An de falſo accuſari poſſit qui falſam accuſationẽ ꝓduxit: ibi. Quero. Et an cũ eſt conſuetudo ꝙ partes dant cedulam notario ponẽdaz in actis ⁊ aliqua pars det cedulam falſam notario ponendam in actis ⁊ ipſe poſuit an debeat puniri de falſo: ibi. Secundo. Et an notarius teneatur de falſo cum pars dictat inſtrumentum ⁊ doloſe aliq̃ omittit: ⁊ notarius bona fide ſcribit: ibi. Quero. Et an iudex poſſit hũc punire q ob obreptõz aliqd obtiuit: ibi. Quero vtrũ

## [c] Si quis obrepſerit.

Dicitur hic ſi quis obrepſerit preſidi nil agit. Contra immo ſententia valet ſed ope reſtitutionis reſcindiſ: ut l. diuus. ff. de re iudi. So. vt ibi dixi. ⁊ no. in l. ſi pretor. § marcellus. ff. de iudi. ¶ Quero aliquis[d] ꝓduxit falſam accuſationem: vtrũ ex hoc poſſit accuſari l. cor. de fal. quidam doc. dicunt ꝙ non: ſed debet accuſari tanꝗ̃ calumniator: vt. j. ad turpil. l. j. § j. glo. videſ dicere contrariũ. ff. de calum. l. i. circa prin. ⁊ ff. de concuſſi. l. ii. ⁊ pro glo. videtur caſus hic i fi. Breuiter puto ꝙ diuerſus eſt modus accuſandi. naz in accuſatione tua tu potes cõcludere ꝙ accuſaui te calumnioſe de falſo crimine: ⁊ non vero: quod non probaui: ⁊ tunc eſt pena calũnie que eſt ex l. remia. vt l. i. § i. j. ad turpil. non eſt proprie l. cor. de fal. ita loquuntur predicti doc. ſed ſi vellem accuſare te ꝙ tu porrexiſti falſam accuſationem contra me propter quam obtinuiſti a pretore me citari: ⁊ contra me procedi feciſti: ⁊ ſic per obreptionem a pretore impetraſti: tunc eſt pena falſi. caſus eſt hic. ¶ Secundo quero de. q. quam habui de facto. pone ꝙ conſuetudo eſt in partibus quibuſdam ꝙ partes dant notario cedulam qualiter ipſe debeat mittere in actis: vt eſt florentie ⁊ tuderti. quedam pars dedit[e] notario quandam cedulam continentem falſum: ⁊ notarius credens bona fide ſic fuiſſe in actis publicis illam cedulam ſcripſit. ex hoc pars obtinuit ſententiam ꝓ ſe: an ex hoc poſſit puniri de falſo. Aduerte aut accuſatur iſte talis de falſo hoc eſt ꝙ fieri fecit falſum inſtrumentum: ⁊ hoc non eſt verum. nã cum notarius qui ſcripſit non fuiſſet in dolo ipe non fecit falſum inſtrumentum. ergo nec ego feci fieri: vt l. ſi is qui. § ſi tu ticium. ff. de fur. aut tu vis eum accuſare eo ꝙ obrepſerit pretori ⁊ ꝑ obreptionem habuit ſententiam pro ſe ⁊ tũc de falſo punietur. caſus eſt hic. ⁊ eſt falſum: tum quia obrepſerit pretori: tũ etiam ex eo ꝙ falſaz ſcripturam porrexit notario vt eam regiſtraret ⁊ ſcriberet iter ueras: vt extra eo. ti. c. licet ad regimen. ver. illos quoqz. Sed cõtra hoc videtur tex. C. plus va. qđ agi. l. fi. So. ego fateor ꝙ illa cedula quã quis dedit notario ẽ falſa. ſz ꝙ inſtrumentum qđ ſcripſit notarius bona fide ſit falſũ hoc non ẽ verum. ⁊ de hoc querimus. ⁊ ideo iſtud qđ in d. l. fi. ponitur falſum alibi diciſ ꝙ ẽ quedã deceptio: ut l. ii. C. de re. alie. non alie. Iſta ſunt vtilia ſcire: quia in ſtatuto ciuitatis tuderti in qua ciuitate fuit iſta cõtentio cõtineſ ꝙ ſi quis fecerit fieri falſum inſtrumẽtũ puniatur magna quãtitate. ꝓ aliis falſitatibus puniſ q̃titate miori. aliud ergo ẽ ſi accuſareſ de obreptõe falſi. aliõ ſi accuſaſ ꝙ fecit fieri falſũ iſtrz vt dixi. ¶ Quero cũ[f] pars dictaret quedam acta notario ſciẽter ⁊ doloſe omiſit facere ſcribi q̃dã neceſ

a ¶ Qui ſe ꝑ milite. Nota ex hoc. §. ꝙ appellãs ſe doctorẽ cũ nõ ſit punitur pena falſi. qđ intellige eẽ verũ ſi doctorẽ ſe appellat ⁊ aliquem actuz facit doctori congruentem. ſecus ſi ſimpliciter ſe doctorem appellat. l. ſi quis. alias quiſqs. C. de aqueductu. li. xi. ⁊ ita limita hunc. §. ⁊ l. qui ſub pretextu. C. de ſacro. ſan. ec. quia non punietur pena falſi ſed extraordinaria. Adde Bart. in l. reddatur ꝺ proſeſ. ⁊ medi. li. x. ⁊ qđ not. Bart. alias Bal. i d. l. qui ſub ꝑ textu. ⁊ in l. data opera. in. xxii. col. ⁊ ibi omnino vid C. qui accuſa. Sz quid ꝺ eo q abradit nomẽ alteri⁹ ⁊ ponit ſuum. vide bar. j. ad municipali. l. ticio. ⁊ no. vid tex. ⁊ ibi glo. et bar. in l. uni. ff. ad l. iul. maie. Et adde ꝙ quis ſi ẽ habendus pro doctore lz receperit iſignia ſi alia non interuenerũt. ita vide in l. ſz ſi hac. §. patronũ. ff. de in ius vocã.

b ¶ Si a debitore certe ſi puto. Adde q̃ habentur i l. ſi creditor ff. codẽ.

c ¶ Si quiſ obrepſerit. De itellectu hui⁹ l. vide no. in l. preſcriptõne. C. ſi ꝯtra ius vel vti. pu. ⁊ extra ꝺ reſcrip. ſup litteris. ⁊ limita hãc l. ꝓcedere circa deciſiua: ſecus circa narratiua ⁊ accidentalia ſecũdũ bal. no. in l. ſi vt ꝓponis. la. i. C. quõ ⁊ qñ iudex. et vide omino i l. ⁊ ſi legibus. C. ſi contra ius vel vti. pub.

d ¶ Quero aliquis. Et ad hanc l. adde que habes in l. diuus in prin. ff. de re iudi. ¶ Ex oppoſito ſi quis produxit falſam accuſatio. an poſſit accuſari ex l. cor. de fal. adde Bal. no. in l. i. ad fi. in ver. vltimo queritur. C. qui accuſa. Quid ſi accuſatio non eſt falſa ſed illicita. dic ꝙ non punitur de falſo ſecundum bal. in l. ii. in pe. col. C. qui accu. Et adde ꝙ ſi quis ſolitus eſt facere falſas accuſationes punitur etiam in lingua ſecundum bal. in l. qui data opera. xxii. col. C. qui accu. Sed contra bart. hic tenet bal. no. in l. quicunqz. in vlti. col. C. de ſer. fugi. Sed quid in obripiente pretori in ciuilibus ⁊ producente petitionem per calumniam an poſſit criminaliter puniri. vide bal. in l. ſi tibi. C. de libe. cau. ⁊ qđ ibi dixit. quid autem ſi quis iniuſte accuſauit: ⁊ ſuper accuſatis lata eſt ſententia iniuſta: ⁊ condemnatus eſt occiſus: an accuſans puniatur. vide ſpe. de ancba. in c. accuſaſti. de accuſa. ⁊ quid in teſte vide c. ſicut. de teſti.

e ¶ Quedam pars. Si pars dat cedulam falſam notario quam debeat ponere inter acta an puniatur de falſo: adde que dixi in proxima. q. ⁊ conſuluit bar. in conſilio ſuo. tudertinus quidam. Et adde ꝙ ſi reperitur ꝙ notarius aliter ſcripſerit q̃z fuerit de conſenſu partiuz preſumitur per errorem feciſſe non dolo: vt not. bart. in l. quoti. §. i. ff. de here. inſtit. niſi contrarium ex coniecturis appareat. ⁊ dicit Bal. in l. i. C. ꝺ ſacro. ſan. eccle. ⁊ ꝙ vbi vnum verbum poteſt importare falſitatem ⁊ non falſitatem ſemper interpretatur vt falſum non importet. adde tamen l. nec exemplũ. ⁊ qđ ibi bar. C. e. ⁊ qđ no. bar. in l. predia. de acqui. poſ. ⁊ dixi poſt bar. in l. librarius. j. de re. iuris. In contrarium tamen facit qđ no. bar. i l. ii. §. ſi qs neget. in ii. col. duz allegat l. cuz ꝑcib⁹. ff. quẽadmodum teſta. ape. ⁊ ad excuſandum notarium a falſo iudice. bal. in l. i. in. ix. col. C. ꝺ cõfeſ. in ver. ſicut modo ſequitur ⁊c. dicit tamẽ bal. in l. maiorẽ C. e. ꝙ utẽs inſtrumẽto falſo preſumitur illud feciſſe fieri falſum. Itez notarius nõ punitur de falſo ſi narrat aliquid fuiſſe factuz ante confectum inſtrumẽtũ: quod tamen factũ non fuit ſm bal. in l. de his. C. de teſta. mili. ⁊ ſi notarius de cõſilio ſapiẽtis appoſuit non apponẽda non committit falſuz ſm bal. in l. captatorias in uer. oppo. C. de teſta. mili. ADDE. an notari⁹ dicatur falſariuſ cũ dicat. In pñtia deponentis talis cõfeſſus ẽ ſe habuiſſe depoſitum cuz re uera tunc nullum fuit depoſitum. bal. conſilio xxviii. tertio libro. ⁊ de cedula uide qđ conſuluit ipſe alex. ꝯſilio lxxiiii. primo libro.

f ¶ Quero cum. Cũ pars dictat notario acta ⁊ ſcienter omittat neceſſaria ⁊ notarius bona fide ſcripſit an puniatur de falſo. ⁊ ꝙ non puniatur tex. eſt nota. ⁊ qđ ibi dixi in l. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fiſ. ⁊ adde qđ dixi poſt bart. ſm bal. in l. ſi ex cauti. C. ꝺ nõ nu. pe. ⁊ ꝑ notario ẽt facit: q2 ſi nõ fuit in dolo nõ punitur: vt. ff. e. l. diuus. ⁊ excuſaſ⁹ ẽ q2 credidit cedule. arg. l. ſi. j. eo. ⁊ vide qđ no. glo. in l. nihil. ff. de ſiccar. ⁊ bar. in l. ſi is qui rem. §. ſi ticiũ de fur. ⁊ vide ang. hic. ⁊ dicit ſe tenere ꝯtra bar. tñ i effectu videtur idem concludere qđ bar. ⁊ cũ bar. hic trãſit abb. ſicu lus in c. quorundam. de his que fi. a prela. ſine conſen. capi. ⁊ bal. in l. iubemus ad fi. C. de ſa. ſanc. eccle.

ADDE ꝙ i notario reqriſ dol⁹ ⁊ poti⁹ ꝓſũiſ error q̃z dol⁹. uñ ꝯſuluit bal. cũ qdã notarius ſcripſiſſet actũ i platorio monialiũ cũ reuera illud nõ eẽt ſed tantuz moniales ibi conuenerant ꝙ non cõmiſit falſum. Item cum ſcripſiſſet preſentib⁹. vii. monialib⁹ cũ re uera nõ eſſent niſi. iiii. ꝙ nec per hoc erat falſari⁹ quia antequam diſcederent tres moniales poſt tractatum dixerunt notario ſcribatis nos ſummus contente de eo quod faciet abbatiſſa. vnde dicit bald. quod per illa uerba ficta in perſonam abbatiſſe dicuntur eſſe preſentes. uide eius conſilio. cc xiiii. tertio libro.

a ℂ Quēro vtrum. Utrum iudex ex officio ſuo poſſit eum qui obrepſerit punire: ⁊ que ſint pene obripientis iudici: ⁊ an ſit pena falſi. vide in.l.ſi quis.ſ.de re.co.in.l.quicūqꝫ.ad finem.C.de ſer.fugi.per Bal.⁊ quis dicatur obripere vel ſurripere ⁊c.vide Bal.in.l.vnica.C.ſi nup.ex re.⁊c. ⁊ in.l.⁊ ſi legibus.C.ſi cōtra ius vel vtili.publi.vbi omnino vide ad materiam obripientiuz ⁊c.

b ℂ.C.de calū.adde barto. in.l.ii.§. ſi publico.in .iii.col.ſ.de adul.⁊ vide in.l. proxi. in fi.⁊ ange. hic.

c Lege cornelia. Adde quod notat Bar. .ſ.e.in.l. lege cornelia.

d Ju°. quero infra quantuz tempus pōt vtens falſis inſtrumētis docere ſe erraſſe: uide in ſpec.in ti.de inſtru. edi. §. dicenduz reſtat. ver. quid ſi actor ⁊ an producens ſcripturam priuatam poſſit de falſo de facto puniri ſicut producens publicam. tenet Bal.ꝙ ſic i l.finali. in.ſ. col.C.de fi. de iſtrumē. facit quod no.bar.in.l. .i.in principio.C.de iuramen.calū. Et an producens falſum inſtrumentuz poſſit officio iudicis puniri ⁊ quid de falſo teſte: uide Cy.ꝙ ſic in.l. vbi.C. eo.ti.⁊ quot modis dicētur acta falſa: vide glo. in.c. immemoriam.xix. diſtin. ⁊ adde ꝙ fabricans falſum inſtrumentuz tenetur pena falſi: etiam ſi non vtatur eo: ſed ille qui vtitur nō: niſi pertinaciter vtatur.ſm Cy.ubi clarius: in.l.ſi falſos.C.de fal.ubi etiam ꝓducens plures teſtes pecunia corruptos punitur. ⁊ quādo preſumatur ꝓducere falſos teſtes bona vel mala fide: uide bal.in.l.ſi. .C.ſi minor ſe maio.dixe.⁊ in.l.fina.C.ſi ex fal. iſtrumē. ⁊ multis modis cognoſcitur de crimine falſi iuxta no.in.l.ſi ex falſis.C.de fal. ADDE de falſificante priuatam ſcripturam bal. conſilio.cccxxi. primo li.pau.de ca.cōſilio.cli.

e ℂ Rū.iudex Cum bar.idem tenet lapus alle.ſua.cxvii.alias.cxviii.quāuis ꝯtrium teneat ſpec.⁊ male in fi.de inſtru.edi.§.nunc aliter.ver.ſed pone.⁊ uide bar.in.l.ii.ſ.de eden.⁊ vide bal.in.l.i.⁊ in.l.ſi ex falſis.C.e.⁊ i .l.ſi aduerſarius.C.de fide inſtru.⁊ glo.et bal.in.l.ſi.C.de eden.

ſaria: ⁊ notarius bona fide ſcripſit inſtrumētū. quero vtrum iſte teneaṫ q fecerit fieri falſum inſtrumentū. hanc.q.⁊ ſuperiorē habui de facto: videṫ ꝙ nō: qa notarius nō eſt in dolo: vt.ſ. dixi. cōtrarium eſt veritas. nam ea que.ſ. dixi hñt locum in faciente plus: vel aliter ſcribi ꝙ̄ ſit. vnde ſcriptura principalis ſit a notario. merito ſi ipſe nō facit falſum: ille qui facit fieri ſcripturaꝫ nō facit fieri falſum: vt.d.§.ſi tu ticiuꝫ.ſed.q.noſtra logtur in omittēte: q actus omittendi principaliter radicaṫ in ipſo dictante. ⁊ ideo ipſe dṙ facere omitti, ꝑpter qđ inſtrumentum eſt falſum hoc eſt nō cōtinet totum veꝝ. ⁊ ideo cum eſt in eius pſona hoc radicatū principaliter eius tm̄ pſona iſpicitur ⁊ ipſe punieṫ nō notarius. arg. ad hoc in.l.preſbyteri.C.de epiſ.⁊ cle. facit.l. ea q̄ cōmendādi.ſ.de cōtrahē.emp. ℂ Quero vtrū[a] iudex ex officio ſuo poterit punire iſtum q p obreptionē aliquid ipetrauit. hic videṫ tex.ꝙ non hic in fi. ibi: ſi accuſatus fuerit ⁊c. ⁊ etiam in pn. ibi: ſi accuſatus. ⁊ ſic ita demū poterit puniri ſi fuerit accuſatus. In cōtrarium facit.l.ij.§. ſi publico.ſ.de adulterijs. ⁊ regula quā dedi ibi: qa de delictis factis coram iudice ipſe pōt ingrere. ⁊ hoc puto veꝝ. Circa quod debes ſcire ꝙ quñqꝫ delictū ſit coram iudice in offenſaꝫ iudicis nō in actu iudiciario. vtputa ſi dṙ ſibi verecūdia ſi percutiṫ ipſe vel eius familia: iſte nō eſt actus iudiciarius. tunc an poſſit ipſe iudex procedere ex ſuo officio: vidiſtis in.l.lege cor. circa prin.ſ. de iniur. qñqꝫ in actu iudiciario ſit aliq̄ iniuria ſeu aliqđ delictum corā iudice uel a parte: vel a notario: vel a teſte: vel ab aduocato: ⁊ tūc iudex ex ſuo officio poterit punire: vt.l.i.C.de calū.[b] ⁊.l. athletus.ſ.e.⁊.l.falſi.§.i.ſ.eo. ad qđ bene facit quod no.per Inno.extra.de penis.c.vlti. ⁊ antepe. ℂ Sed quero quid ſi tale delictuꝫ ſit corā iudice caſuaꝝ ciuilium: vtrū ipſe poterit de hoc punire: vel debet ad iudicem maleficioꝝ remittere: videbitis ſtatim.j.e.l.diuus.

l **Ege cornelia.** [c] Intelligas in eo q pfecit ſigillum adulterinum dolo malo puniṫ: vt.l.nec exemplū.C.eo.ti.⁊ ideo aurifices qui faciunt ſigillum in quo iprimunt ſignuꝫ publicum: vel quod eſt auctoritatis magne: tūc ſtatim illud ſignuꝫ exprimunt in cera ⁊ ponunt in charta: ⁊ oibus oſtendunt: vt appareat ꝙ bona fide fecerunt Ex.l.ſequēti.

ℂ Uſqꝫ ad qđ tp̄s poſſit de errore docere q inſtrumenta falſa protulit. Et qualiter ꝓteſtāduꝫ ſit producenti talia inſtrumenta. Et quid ſi ille cui ſit ꝓteſtatio dicat ego utor iſto inſtrumento quatenus apparet ueruꝫ. Et qđ dicitur in inſtrumentis habet locum in atteſtationibus. Et an quilibet iudex poſſit de falſo punire.

f ℂ Puto uerum. adde quod no.bar.in.l.ſi quis obrepſerit. circa fi.ſ.eo.⁊ ibi de hoc p Ang.⁊ uide p Inno.in.c.dilectus filius de iniur.⁊ dā.et in.c.ii.de fal.⁊ quod habeṫ in.l.ii.C.eo. ⁊ uideṫ dicere bal.in.l.ii. .C.vt li.pen.ꝙ ubi coram iudice ꝓducit quis inſtrumētum penale abſqꝫ proceſſu poterit puniri: ⁊ hic adde Ange.in.l.iii.C.de iudi. ℂ Ex oppo. ad materiaꝫ .l.nulluꝫ.C. de teſti. intellige verum in delegato ab inferiore a principe. per glo. in cle.i.de offi. dele.⁊ ibi p moder. ADDE ꝙ abb. ſiculus in.c.i. extra de crimine falſi tenet cōtrariuꝫ eius qđ hic tenet Bar. Et qd ſi teſtis dixit falſum corā iudice coraꝫ quo partes litigabant p errorem vide an debeat puniri: vide Jo.anto. in addi.ſpe. in titu.de teſte.§.i. ver. ſed quid de delegato.

g Item opp. Adde Barto.in.l. omnes populi in fi.ſ.de iuſti.et iure.et per domi. Antoni. et Imol. in.c. .i.de conſtituti. ubi ſubdit do. Anto.ꝙ ad deciſioneꝫ cauſarum futurarum poteſt allegari lex correcta ſi tranſiuerat in cōtractuꝫ nō ſubiecti.per nota. per Innocē.de iudi.in.c. nouit. Item in argumentū poteſt allegari etiam ſi non ſit tale ius correctum clauſum in corpore iuris quando allegatur per habētem poteſtatem legis cōdēde. .xi.q.i.c. volumus.⁊.c.quicūqꝫ: et per glo.in.c.fuerunt.vii.diſtin.⁊ no.in.d.c.nouit de iudi.in ver.quicūqꝫ. Adde Bal.in.ii.conſti.C.in ver.cuncti.⁊ ibi etiam quid de ſtatuto correcto: ⁊ uide Bar.in.l.ſi.C.de fideicom.liber.alias in.l.i.C.de lati.liber.tol. Et dicebat Pau.de ca.in.d.ver. cūcti. poſt Bal.ſe cōſuluiſſe ſecus p illum tex.p noua ſtatuta ſublata non ſint vetera expreſſe: ⁊ unū ſit deciſuꝫ in ueteribus ſtatutis qđ nō in nouis aliquo modo expreſſum ſit. quod tunc ꝓuiſum p uetera nō intelligitur eſſe ſublatum.⁊ decidi pōt ſm uera ſtatuta.⁊ ibi uide Bal. de iuſti.co.ꝯfir.in.§. hic ergo in eternuꝫ ⁊c.qđ no.⁊ an poſſit allegari ad caſus preteritos uel pendentes eſſet uidendum.qđ no. Bar.in.l.oēs populi.in.v.q.prin. ⁊ i .l.leges ⁊ cōſti.C.de legi.ubi doc.

d **Iuus.** ℂ Oppo. hic dṙ que vera non poſſunt probari. Cōtra imo vera in dubio preſumuntur ſi nō pōt probari cōtrarium: ut.l.cuꝫ precibus.C.de ꝓba.ſo. inſtrumēta prima facie videbanṫ falſa: vt.l.iubemus.C.de proba.⁊.l. prebemus.C.e. ℂ Quero[d] infra quantū tempus pōt docere iſte ꝙ per errorem talia inſtrumēta ꝓtulit. Rū. vſqꝫ ad ſniam: vt.l.error.C.de iur.⁊ fac.igno. ideo ē practica ꝙ tu aduerſarius cōtra quem tale iſtrumētum ꝓducitur proteſteris ei: ꝙ ſi ipſe vtitur tali inſtrumēto: ꝙ eum accuſabis de falſo: tunc aut ipſe deſiſtet ab vſu ⁊ illi iſtrumēto nunꝙ̄ adhibebitur fides: ut.l.ſi veteris.C.de fi.iſtru. aut ipſe non deſiſtet: ⁊ tunc ipſe punietur: ut.l. ſi falſos.C.e.ti. Sed quero quid ſi ille cui ſit talis ꝓteſtatio dicat: ego vtor iſto iſtr̄o q̄ten⁹ appet uerū ⁊ ſi ñ appet veꝝ ꝓfiteor me nō uſuꝝ. Rū. iudex[e] debet ſtatuere terminum ad deliberādum an uelit uti illo inſtrumēto uel non: ut.l. ticia.ſ. de accuſa.⁊.l.mancipiorum.de opt.le. quod dixi de inſtrumēto idem dico de atteſtationibus: ut ſi poſt publicationem atteſtationum apparet ꝙ teſtes falſa dixiſſent: tūc ꝓducens dicat ſe nolle uti illis atteſtationibus: ⁊ penaꝫ falſi euitabit cuꝫ pro ſolo uſu tenebitur pena falſi: ut hic.⁊.l. ſi falſos.C.eo. Iſtud quod dixi ꝙ ſi abſtinet ab uſu excuſatur a pena eſt uerum: niſi procurauerit: ut diceret falſum: ut.l.ſi falſos.C.e. ℂ Ultimo quero utrum quilibet iudex coram quo ſit talis falſitas poſſit punire. tex.in.l.nulluꝫ.C. de teſti. uidetur dicere ꝙ ſic. ibi: data cōteſ.⁊c. In cōtrarium uidetur tex. hic ꝙ ille demum poſſit de tali falſitate punire qui alias habet auctoritatem puniendi. alias debet remittere ad maiorē iudicem: ut hic.⁊ hoc puto uerum[f]: ut in autē. de teſti.in.ij.col. ibi: ⁊ ſiquidem iudices ⁊c. facit quod no.per Innocen.extra de pe.c.penul.⁊ et antepenul.⁊ melius in.c.dilectus.eo ti.p eūdē. Ex.l.ſequenti.

ℂ An liceat allegare apoſtillas: ⁊.ll. correctas.

s **I quis.** No.ex hac.l.ꝙ qui allegat falſas leges punitur pena falſi. facit.C.de iuſti. co. confir.§. falſi. ℂ Quero quid eſt dictum nullo auctore. dicit glo. quoniam iſta conſtitutio nunꝙ̄ fuit facta: uel eſt facta ſed eſt correcta: ita dicit glo. ℂ No. hanc.l. cōtra eos qui allegāt apoſtillas ⁊ dicta tanꝙ̄ aliquorum doctoruꝫ que tamē nō ſunt. ⁊ hoc quādo nunꝙ̄ habuerit ab aliquo. ſꝫ ſi publice dicebatur in ſcholis ꝙ erant dicta talis docto. tunc talis allegans excuſaretur. ℂ Item oppo.[g] ꝙ.ll. abrogatas ⁊ correctas quis poſſit allegare ⁊ ꝓducere: ut in auc. ut cuꝫ

¶Ad.l.iul.repetūda. Rubrica.

a Atur.quero. Qualiter teneatur rector pro delicto officialis. adde
d Bar.in.l.i.§.familie.ſ.de publi.l.interdum.§.fi.
b¶Alij dicūt. Qñ officiales nō poſſint cōueniri ⁊ quō ⁊ utrū poſſint cōueniri in patria.ultra hic dicta p Bar.adde qd bal.tenet cōtra iſtā glo.in.l. obſuare. §. pficiſci.ſ. de offi.pcōſul. p ſuas rōes. ⁊ itellige dictū bar.hic ſm Fran.de galla. in. cape. de iudi. extra. niſi in loco officij facta fuiſſet proclamata: ut oēs q uellent petere ⁊c.comparerent ⁊ pº terminū, p iudicē ſindicātē ſit pnūciatū in contumaciā nō cōparētiū ⁊ abſolutus ſit officialis. ar.l.ſi eo tpe.C.de remiſ. pig.⁊ c.fi. qui ma. accu. poſſ. nec ob. auc. q ſemel. C. quō ⁊ qñ iudex.quia illa loqtur ante lit.ɔteſta.⁊ i alio caſu. et ita dic ſe obtinuiſſe d facto. p q fac l. ſenatus.ſ. de accu. ⁊.l. licet.ſ. nau. cau. ſtab.l.ſi qs cū totū.§. ſi ancillaz.ſ.de exc. rei iudi.cū ſi. et uide Bal.in l.ij.C. quo. appel.⁊ in.l. iij.§.eo mō.ſ. nau. cau. ſta.⁊ qd no. glo.i auc ut iudi. ſine qq ſuffra.§. neceſſitatem. ADDE q ſtā.e ſtatuto q officialis teneaſ p familia recipit iterpretationē a iure cōi .ſ. niſi familiaz exhibeat ita Ro.cōſilio.xi.⁊ uide ad materiaz p eundē cōſilio.xv.

c Adeʒ. c utz notari⁹ dānatᵒ. Uide i.l. militibᵒ. C. de teſta.mili.⁊ i

de ap.cog.circa pri. So.aut qs vult allegare.ll. correctas ad deciſionē cauſarū que habuerunt cām de pterito.ſ.tēpoꝛ quo.ll.correcte uigebāt. ⁊ pōt allegare ut ibi.aut ad deciſionē cauſaꝝ futurarū. ⁊ tūc aut vult eas in argumētū iducere. tūc ſi quidē iſerte ſunt in corpore iuris pōt fieri hoc:ut in.c.auctoritate.ex̄ de preben.lib.vj.ubi papa allegat.ll.correctas,in ar.aut nō ſunt i corpore iuris iſerte:⁊ tūc nō lʒ aſſumeꝛ ar.ex eis: ut C.de lati.li.tol.l.i.circa prin. ⁊ allegās teneꝛ pena falſi:ut.d.§.falſi.C.de iuſti.co.cōfir.Si uero qs vult allegare.ll.correctas ad deciſionē cauſarū:tūc teneꝛ pena falſi:ut hic.⁊ hoc nota contra eos qui allegant ⁊ oſtendunt iudici ſtatuta ⁊ reformationes correctas.

¶Ad.l.iuliā repetundarū. Rubrica.

Ex.l.ſequenti.

¶Annus q daꝛ i quē daꝛ actio ad qdruplum: ibi.Secūdo. Et pro qbus delictis deꝛ.l.iulia repetundarū:ibi. Quero. Et qliter deꝛ cōtra heredes:ibi. Ulterius. Et officialis i domo ppria ſemp pōt cōueniri p delictis ⁊ exceſſibus:ut i ſi.

d Atur. ¶Op.⁊ uideꝛ q ex publicis iudicijs nō teneātur heredes: ut.l.ex iudiciorū.ſ. de accu.Solu.fallit in iſta.l.ut ibi no.

¶Itē op.j.e.l.§.hodie.So.ibi loquiꝛ de pena qñ agiꝛ criminaliter.hic qñ agiꝛ ciuiliter.he due opi.ſunt in ſi.glo.¶Querit glo. que ē iſta actio que daꝛ in heredē.glo. dicit q ē actio in factum uel conditio ex hac.l. prima magis placet: qa ex oībus publicis iudicijs actiones ciuiles in factū danꝛ:ut.l.qui noīe.ſ.ti.i.⁊.l.nec quicquā.ſ.pro ſo.¶Sʒ quero ad qd daꝛ iſta actio. Rº.īfra annū ad qdruplū. poſt annū i ſimplū: ut.ſ. de calum.l.i.⁊.C.e.l.i. ¶Sʒ qro cui applicaꝛ.dic ut i glo.¶Secūdo qro qñ incipit currere iſte annᵒ. Rñdeo a tpe depoſiti officij:ut.l.pe.ſ.e.lʒ qdā aliter dicāt. in herede uero īcipit currere tēpus a die quo heres eē incepit ut hac.l.¶Querö p qbus delictis datur iſta actio. Rñdeo p delicto cōmiſſo p ipm officialē pricipalē ⁊ p delicto cōmiſſo p eius comites ⁊ ſocios: ut.ſ.l.pxi. ⁊.j.e. l.i comites.⁊ aduerte qa p eo q acceperunt comites ſocij ⁊ familiares nō ſolū ipſi accipientes poſſunt cōueniri:ut.l.in comites.j.eo.ſed ēt ipe officialis principalis:ut.C.e.l.i.tñ exhibēdo illū accipiētē ipſe dʒ liberari:ut.l.ſi cū exhibuiſſet.ſ. de publica. ⁊ ibi dixi. ¶Ulterius qro qliter iſta actio detur cōtra heredes. Rñdeo triplex ē opi. dicit glo. nā quidā dicūt dari infra ānū cōtra heredē ſi fuerit lis cōteſta.cū defuncto. ⁊ ſic eſt ſpeciale hic cū regulariter dʒ dari ppetuo: ut.l.i.C. ex delic.defunc.⁊.l.extraiudiciorū. in fine.ſ. de accu.Secūda opi.ē q heres teneꝛ iſolidū infra annū ſi ad eū nihil puenit: ⁊ ſm hoc erit hic ſpeciale:qa regulariter i aliquo teneri nō debēt:ut l.i.C.ne ex delic.defun.⁊.l.i.ſ.de priua. delic.uides ergo q iſte due opi.qñ ſibi cōtradicūt ad iuicē:qa in prima ē ſpeciale: ut mitius teneaꝛ heres q alias cōſueuerit ex alijs delictis ſm aliā heres teneꝛ i plus q alias ɔſueuerit. Tertia ē opi. Azo.qui dicit q ſp teneꝛ heres īfra annū etiā d eo qd puenit ad eū. ⁊ ſic erit ſpeciale cū deberet teneri ppetuo. ⁊ iſtud ē tollerabiliᵒ. dicit gl. iſta opi.Azo.ut puto dʒ generaliter itelligi ut teneatur infra annū de eo qd puenit ⁊ de eo qd nō puenit.⁊ ſicuti ē ſpāle cōtra eū ut teneaꝛ de eo qd nō puenit.ita ē ſpeciale p eo ut de eo qd puenit teneaꝛ tñ īfra annū nō poſt. hoc ſatis mihi placet.¶Ad iſtaʒ ergo lectu.Azo. ⁊ ad opi. Hug. op. ſm hoc ſequerenꝛ iſta icōueniētia q teneꝛ i longiᵒ tēpus heres q defunctus: ut i glo.ſolu. glo.⁊ ɔcedit op.¶Ulteriᵒ op.C.ut oēs tā ciui. q mili.l.i.ubi dꝛ q lis dʒ terminari īfra.xx.dies. ſo.⁊ ē notabilis ſo.illa.l.loquiꝛ qñ cōueniꝛ in patria i qua officiū exercuit. ſecᵒ ſi in domo ppria cōueniaꝛ.hec ē una ſo.⁊ bona:ſm quā habes q officialis forēſis in ciuitate iſta lʒ nō poſſit cōueniri niſi tēpore ſindicatᵒ: tñ ad domū ſuā poterit cōueniri ppetuo.⁊ qñcūqʒ p delictis ⁊ exceſſibᵒ ſm naturā actiōis: ut hic. Alij dicūtᵇ ibi de his q adminiſtrauerūt in puincia aliena.hic de eo q admiſtrauit in puicia ſua. ⁊ ē etiā bona ſo.

l.ij.§.milites.ſ.de infami.⁊ tex.i.l.ſi qd.C.de ſuſcepto.⁊ archa.li.x.⁊ adde qd idē ēt cōſuluit Bar.⁊ facit qd no.in.c.ſcilicitatᵒ.de reſcrip.vbi iſamis nō retinet officiū.⁊ in.d.l.ſi qd.C.de ſuſcepto. ⁊ archa. p Ang.⁊ an poſſit eē pcur.uide Bal.in.l.cū q.C.de pcur.⁊ pdictis adde Bal.i.l.in exercēdis.in.ij.col.C.de fide iſtru ⁊ in.l.i.C.de teſta.mili. ⁊ in.l.ſi qs ex argen.§.i.de eden.⁊ in.l.caſſius.d ſena.⁊.l.barbariᵒ.de offi.pto.⁊ p bar. in cōſilio ſuo incip.ſcriobānes ⁊c.⁊ glo.in auc.de tabellio.§.penul.⁊ bal in.l.ij.C.de ſenten.Et no.Bal.i.l.ij.C.de ſum.tri.⁊ uide oīno Bal.in.c. Ker parce.i ſi.prin.de.l.cōradi.⁊vide qd habeꝛ i.c.pterea.d teſti.cogen.

⁊ Bar.in.l.iſamē.in ſi.de pub.iudi.⁊ uide bal.l.iubemꝰ.§.ſanc.C.de ſacroſan.eccle.circa prin.⁊ ſpe.i ti.de iſtru.edi.§.reſtat.ver. qd ſi tabellio. ⁊ dicit bal.in dicta.l.in exercēdis.in.v.col.q cōdēnatus de falſo uel d hereſi:uel lege iul.repetun.uel qa cōtra ordinatiōes.l. fecit officiū:uel propter aliquod crimē ppter qd pdit publicā auctoritatē tūc priuaꝛ officio. ⁊ ideʒ ſubdit no. ſi fuiſſet bānitᵒ dictis d cāis.ad qd uide Bar. i l. ſi iō. ſ. de euic. An aūt iſtrumēta d quibᵒ fuit rogatus poſſit redigere in publicā formam: dic q ſic. tex.eſt in l.ſi qs ex argen. §.i.ſ.d eden. ad qd adde Bar. i l. ad teſtiū. i prin.ſ. de teſta.⁊ Bal.in d. l. ſi qs ex argen.§.i. q idem firmat cū bar.⁊ no. glo.i auc.de tabellio.§.i. in v. ſi uero pōt.in fin. ⁊ glo.in auc.d ſi. iſtru. §. ſi tabellio. ⁊ h dicta habēt locū niſi i officio poſt cōdēnatio.fuerit toleratᵒ. qʒ tūc nō viciaꝛ inſtrumēta poſt cōdēna.confecta: ut not. glo. in.d. §. ſi vo.uel niſi priuatᵒ fuerit poſt ſnīaʒ a cōfectione certoꝝ iſtrumētoꝝ:quia alia bñ poterit conficere ſʒ Ja.d bel. ibi idem. ad hoc bñ facit qd dixi in. l. ſi.ſ. d adul. ⁊ bar.hic ad fin.⁊ facit.l. ij.C.d actu. ⁊ nume. lib. xij.Itē fallit ſi ex cā fuiſſ ſibi reſeruata iſtrumētorū cōfectio: ut no. in. d. l.⁊ nihil.d teſta. mili. ⁊ h vide Ang.⁊ i materia uide Bal.i.d. l.in exercendis. ⁊ in.l. ſi vitatis.C. d fide inſtru.⁊ Jo.an.in regula ſemel

i N comites. Glo. itelligit hāc.l. duobᵒ modis.pmo in comites.i. cōſcios ⁊ ſocios huiᵒ criminis.bñ dicit cōſcios ⁊ ſocios: qa ſi eēt cōſcius tñ regulariter nō tenereꝛ:ut.l.utꝝ.ſ.ad.l. pompo. de parri. ⁊ ibi uidiſtis. ⁊.l. lege cor.ſ.ti.i.alij dicūt comites.i.ſocios in officio.

Ex.l.ſequenti.

¶An notariᵒ dānatus ex aliqua cā q reddit cū infameʒ poſſit cōficere inſtrumēta: ibi .Quero.

e Idem.

Hac.l. ¶Quero utruʒ damnatus hac l. uel ſimili poſſit eſſe notarius ⁊ publica inſtrumenta conficere. Aduertatis ſiquidē notariᵒ delinquit i officio notariatᵒ faciēdo falſū inſtrumētū uel aliā falſitatē circa officiū notariatᵒ:tūc eiᵒ iſtrumētis nō crediꝛ: ut.l. ſi aliquid.C.de ſuſcep.⁊ archa.li.x.⁊ not.in.l.ſi quis ex argē.§.i.ſ.de eden.nec curo utrū eēt infamis notariᵒ uel nō utputa dānatus ex inqſitiōe ſecūdū opi.quorūdā:uel ex forma ſtatuti: de q opinione dixi i.l.iſamē.ſ.de pu.iu.nā ſatis ē q ſciēter et doloſe i officio falſū cōmiſerit.Si vo notarius fecit falſitatē nō in officio notariatus. tunc Inno.uideꝛ dicere q iſtrumēta facta per eū nō ualeant: ut ipſe notauit in.c.fraternitatis.ex̄ de hereti.tamē ego tūc idē puto qd dicā ſtati d alijſ iſamibᵒ.¶Quero ergo ſimpliciter utrū notariᵒ dānatusᶜ ex aliqua cā que eū facit infamē poſſit

malus.in mercu.⁊ Bal.in.l.qui depoſi.ad ſi.⁊ glo.in.d.§.ſi uero.in auc. de tabellio.allegat p ſingu.Bal.in.d.l.iubemᵒ.§.ſanc.⁊ in.l.i.C.de iur. ⁊ fac.iḡ.⁊ in auc.habita.in.x.col.C.ne fili. p pa.ubi dixit q talis error pſumitur antequā per ſnīam termineꝛ.⁊ ad intellectū glo.in.d. auc.de tabellio.§.pe.uide Bal.in.l.nihil.C.de indicta liber.⁊ idē ponit in.l.ij.i ulti.col.C.de ſenten.qñ notariᵒ de facto de falſo dānatus reputabatur cōi opiniōe habilis.¶Per bar.hic uide Pau.de caſt.in cōſi. cclxij. incip. in xpi nomine amē.pponiꝛ q in facto in cā pduciꝛ in pmo dubio:⁊ eum pau.i cōſi.cclxvj.incip.i xpi noie amen. ſup pmo dubio dicendū eſt ⁊c.

in tertio dubio. ADDE an dānatus poſſit iſtrumēta cōficere bal.cōſilio. ccclxxxviij.iij.li.⁊ cōſilio.lx.iiij.li. ubi expſſe cōcludit ꝙ nullus inferior a principe poſſit talē dānatū reſtituere.⁊ idē tenet cōſilio.ccc.co.iij.volu.
a ¶ Nō ē dignitas.utrū notariat⁹ officiū ſit dignitas. adde qđ ē ar.l.medicos.C.de pfeſ.⁊ medi.li.x.ubi etiā ſciētia legalis ē magiſteriū.l.i.§. de iuſti.⁊ iure.⁊ cōſuluit ange.i ꝯclu. ſupradicta. et ad Bar. hic uide nota.in.l.cui corū.i prin.ff.đ poſtu.⁊ utrū iudex poſſit ꝓhibere notario ne conficiat iſtrumētuꝫ. Et quid ſi nō obſtāte probibitiōe cōficit ⁊ qs poſſit tollere hāc ꝓhibitionem. Adde not. per paulū de ſuꝫi.et Pe. de ancha.in cle.ſi. de exceſſi.ꝓlato. ⁊ alibi melius nō legi. Et đ hoc ultio quādo qs eſt remotus ab officio tabellionat⁹: quādo poſſit reſtitui ⁊ p queꝫ vide bal. i.l. nihil. C.đ i. dic. liber. ſꝫ qua pena puniaꝫ ille q ē priuat⁹ ⁊ adhuc utiꝫ officio tabellionatus: uide Bal.in.l.data opera. in xij. coll. C. q accu. ⁊ an poſſit notario dānato reſeruari factio iſtrumēti: vide Cy. bar. ⁊ doc. i.l.militibus. C. de teſta. mili. ADDE ꝙ notariat⁹ non ſit dignitas tenuit ang. cō ſi. cclxxxiij. ⁊ iō ſpurius pōt eē notari⁹ ſi tñ i aliquo eius fama uacillaꝫ nō haberent tātam fidem quantaꝫ alia iſtrumenta cōfecta a nō ſpurijs:ut p ang.i.d.cōſi lio. ⁊ ꝙ non ſit dignitas tenuit oldradus conſi. lio.lxxv. vbi dicit ꝙ quilibet epſ uel ordinari⁹ poteſt creare tabellionem i ſuo territorio qꝫ uile of

cōficere inſtrumēta publica.uideꝫ ꝙ nō. nā notarius uideꝫ quodāmō teſtiſ:ut.l.domici⁹.ff.de teſta.ſed īfamis nō pōt teſtificari: ut hic ⁊ i.l.iij.§.lege.ff.de teſti.ergo ⁊c. pro hoc.l.ij.§. miles.ff.de his qui no.infa. ⁊ ibi glo. que dicit ibi ꝙ īfamis repelliꝫ ab oī dignitate ⁊ ab oī officio publico.ſed notariat⁹ eſt officiū publicū:ut.l.generali.C.de tabula.li.x.⁊ no.in.l. ſi qs ex argen.§.i.ff.de eden. ergo ⁊c. preterea diciꝫ in.l.i. C.de man.prin.ꝙ tabellionat⁹ eſt dignitas. ſed infamis repelliꝫ ab omni dignitate: ut.l.ij.C. de digni.li.xij.ergo ⁊c. In cōtrariū facit qđ alibi dicitur ꝙ officiū tabellionat⁹ non eſt dignitas[a] ſed ē munus:ut.l.ſi. in prin. C.qui mili. nō poſ.li.xij. ⁊ ibi glo.prima.ſed infames nō repellūtur a muneribus:ut.l. neqꝫ īfames.C. de decurio.li.x. et C.de his qui non iple.ſti.l.i.⁊ de infami.l.i.li.x. Preterea uideo ꝙ infamis pōt eſſe procurator ⁊ arbiter:ut inſti.de excep.§.ſi.⁊.l.pedius.ff.de arbi. Itē pōt eē tutor uel curator ſm Azo. i ſumma triū librorū ſuper dicto titulo de īfami. ⁊ ſentit hoc glo.in.l.athlete.ff.de excu.tut. in princi. ⁊ ē caſus in.l.i.§.ſed ē equiſſimū.ff. de poſtul. ⁊ §.ſi.ubi infamis admittiꝫ ꝓ ſuo pupillo ⁊ adulto ad poſtulandū. ergo eadē ratione poterit eē tabellio. Preterea infamis pōt eſſe curialis.i. nuncius curie:ut dicta.l. neqꝫ infames.⁊.l.i. de infami.ergo ⁊c. Quid dicemus.pro hoc etiā habemus quādaꝫ glo.⁊ tex.in.l.iiij.§. queri pōt.ff. de ſuſpec.tu. ubi uidetur dicere ꝙ qui eſt ſuſpectus propter delictum cōmiſſum alibi ꝙ̄ in tutela nō debet propter hoc remoueri a tutela.eadē ratione hic infamis ꝓpter delictū cōmiſſum alibi ꝙ̄ in officio notariat⁹ nō debet ab iſto officio ſeu munere remoueri proprie loquēdo. dubito in hac queſtione:tamē finaliter dico ſic.ante oīa ſcias ꝙ tabellionatus officiū nō ē dignitas : ſed munus:ut.l.finali.in pricipio. cū ſua glo. C. qui mili.non poſſunt.⁊.l.i.C.de manda.princi. loqtur de notario principis aſſumpto ad ſcribēduꝫ negocia pricipis.tūc ille notariatus qui eligitur per principē eſt dignitas. non tamē officiū notariat⁹ in ſe eſt dignitas ſimpliciter ſumēdo notariatū. dico ergo ꝙ infamis nō pōt exercere officiū tabellionat⁹ ꝙ habeat i ſe dignitateꝫ: ut.l.ij. C.de digni.uel ꝙ haberet officiū aliqđ iniunctū ex publico:ut ꝙ eſſet notarius ad bancuꝫ uel ſimilia:ut notaꝫ in.d.l.ij.§.miles.ff.de his qui notan.infa. ſed ſi ipſe a partibus uolentibus aſſumatur ut faciat publicū inſtrumētū: non uideo quin repugnet quin dicitur publicū munus ⁊ ē ſeruus publicus quod infamibus non remittiꝫ ſed eis magis competit. ⁊ ſicut poteſt aſſumi arbiter a partibus uolētibus:ita poteſt aſſumi notarius a partibus uolentibus. Itē ſicut infamis aſſumptus iudex a partibus uolentibus ⁊ non opponētibus ualet eius iudicium:ut dixi in.l.quidam cōſulebat.ff.de re iudica. ⁊ nota.i Specu. de iudi.dele.§.excipitur.uer. item nūquid piurus ⁊ infamis.⁊ ver.ſequenti hoc auteꝫ maxime puto eſſe uerum quando non obſtante infamia ipſe eſt in poſſeſſione notariatus ⁊ bone fame: tunc propter multitudinē geſtorū per eum debet ualere:ut.l.barbarius.ff.de offi. preto.⁊.C. de ſen.l.ij.nec obſtat ꝙ infamis non poteſt eſſe teſtis: quia in teſtimonium quis uocatur ab una

ficiū.⁊ an ueniāt appellatiōes artificū:uide ang.cōſilio.xxxiij.
b ¶ An excōicat⁹.utrū aūt excōicat⁹ poſſit iſtrumēta cōficere:uide p glo.⁊ doc.in.c.decernim⁹ de ſen.excōi. Inno.i.c.pia.de excep. Federi.de ſenis cōſi.lxxj.no.bar.in auē.credētes.C.de hereti. p Io.an. in nouella.i.d.c.pia.p bar.i cōſi.incip.exiſtēs publice excōicat⁹.⁊ bal.in rubri.C.q accuſ. ⁊ p bal. in.l. in exercēdis in.v.col. C. de ſi. inſtru.

parte alia inuita.ſed nos loquimur in contractu qui celebratur utraqꝫ parte mandante. Ultimo eſſet uidendū an excōicatus[b] poſſit inſtrumenta conficere. de hoc interrogabis canoniſtas.

**Lege iulia.** In ſi. utrū poſſint accipere munus dicam.j.l.proxi.§.i.

l **Ex iulia.**

**Apparet.** ¶ Opp. ⁊ uidetur ꝙ nullo modo liceat accipere ut in auctenti. ſcriptū exēplar per totam conſtitutionem. Sol. glo. que eſt in.l.plebiſcito.ff.de offi.preſi.dicit ꝙ iſte.ll.que aliquid percipere permittunt hodie corriguntur. Guil.uidetur uelle ꝙ corrigatur preterꝙ̄ quo ad eſculenta ⁊ poculenta[c]:nam illa lꝫ accipere.⁊ hoc uidetur determinatum hodie in.c. ſtatutū. extra de reſcrip.li.vj.

**Hodie.** ¶ No.tex.[d] ibi:quod eni ⁊c.

q **Quod cōtra legē.**
¶ Nota iſtud eſt uitium quaſi reale quod impedit uſuca. ut notatur i.l. uitia.C.de acquiren.poſſeſ.⁊.l. pompo.§. cum quis.ff.de acqui.poſ.

¶ Ad.l.iul.de annona. Rubrica.

c **Conſtitit.** Hic eſt caſus ſpecialis in quo ſeruus poteſt accuſare dominum.

l **Lege iulia.** In ſi. alia eſt pena.l.iul.de annona: quā uidiſtis in.l.i annonaꝫ.ff.de extraordi.criminibus.

i **Imperatores.** Aduerte uides hic ꝙ ciuitas non poteſt ſtatuere precium frumento. contra.ff. de offi.prefe.ur.l.i.§.cura carnis.⁊.l.i.C.de epiſco.audi. Reſpondeo ꝙ nō poteſt ſtatuere precium nō iuſtum:ut hic.precium autem iuſtū poteſt ſtatuere: ut in contrarijs.

¶ Ad.l.iul.peculatus. Rubrica.

l **Lege iulia.**

**Ne quis.** Iſta.l.ē i ar.contra illos officiales qui habent florenos in ſigillo ⁊ in illo ſigillo aliquos florenos non bonos immittunt.

Ex.l.ſequenti.
¶ Exbānitus ex eo maleficio ex quo debet ſeq deportatio non poteſt eſſe arbiter.

p **Peculatus.**[e] Dicit Dy. ꝙ iſta. l. eſt ar.ꝙ bannitus ex eo maleficio ex quo deberet ſequi deportatio non poſſit eſſe arbiter.nam illa uerba arbitratu ⁊c. ius ſignificant: ut.l. illa uerba.j.de uerbo.ſigni.ſed deportatus amittit priſtina iura:ut hic.ergo ⁊c.dicam in.l. illa uerba.j.de uerbo.ſigni.

Ex.l.ſequenti.
¶ Inquiſitio primo poteſt ſieri generalis. ſecūdo ſpecialis.

c ¶ Ex iul. ⁊ poculēta. Not.ꝙ iudex pōt accipere eſculēta ⁊ poculenta.⁊ uide qđ not.ang.i.l. dati.ff.e.
d ¶ Hodie. no.tex.⁊ ad.de quod no. bar.i.l.q̄ſtionis.j.đ queſtio. ⁊ alleg. bal.i.l.additos.C.đ epi. audi. ⁊ uide bart. ⁊ q ibi dixi in.l. cornelia.ff.đ ſica.⁊ iſtū tex. declara ⁊ poſtilla : ut per bal. i rubri. de iudi. i v. q̄ro nūqd iudex q nō admittit. ⁊ ſm ro.in.l. cum mulier.ff. ſolu.matr.tex. iſte i ſui dcō ē ſing. ſꝫ delictū ꝯmiſſū calore iracūdie q habuit ēt ortū aliū. de q̄ꝫ ab eo quē offendi ē iuſta cā ꝙ ego miti⁹ puniar. pꝫ hic: qꝫ ꝓ tali homicidio dꝫ de iure cōi īponi pena mortis naturalis.l.iij.C. de epiſ. au. ibi: homicida qđ facit ſꝑ expectet ⁊c.tñ hic imponiꝫ ꝓ tali homicidio pena deportationis.

¶ Ad.l. iul. pecul. Rubrica.
ADDE ꝙ committēs maleficiū nō aīo deliberato ſit mitius puniēd⁹ bal. cōſilio.ccclxxvij.iij.lib.
e Peculat⁹. Hic habes tex.ꝙ pena interdictiōis aque ⁊ ignis ē hodie trāſlata in penā ꝺportatiōis: ut notat gl. in.l. gall⁹.§. ⁊ qđ ſi tantū

delibe.ⱬ poſth.fallit in caſu:ut ibi per Ange.ⱬ Jmol.

a l Ege iul.§.mādatis.Allegaꝛ iſta lex i prin.iūcta glo. ꝙ donatū maieſtati exiſtēti i aliquo loco ſicut fit maieſtatib⁹ facietib⁹ miracula itelligitur donatū deo imortali.iō nō acquiriꝛ illi i cuius loco ē illa maieſtas depicta.fuit iſta qō de facto ⁊ eā diſputauit abb.ſāꝯiū de fulciato q dictus ē dñs fran.d aſſiſio q ita determinauit.⁊ eā diſputauit etiā padue ang. ⁊ incipit illa diſputatio i refulgēti palacio.facit.l.ſtatue.d vſu fr. ⁊ uidetur uelle bal. in auē. hoc ius porrectū. in .ij.col.de ſacroſan. ecc. quē ſequitur Pe. de ancha. i cle.ij. d reli.domi. ⁊ idē Bal. i .l.deberi.C. de fideicō. liber.

b Juus. d ēt ſacrilegiū.Sacrilegiū ē qñ ſacrū auferꝛ d ſacro. ⁊ quādo dicaꝛ ſacrilegiū ⁊ qñ furtū. adde glo.Bart.⁊ doc. in.l.iij. C. de fur. et ibi Bal. an ſtatutum loquēs de furto habeat locū in ſacrilegio:⁊ determinat ꝙ ſic: ⁊ quotuplex ſit ſacrilegium: uide in ea.l. ſacrilegij.la.ij.d iure vo canonico auferēs ſacrū de ſacro icidit in furtū ⁊ ſacrilegiuꝫ ⁊ pōt iſta pena uel alia puniri ſm archi.de cōſecra.diſt.i.c.ſcorpora. qui alle. tex. optimū.xxiij .q.iiij.qd ergo pōt Ludo. in notabilibus ſuis notabili. ccc xx.

c ℭ Secus ē. utrū aūt familia ſacrilegi repellatur ab actib⁹ legitimis.Jnno. determinat ꝙ ſic. in .c.uenerabilem. de elec.

d Acrile e gij. dicit glo. pinde. De dictione perinde:uide bar. in.l.i.§. d re

# l Ege iul.

**Mandatis.**[a] Hic eſt notabilis tex. ex quo habes ꝙ prio poteſt fieri inquiſitio generalis tam de delictis ꝙ̄ de delinquentibus. poſtea peruenitur ad inquiſitionem ſpecialem de eo qui inuentus ē culpabilis in inquiſitione generali: ut hic dixi in.l. ij.§.ſi publico.ſ̄.de adul.tene menti.

**Non fit locus.** Nota tex. ibi:ꝙ eni ſepelire ⁊c̄.

Ex.l.ſequenti.

ℭ Que faciant cōmitti ſacrilegium.

d! **Juus.** Cōtra imo ſacrilegiū fit. nā locus facit ſacrilegiū: ut.l.aut facta.§.locus.j̄.de penis.dicit glo.ſubaudi hic tantū.q.d.etiam ſacrilegiū[b] eſt. ⁊ ad hanc expoſitionem dat glo.multas concordantias.alij dicunt aliter.⁊ doc.cōiter tenent ꝙ locus facit ſacrilegium. uerū eſt ſi ſacrum inde auferatur:ut hic ⁊.l.contraria. ergo duo oportꝫ concurrere ut ſit ſacrilegium. uidelicet ꝙ ſacruꝫ auferatur ⁊ de ſacro loco.ſed ſecundū canones ſecus eſt[c]: quia ſufficit unum tantū. allegat glo. xvij.q.iiij.in.c.quiſquis. ſed iura noſtra ſunt in contrarium ut uideris. Jtem quod glo.dicit ar. contra.C.de epiſ.⁊ cle.dic ar.cōtra.ſ.cōtra canones cū iuribus noſtris concordant.

Ex.l.ſequenti.

ℭ De dictione perinde.

# ſ Acrilegiū.

**Js autem.** No.hunc tex.dicitur hic tenetur perinde ac ſi eēt condēnatus furti manifeſti. Contra ille qui preſtat opeꝫ furto non tenetur cōdictione furtiua: ut.l.proide.ſ̄. de condi.furti. ſed fur manifeſt⁹ tenetur condi.furti. ergo non eſt perinde cōdēnatus.dicit glo.perinde[e] cōdēnandus.ſ. criminaliter non ciuiliter.⁊ iſta eſt bona. uel dic perinde cōdēnatur:non tamē per omnia.⁊ ad iſtaꝫ expoſitionē dat glo.multas concor.quā glo.nota pro ſtatutis ⁊ etiam pro legib⁹.ubi dicitur ꝙ perinde habetur quod intellige[e] non tamen ꝑ oīa: uidelicet ſi eſſet aliud ſtatutū in eodē uolumine quod illi contradiceret.nam tunc dꝫ per illud reſtringi:ut hic.⁊ in oībus concordan.alle. hic in glo.quas tene menti.hic dicitur ꝙ tenetur i quadruplū non diſtincto clā uel palā.cōtra.j̄.de iure fiſ.l.auferꝛ.§.qui aliquod. Reſpōdeo ille q accepit pecuniā iā incorporatā in fiſcuꝫ tenetur indiſtincte in quadruplū non diſtincto clam uel palam acceperit:ut hic.⁊.l.aufertur.in ſi. de iure fiſ.⁊.C. de his que ex pub.ra.l. qui in contractibus.⁊.l.defenſionis facultas. de iure fiſ.li. x. ſed quando accepit pecuniaꝫ nō incorporatā in fiſcū: utputa a debitore fiſcali in fraudē fiſci:tūc tenetur in duplum:ut.l.contraria.

q **Ui tabulam.** No.contra eos qui ſcripturas factas in muro aliquid cōtinentes deſtruunt.

Ex.l.ſequenti.

ℭ Quotuplex ſit ſacrilegium:⁊ que dicūtur publice ⁊ que priuatim conſecrata.

ceptatore.⁊ in.l.hoc genus.ſ̄.de condi.⁊ demō.⁊ in.l.i.§.l.falcidia.ſ̄.ad .l.falci.⁊ in extrauag.ad repri.in v̄.perinde:uide ang.in.l.ſi finita.§.ſi.de dā.iſec.⁊ Jmol.i dicta.l.hoc genus.⁊ Ro.in.l.ſi quis ui.in prin.de acq.poſ. e ℭ Quod intellige.Jdem Bar.in.l.i. de receptatore.⁊ in.l. in quartum.circa medium.ſ̄.ad.l.fal.adde quod habes in.l. non tantū.ſ̄.d re iudi.

f Acrile s gi. quero quotuplex.dixi.ſ̄. eo.in.l.diu⁹. quot aūt modis fiat ipm ſacrilegiū:uide nota. per Bal. i.l. iij. C.de fur. et ibi etiā qualiter ſacrilegiū ſumatur i ſtatutis.an ſm ius ciuile an ſm ius canonicum. ubi etiam dicit ꝙ familia ſacrilegi repellitur d legitimis actibus. ꝑ quo dictum Jnno. in.c. uenerabilē. de electi.Et qd de illo q percutit imaginem dei ꝙ d beat mori. tex.ē ſing.in ca.ſi canonici.de hereti. in. vj. ADDE an ſacrilegi poſſint ubiqꝫ ⁊ a qcūqꝫ capi et an ſint remittēdi ad loca delicti Bal. cōſi. cxxiij. ij.lib.

g Uꝫ eo. c quero utrū. Utruꝫ poſſit qs capi pro debito. uide per moder.inſti. de acti. §.ſi. ꝑ Jnno.poſt do. Anto.in ca. ij. de pigno.

h ℭ Jpſo actu vide bal.i. l. generali. C. de decurio. lib.x.

# s Acrilegi.

ℭ Opp. dicꝛ hic ꝙ ſacrilegi capite puniuntur. Contra.ſ̄.e.l. lege iulia.§. mādatis.Sol.oīs pena q̄ ibi iponiꝛ ē capitalis. Quero quotuplex[f] ē ſacrilegium. glo. dicit ꝙ ē triplex.primū eſt quādo accipiꝛ ſacrū de ſacro cōſecrato publice:ut hic dicitur. Secūdū eſt qō appellatur quaſi ſacrilegium:quod ē quādo accipiꝛ de aliquo conſecrato priuatim: ut hac.l.ij. rñſo.tertiū genus ſacrilegij ponitur in fine glo. de quo dicitur i.l.i.⁊.ij.⁊.iij.C.eo. ℭ Circa iſtā .l.quero que ſunt res conſecrate publice uel priuatim.glo.dicit multa uerba. Tu dic ꝙ res cōſecrata publice dicitur eccleſia que eſt conſecrata ad publicū uſum omniū. ſunt etiā quedā eccleſie priuate:ut oratoria que nobiles habent i domibus eorū ⁊ fraternitates. ⁊ tunc iſta dicuntur cōſecrata priuatim ꝓ ſe tantū nō ad uſū aliorū.

Ex.l.ſequenti.

ℭ Qualiter teneatur maſſarius cōis de pecunia quā habꝫ apud eū. Et qualiter teneātur plures qui peculiariter cōmiſerunt.

p **Eculatum.** Uidiſtis.ſ̄.ꝑxi.determinatū qd eſt ſacrilegiū.hic iuriſcon.querit quid eſt peculatus. ⁊ adducit diffinitionem labeōis. Ex hoc habes ꝙ maſſari⁹ communis.l. iul. peculatus non teneꝛ:ſed teneꝛ.l.iul.de reſiduis ſi qd apud eū remanſiſſet de pecunia cōis. Hic dicꝛ ꝙ ille crimē peculatus cōmittit cuius periculo res nō fuit. ℭ Quero quid ſi pluresꝛ peculiariter cōmiſerunt. Reſpondeo crimen peculatus ut uideris cōmittitur ab eo cuius periculo res non fuit.⁊ ſic ab eis qui officiales nō fuerūt. ⁊ iō quilibet tenetur inſolidū: ut.l.i. C. de cōdi. fur.⁊.l.ſi quis id quod.§.ſi.ſ̄.de iuriſ.om.iudi. ſed ſi eſſent officiales qui pecuniā publicā ſubtraherent ⁊ ſic tenerētur.l.iul.de reſiduis:ut.ſ̄. eo.l.lege.§.l.iul.⁊ tunc oēs tenentur una pena: ut.l.ſi multi.ſ̄. de publi. ⁊.ſ̄. de admi.tu.l. tres tutores.dixi.in.l.ſi.ſ̄.ad.l.cor.de ſic.

Ex.l.ſequenti.

ℭ Qualiter teneatur q pecuniā fiſco debitā accipit. Et qualiter ⁊ quando poſſit qs perſonaliter capi. Et an i cāis fiſcalibus admittaꝛ ceſſio.

c **Um eo.** Alias eſt.§.labeo. ⁊ ē bon⁹.§. No.modos exigendi a debitore fiſcali. No. ꝙ dicit corpus retinendo. ℭ Ex hac.l.no. ꝙ ille qui accepit pecuniā fiſco debitā ut det fiſco non teneꝛ .l.iul.de reſiduis niſi poſt annuꝫ. ⁊ ex hoc apparet ſo.contrarij.ſ̄.e.l.§.eodē capite.naꝫ ibi non accepit pecuniā ut referret fiſco:ſed accepit pro ſe fingens creditorē fiſci. ℭ Secūdo no. ꝙ debitor poteſt perſonaliter capi pro debito fiſcali. Circa quod quero utrum[g] ⁊ quando quis poſſit capi.circa quod dico.ſi quideꝫ queris an poſſit capi pro priuato: tūc pro debito pecuniario regulariter capi non poteſt: ut.l. nō eſt ſingulis .j̄.de re.iur. Fallit in caſu.l.ait ꝑtor.§. ſi debitorem.ſ̄.de his que in frau.cre.pro crimine uero i ipſo actu[h] criminis ubicūqꝫ crimen capitale cōmittitur ut crimen quod ingerit penam corporalem poteſt quis perſonaliter capi a quocūqꝫ priuato:ut.C.de rap.uir.l.i. ⁊.l.ſi quis in ſerui

a ¶ Capi a iudice. uid bal. in.l. cõſentaneũ. C. quõ ⁊ quãdo iudex. ubi dicĩ ꝙ in criminali ſemꝑ icipi põt a captura. idẽ põt dici in ciuili ratione ſuſpitionis: ⁊ ibi ẽt dixi poſt Bar. ⁊ ꝙ in criminali poſſit icipi a captura: tenet Bal. in.l.ij. C. de his q latro. ⁊ ibi ẽt ponit de pena indebite capientis. ADDE que ſint neceſſaria ad hoc ut quis poſſit quẽ facere ꝑſonaliter d͞tineri ꝑ debito Ro. ccxli. ⁊. cccxx. bal. conſilijs. xl. cũ ſequẽti ⁊ xlix. i. lib.

b ¶ Fiſco tenetur. Cautela ad hoc ut gs poſſit facere capi debitorem ſuũ qui nũq̃ exiuit d͞ domo qd ſin. no. et uide plene i. ſti. de act. §. fi. ⁊ ſeqᷓ ange. in.l. pleriq3. d͞ in ius uocan. ⁊ no. Ro. in.l.iiij. §. ꝑtor. ſ. de dã. iſe. ⁊ pa. de caſt. in.l. cõtumacia. ſ. d͞ re iudi. ⁊ ibi habes.

c ¶ Ceſſio admittaᷓ. an i cauſis fiſcalibuſ admittatur ceſſio bonorum: uide barto. in.l.i. ſ. de ceſſio. bo. ⁊ Bal. i d. l.i. in.iij. col. C. q bo. ce. poſ.

¶ Ad.l.iul. de ambitu. Rubrica.

d ¶ Ec lex. b ſine adminiſtratione. an liceat aliquid dare pro cõſequẽdo honore. uide nota. in .l. barbarius .ſ. de offi. ꝑto.

tute. in fi. ſ. de fur. ⁊ l. capite quinto. ſ. de adul. dum tamẽ ducatur ad iudicẽ infra tẽpus ſtatutũ: ut. d.l. capite quinto. ſ. de adul. ad idẽ facit. C. de male. ⁊ mathe. l. fi. ⁊ l. ij. C. de fal. mo. Si uero queris an poſſit capi a iudice[a] ſeu iudicis auctoritate: ⁊ pro cauſa criminali indiſtincte poteſt capi ⁊ etiã de domo extrahi. ut. C. de of. diuer. iu. l.i. ⁊ no. ĩ. de re. iur. l. nemo de domo. et quod no. in.l. pleriq3. ſ. de in ius vo. Fallit ĩ muliere: ut. d.l.i. C. de offi. diuer. iu. ⁊ auc. ibi poſita. Si uero queris an poſſit capi pro cauſa pecuniaria: tunc aduerte aut eſt debitũ fiſcale: ⁊ poteſt perſonaliter capi. ita loquitur hic. nõ tamen in carceribus ponitur: ut.l. nemo carcerez. C. de exac. tribu. li. x. niſi perſiſtat in contumacia: ut ibi dicitur. Si uero pro debito priuato: ⁊ tunc ſi aliquo tempore fuerat in iudicio ⁊ deſiſtẽdo iuri promiſit ⁊ non ſtetit: d3 capi: ut in auc. de exhi. reis. §. ſi uero quidam. ⁊ C. quõ ⁊ quãdo iudex. l. conſentaneũ. ⁊ ibi no. ſed ſi ĩ iudicio nũq̃ fuit ⁊ cautionẽ non dedit: tunc iudex non cogit eum facere capi niſi prius eum citet: ut. d.l. conſentaneum. ⁊ ibi no. poteſt tamen ſi vult eum facere capi: ut ueniat non ut in carcerez ponat: ut no. in. d.l. pleriq3. ſ. de in ius uocan. dũ tamẽ de domo nõ extrahat: ut ibi dicitur. ponere uero in carceribus non poteſt pro debito iudex niſi eu3 qui cõdemnatus eſt: ut.l.i. C. qui bo. ce. poſ. a quibus carceribus liberatur cedendo bonis: ut ibi dicitur. ⁊ ideo eſt conſiliũ quãdo debitorẽ tuu3 non potes facerᷓ capi: quia nũquã exit de domo ꝙ tu facias eum cõdemnari de contẽptu mãdati. ⁊ ſic criminaliter fiſco tenetur[b]. poterit etiã capi in domo: quia pro criminali capitur: ut dictũ eſt. ⁊. d.l. pleriq3. de in ius uo. ⁊ nota. in. d.l. nemo de domo. ĩ. de reg. iur. ⁊ ſic poterit in domo capi. ⁊ cũ erit in carcerib[9] poſitus poterit ibi ꝑ debito pecuniario in carceribus recõmẽdari ſ3 materiã quã dixi uobis. ſ.i.l.ij. ĩ fi. de cuſto. reo. ¶ Quero iuxta predicta an in cauſis fiſcalibus bonorum ceſſio admittatur[c]. Iſtam queſtionez tangit Ci. C. qui bo. ce. poſ. l.i. in.i. q. ⁊ ibi dicit. ſi quidem fuit contumax in ſoluendo: tunc non admittitur ceſſio bonorum. alias ſic. ut. d.l. nemo carcerem. C. de exac. tribu. li. x.

## ¶ Ad.l.iul.ambitus. Rubrica.

Ex.l.ſequenti.

¶ An liceat dare pecuniam pro honore. Et mitriati releuantur cum alios conuincunt.

b **Ec lex.** No. ex hac l. ꝙ ĩ curia romana ceſſat. l. iul. ambitus: quia hec omnia pertinent ad papam. ⁊ hoc quo ad ipſum papam. Sed utinam hoc obſeruaretur quo ad ipſos qui ſunt adherẽtes pape. Et ideo ſciatis ꝙ decretiſte fecerunt multas cõſtitutiones. tamen ĩ tractatu de ſimo. que eſt idem quod ambitus: nullam nouã conſtitutionem fecerunt. ratio quia ſimonia non punitur ut debet. ¶ Op. ꝙ liceat dare pecuniã ꝑ habendo honore: ut.l. hoc iure. ſ. de dona. ⁊ l. i. §.i. ſ. de pollici. Glo. dicit dare palã licet: ſed clam ⁊ in ſecreto non licet: ut hic. iſtud tene mẽti. Iſtud eſt uerum pro honore ſine adminiſtratione[d]: quia tunc licet dare pecuniam palã. ſ3 ꝑ honore cum adminiſtratione nullo modo licet dare. ita loquitur ti. ut iudi. ſine quoquo ſuffra. per totum. ¶ Querit glo. utrũ liceat precibus petere honorem: uel quid ſi alius dedit pro me me ignorante pecuniam. dic ut in glo. ¶ Altio tene mẽti quod dicitur hic ꝙ qui cõuicerit aliu3 reſtituitur in integru3 quod ẽ utile ſcire ad multa pro multis mitriatis qui ſunt ĩ terra iſta ut cõuincendo alios releuentur ⁊ admittãtur ad honores ſi ex iſta cauſa fuerunt mitriati.

**Item is qui.** ¶ Op. ſ. ad.l.iul. de ui pub. l. fi. So. ille q inſtituit nouum uectigal etiã ſi non exegit tenetᷓ hac.l. ⁊ conſtitutiõibus principũ poſitis. C. no. uecti. l. fi. ſed ſi inſtituit ⁊ exercuit tunc etiam tenetur. l. iul. ut.l. contraria.

Ex.§.ſequenti.

¶ An ingrediens domum iudicis ut captet beniuolentiam teneatur hac.l.

**Et ſi quis.** Habes hic tres caſus in quibus. l. iul. ambitus. h3 locum. ¶ Quero utrũ ſit ali[9] caſus. Glo. addit quartum caſum: ut. C. e.l.i. dic ut ibi. ¶ Quero que fuit iſta. l. iudiciaria. dicit glo. quedã. l. que fuit facta ad interpretationem. l. iul. ambitus. ¶ Quero. que ſit pena huius. l. Reſpõdeo. due ſunt pene. una eſt centũ aureorũ: de qua loquitᷓ hic. alia eſt pena quadrupli: ut.l. fi. C. ad.l.iul. repe. tamen una exacta tollitur alia: cũ utraq3 cõpetat ad uindictã: ut.l. pretor. §.i. ſ. de iniurijs. ¶ Quero utrũ hoc ſit verum indiſtincte ꝙ igrediens domum iudicis hac.l. teneatur. Reſpondeo non: niſi quis ſtudioſe intrauerit: ut captet cũ eo familiaritatẽ ut ei faueat: quod tene mẽti.

## ¶ Ad.l.fauiã de plagiarijs. Rubrica.

Ex.l.ſequenti.

¶ An ualeat ſtatutũ ꝙ capiens hominem ⁊ ducens ĩ fortiam cõis habeat tantũ.

e **I liberum.** Uides hic ꝙ emptor ⁊ uẽditor hoĩs liberi tenentur hac.l. ¶ Quero ciuitas[e] facit ſtatutu3. quicũq3 duxerit talẽ hominem captũ in fortiam cõis habeat tantũ a cõi an ualeat ſtatutum. videtur ꝙ nõ: quia eſt cõtra bonos mores. ⁊ eſt delictum emere uel vendere liberũ hominẽ: vt hic. ⁊ hoc eſt verum niſi ille ſit hoſtis ciuitatis: quia tunc poteſt ſtatui precium capienti: ut.l. nõ oẽm. in fi. ĩ. de re mili.

Ex.l.ſequenti.

¶ An incidant in.l. flauiam qui 'gnanos ⁊ cantores donant.

l **Ege fauia.** ¶ Quero quõ faciunt iſti cardinales ſeu magni domini q unũ gnanũ uel unũ cantorẽ uel unum aptũ ſeruitorẽ ſibi inuicẽ donãt: an incidãt in hãc.l. Reſpõdeo nõ: quia non donãt eos ut eos ſua libertate priuent ſed donant vt ita ſint liberi ⁊ ſtent libere apud aliũ ſicut libere ſtant apud donantẽ. ⁊ ſic illo uolente ⁊ ſic cũ nõ faciant dolo malo non tenentur hac.l. ut. ſ. de li. ho. exhi. l. iij. §.i. ⁊ §. ſequenti.

n **On ſtatim.** Quero ĩ hac.l. quõ cognoſcatur[f] plagiarius a fure. Circa hoc ſunt due opi. vna ẽ glo. in.l. ſi abducta. C. de fur. que dicit ꝙ ille eſt plagiarius qui habet in conſuetudine faciendi hoc. ſ. ſeruos alienos ſubtrahere ⁊ ſibi haberᷓ. Alia ẽ opi. ſ. e.l.i. ⁊ Azo. ĩ ſum. hui[9] ti. dicũt aut habet animũ celãdi dño: ⁊ tũc dicitᷓ plagiarius. aut nõ habet aĩum celãdi dño: ſ3 tantum ſibi vult habere: ⁊ tũc non dicitur plagiari[9] ſed fur. ut hac.l. ⁊ hec opi. cõiter tenetur.

¶ Ad.l. fauiã de plagi. Rubricã.

e ¶ I liberũ. ꝗro ciuitas. An ualeat ſtatutu3 ꝙ qcũq3 duxerit hominẽ in fortia3 cõis habeat ꝑmiũ a cõi. ⁊ adde qd ualet ſtatutũ ꝙ quicũq3 ceperit bãnitu3 ſi eſt bãnit[9] efficiatur ciuis: ut not. Bal. in .l.i. C. q ad liber. ꝓcla. non l3. que3 uide. facᷓ optime qd no. Bart. in.l.i. in fi. ꝑin. ſ. d͞ iuſti. ⁊ iur. ⁊ uide Bar. in.l. cũ nauicularũ. in fi. C. d͞ nauicular. li. xj.

f ¶ On ſtatim. n quõ cognoſcatur differentia ĩter furem ⁊ plagiariũ. ui de ꝑ Bar. i. l. ſi abducta. de fur.

¶ Ad turpilianum. Rubrica.
a Ccuſatoꝝ. qſ eſt modus. Modꝰ ꝓcedẽdi ĩ crimine calumnie qualis ſit vide no.p bar. in.l.athletas.§.calumniatoꝝ.ff.de iſfami. Sed an ſi me falſo accuſaſti poſſiꝫ ne uti remedio de quo ĩ hac.l. ſed ẽt .l.coꝛ. de falſis accuſare: uide Bar. ĩ .l.ſi qs obreꝑſerit. ĩ pri.ff.de falſis.
¶ Quero an reo cõdẽnato poſſit de accuſatoris calũnia inq̄ri.iſtã.q. dicit do.meus nõ reperiri tactã ĩ iure. tñ diẽ ꝙ nõ ex ꝑtãte huius.l.ꝛ ſenatuſcõſulti q: hic loquitur abſoluto reo vñ dicebat ꝙ hñ poterit inq̄ri contra accuſatoꝛem eo q̄d obreꝑſerit iudi.ꝛ cõdẽnari.l.cornel.ꝺ fal. iuxta dictaꝫ .l.ſi qs obreꝑſerit.ꝺ fal. ꝛ ita interrogatꝰ reſpõdit ꝛ tunc dicebat ſe aliud ĩ terminis nõ reperire. ĩ ꝯ̃riũ tñ facͭ gl. in.l athletas.§.fi.de infami.
b ¶ Per rõnez. uide ad iſta Bal.i.l. negãda.i.ul.col.C.q ac/cuſa.
c ¶ Probabif calũnia. adde ſin. ꝙ ꝑſumif calũniator ſi accuſatoꝛ conuerſaf cum reo ſm bar. ĵ.ea.l.§.ꝑuaricatorẽ. q̄d not.ꝛ an cõtra nõ ꝓbantẽ ꝑſumatur calũnia.uide bar.hic ꝛ ad de ĩ ꝓpoſito glo.ꝛ bal.in .l.i.C.de plꝰ peti.ꝛ bal.in .ꝺ.l. q nõ ꝓbaſſe.C.ꝺ calum.ꝛ ibiſ ẽt

# Lege fauia.
Qui ergo hominẽ liberũ ſubtrahit ꝛ celat dicitur plagiarius. ꝛ tẽpore quo erã hic ĩ ſtudio quidã erãt cõdẽnari.l.fauia de plagiarijs.ex eo ꝙ unũ iuuenem ſubtraxerunt.

## ¶ Ad ſenatuſcõ.turpil. Rubrica.

Ex.l.ſequenti.

¶ Utrum accuſatio ex.l. remia ſit publici iudicij:ibi. Circa. Et que ſit pena calũnie:ibi. Secũdo. Et quis eſt modus procedendi in crimie calumnie:ibi.Uenio.Et qualiter probetur calũnia:ibi.Ulterius. Et an ſit uerum ꝙ iudex pronunciet:ꝛ.l.penam ĩponat:ibi.Uenio. Et quid ſi iudex minorem penam ſtatuit an.l. ſuppleaf: ibi.Sed iuxta. Et an iuramentum calumnie excuſet ab expenſis:ibi. Uenio ad v̄ſi. Et quid ſi apparet euidens calumnia ĩ parte ꝛ in parte nõ an debeat condẽnari:ibi. Juxta.Et an in criminalibus debeat fieri condẽnatio expenſarum uide in fi.

a **Ccuſatorum.** Primo dicit accuſatores tripliciter delinquere.ſecundo illa tria delicta enumerat.tertio proſequitur illa tria delicta per ordinem.Secũda ibi. calumniari. tertia ibi.calumniatoribꝰ. ꝛ ibi uſqꝫ ad.§. preuaricatorem ponit de calumniatore.abinde uſqꝫ ad.§.ſi quis aũt põit de preuaricatore.tertio in.§.ſi quis autẽ ab accuſatione ponit de tergiuerſatore uſqꝫ ad finem.l.Et iſta pars que incipit calumniatoribus diuiditur in tres partes. Primo dicit calũniatorem puniri.ſecundo ponit modũ procedendi.tertio modum ꝛ effectuꝫ pronũciandi.Secunda ibi.ſed non utiqꝫ.tertia ibi.nam ſi quideꝫ in.§.queri poteſt.¶ No.tex. ꝙ aliud eſt calumnia:aliud eſt temeritas. ¶ Circa.l.iſtam quero utrũ accuſatio ex.l.remia ſit publici iudicij uel priuati. glo. que eſt hic uidetur dicere ꝙ publici iudicij.Dy.uidetur reprehẽdere iſtaꝫ glo.dicẽs: ꝙ licet ex publico crimine deſcendat tamen eſt priuata:ut.l.iij.§.fi.ff. de preuari.ſed certe illa.l.non loquitur de calũniatoꝛ: ſed loquitur in deſiſtente. Sed pro Dy. contra glo.uidetur caſus expreſſus in.l. palã.§. ſi q̃ calũnia.ff.de ritu nupt.ſed glo. ibi reſpõdet ꝙ nõ uidetur dãnari publico iudicio quãtũ ad impediendas nuptias:ſed quãtũ ad alia ſic.ita ibi dicit glo.quã glo.puto eſſe ueram cũ pena calumnie ſit ſimilitudo ſupplicij ꝛ ſimilitudo pene ſi non eſſet publicum iudiciũ: ſicuti primum non eſſet equalitas pene. ¶ Secundo quero que eſt pena calumnie.glo.dicit ꝛ bene ſimilitudo ſupplicij in his que habent penã ordinariã. Jn his uero que habent penam extraordinariam tunc eſt pro iudicis motu:ut.l.fi.C.de accuſa.cuꝫ ſimi. ¶ Uenio ad ſecundã partẽ. Circa quã quero quis eſt modusᵃ procedendi in crimine calũnie. Et hic aduertatis circa hoc hic ſunt multe gloſelle.ſed veritas eſt ꝙ unus eſt modus procedendi propoſita accuſatiõe ordinaria.ꝛ iſte modus ponitur in.ij.glo.huiꝰ.§.que incipit:eſt ergo publica.in fi.ꝛ no.in.l.athletas.§.calumniator.ff. de his qui no.infa. ꝛ hoc non eſt dubiuꝫ. Alius eſt modus procedendi ꝙ iudex ex ſuo officio mercẽnario ante ſententiã latã ſuper crimine propoſito cognoſcat de calumnia ꝛ de ipſa pronunciet in ipſa ſententia cũ pronũciat ĩ principali. Jſte modus ponitur in.l.i.C.de calum.ꝛ iſte modus tangitur hic in glo.huius.§. ſup.v̄. incipit.ibi uel abſoluto reo.ſ.deſtinatione. Tertius modus procedẽdi eſt ꝙ poſt reum abſolutum iudex inquirat de calũnia ex ſuo officio nobili ꝛ de calũnia cognoſcat.ꝙ hoc ſit uerũ ꝓbatur per hunc tex. hic qui dicit clare ꝛ rotũde nõ calũniãdo tex. probatur per rõnemᵇ: quia cum iſtud delictũ cõmittatur coraꝫ iudice merito de hoc ipſe poterit inquirere ſecũdũ regulas quas dedi in.l.ij.§. ſi publico.C. de adul. Sed circa hoc quero infra quantũ tẽpus poterit hoc facere iudex.glo.uidetur uelle dicere incõtinenti: non ex interuallo.ita dicit glo.que incipit incõtinenti.mihi aũt uidetur ꝙ debeamus ſic dicere.ſi quidem queris de modo procedendi ꝛ pronũciandi ex officio iudicis mercennario: tunc fateor ꝙ dicit glo. ꝙ incontinẽti iudex debet hoc facere cõdẽnare.ſ.eadem die: vt.l. paulus.ff.ꝺ re iudi. Si queris de alijs modis procedendi.ſ.ꝑ accuſationeꝫ ordinariã uel per inquiſitionẽ: tũc ego puto ꝙ iſta accuſatio duret tanto tẽpore quãto tẽpore durabit delictũ principale ſeu accuſatio principalis:ſuper qua calũnia ẽ cõmiſſa: cuꝫ iſta ad eius ſimilitudinẽ deſcendat:vt dictũ eſt.ſ. ¶ Ulterius procedo qualiter probabitur calũniaᶜ.in hoc ſunt opi. naꝫ quidã dicunt ꝙ eoipſo ꝙ nõ probatur eſt probata calũnia.ꝛ hoc uidef probari in tex.C.de calũ.l.qui non probaſſe.immo illa.l. probat cõtrariũ. ſed probatur ĩ.l.i. C. de aduo.diuer.iu. nec ob. iſta.l. que dicit ꝙ ille qui non probat non preſumitur calũniari: quia hic loquitur in caſibus ꝛ perſonis exceptuatis. ita tenet Jo.cuius opi.glo. ſequitur hic. ꝛ in.ꝺ.l.q nõ probaſſe. Alibi glo. dicit meliꝰ in.l.athletas.§.calũniator.ff. de his qui no.infa. ut dicamus ſic. ĩ caſibus exceptuatis qui hic in glo.ponuntur nõ preſumitur calũnia cõtra nõ probantem. alias regulariter cõtra nõ ꝓbantẽ ẽ ꝑſumptio calũnie. ſed non eſt preſumptio iuris ꝛ de iure quia admittitur probatio in contrarium. ꝛ hoc eſt quod dicit hic tex.poteſt enĩ eſſe ꝙ oſtendet errorem iuſtũ. puto aũt ꝙ ſit error iuſtꝰ publica famaᵈ:vt.l.miles.§. mulier.ff. de adul. vel ſi ei eſſet dictũ a perſonis fidedignis: vt dixi ĩ.l. athelctas.ff.ꝺ fal.ꝛ hoc puto verũ:nõ ob.quod Ci.no.ff.de aduo.diuer.iu.l.i.in.iij.q.vbi ꝺ hoc tangit.ꝛ ideo iudex antequã cõdemnet de calũnia deberet dare parti terminũ ad facienduꝫ ſuper hoc ſuam defenſionẽ. ¶ Uenio ad tertiam partẽ.dicitur hic ꝙ ſi iudex pronũciat ſuper ꝺlicto ꝙ lex pronũciat de pena: quero vtrũᵉ hoc ſit verum ſimpliciter. Reſpondeo ꝛ aduerte bene. quedã ſunt delicta que habent nomẽ a iure ꝛ ex vi nois cõprehenditur delictũ ut furtũ: falſum: calumnia:plagiũ ꝛ ſimilia. ꝛ in iſtis ſi quideꝫ eſt a iure impoſita pena certa:tunc ſufficit iudicem ꝓnunciare delictum eſſe cõmiſſum. ꝛ ita loquif hic.nã tũc ſuccedit.l.que ꝓnunciat ſuper pena. ſed ſi pena ordinaria a.l.non eſſet impoſita:tũc idẽ ꝛ ſuccederet pronũciatio.l. ſup ea pena que cõiter cõſueuit imponi pro illo delicto: vt no.in ſimili in.l.quid ergo.§. pena grauior. ff. de his qui no.infa.ꝛ in.l.hodie.ĵ.de penis. Quedã vero ſunt delicta innominataᶠ:ut ſi iudex pronunciet te percuſſiſſe ticium:uel te incidiſſe arbores ticij uel te cõbuſſiſſe domũ. iſta talia ſunt magis nomina facti q̄ delicti. quoniã poteſt eſſe ꝙ tu vulneraſti ſine delicto:incidiſti ſine delicto: cõbuſſiſti domũ ſine delicto. vnde ſunt magis nomina facti q̄ delicti. ꝛ in iſtis ſi iudex pronũciat te percuſſiſſe ꝛ ſi.non uidetur pronũciatum ſup delicto: quia hoc de neceſſitate delictum nõ in/

ponit nota. q̄ꝺ.an ita puniaf qs rõne calũnie que cõſiſtit in iure ſicut rõne calũnie q̃ cõſiſtit ĩ facto ꝛ uide tex. ꝛ ibi gl.ꝛ bar. in auẽ.nouo iure.C.ꝺ pe.iudi. q ma.iu. ꝛ in.l. nõ ignorat. C. ꝺ fruc. ꝛ lit. expen.
d ¶ Publica fama. Fama excuſat a calũnia. ideꝫ dicas qñ qs inſtigaref:ut no. Bal.ĩ.l. athlete.ff.de falſis. ꝛ bal. in.l. fi.ff. de heredi.inſti. ꝛ de hoc latiꝰ ꝛ meliꝰ ꝑ bal.in.ꝺ.l. q nõ probaſſe. C. de calumniato.
e ¶ Quero vtrum.uide bar.in.l.eiuſ qui ꝺlatoꝛẽ. in fi.ĵ.ꝺ iur.fiſ. ꝛ bar.i.l. i. in fi.C. de pe.iudi. qui ꝛc.¶ Ex op. ꝛ ſic not. ꝙ ſufficit iudicẽ ꝓnũciare in criminalibus ſup ſcõ: vt hic.idẽ dicas ſi agaf ꝺ crimine ciuiliter. l. viro atqꝫ uxore.ff.ſolu.ma.ꝛ .l.decuriões. ꝛ ibi bal. C. ꝺ iſami. Jdẽ in act.deſcẽdente ex cõtractu.l.emptor in prin.ff. de iudi. ꝛ .l.q̄d tñ.§.i.ff.de arbi.cũ ſimi. ꝛ ad iſtũ tex. uide ꝛ adꝺ.l.ſi te. Et ibi bar. ꝛ doc.C.ꝺ iſa. ꝛ bar.i.l. iij. C. ꝺ ſenten. ꝛ do.goꝛadinũ in rub.ff. de iudi.
f ¶ Delicta inomiata. Et de iſtis delictis nominatis ꝛ innominatis. uide Barto.in.l. nũquã plura.de priua.delic.

a Videtur abſoluere. Quī videat iudex abſol uēs accuſa tū abſoluere ēt accuſato rē: uide no. p bal.i.l.i.in prin.C. ð ca lum.
b Quero qd. Quid ð clauſula dici mus ꝛ pro nūciam⁹ ſm formā iuris ꝛ ſtatuti: ui de Bar. i.l. iudex poſtq̄ʒ de re iudi.
c An ſacra mētū calum nie.utruʒ ſa cramētū ca lūnie excuſat ab expenſis. Adde Bar. in.l. qui ſoli dū.§. etiā.ð leg.ij. Adde ꝗ quotienſ cūqʒ expenſe ſunt i ſtipula tione dedu cte nec iura mentuʒ nec alia iuſta cā excuſat.glo. eſt reputata ſingu.i.l.iiij. §. ſi rem. de leg.iij.ſʒ aliā allegat bal. i auc.ſʒ hodie nulla. C. de epiſ. ꝛ cle. quā nō repe rio i auc. de exhi. reis.§. qm̄. in v.cāʒ toll. Utrum aūt iſtud iu ramētū calū nie ita excu ſet a calūnia quin poſſit de calumnia agi crimina liter: uide oī no bal. in.l. ſi tibi ð libe. cau. ꝛ h adð Bal.i.l.non ignorat. C. de fruc.ꝛ lit. expen. ꝛ his que dixi. ſ. ad Bar. hic adde nota.p Bal.in auc. generaliter. de epiſ. ꝛ cle ri. ꝛ Jac. de bel.in auc.ſʒ nouo iure.ð iudic.ſcripſi poſt Jmol. i dicta.l. q ſo lidum.
d Et glo.ui detur. uide ꝗ habeſ poſt glo. ꝛ Bar. in.l. eū queʒ temere.ſ.de iudi.
e Quero vtrū. Utruʒ in criminali

cludit.ꝛ iō magis eſſet abſolut⁹ q̄ꝫ cōdēnatus ni ſi iudex adijceret penā ꝛ diceret doloſe uel cul pabiliter te pcuſſiſſe.ꝛ hoc probat iſte tex.ibi dū dicit:pronūciauit.nō ꝓbaſti pepercit ei.nā non ꝓbare pōt eſſe cū dolo ꝛ ſine dolo.ꝛ ideo uidet abſoluere a in dubio. Sed ſi dicit calūniatus es: tunc cū calūnia de neceſſitate ꝯcludat dolū: tūc in dubio uideſ cōdēnare. ita ꝓbat iſte no.text⁹. quē tex.multū no.iam enī uidi hoc deduci i pra cticā ꝓpter ignorātiā aſſeſſoꝝ cū eſſet dubiū de delicto que pena eſſet iponēda.pronūciauit ali quē deliquiſſe nō tamē penā īpoſuit ꝛ ſic ſucce dit.l.in pena.qualiter aūt debeat illa ꝓnūciatio fieri.ſ.uidiſtis. Sʒ cōtra ꝑdicta uideſ:qa nō eſt in poteſtate iudicis iudicare imo de neceſſita te:ut i.l.muneꝝ.§. iudicādi.j. ð mu.ꝛ ho.Glo. ſoluit ꝙ in poteſtate iudicis ē donec cogaſ.uel aliter ꝛ meli⁹.iudex hʒ ī poteſtate ſua abſoluere uel cōdēnare. nō aūt hʒ in poteſtate ſua penam ſtatuere qa illa ſtatuitur a lege. Sed ꝯtra hoc op.qa in poteſtate iudicis ē penā augere uel mi nuere:ut.l.qd ergo.§.pena grauior.ſ. de his q no.infa. Rñdeo ante ſniam eſt i poteſtate iudi cis penam augere uel minuere: poſt ſniam uero hoc nō pōt.ita debetis intelligere hanc legem. Sed iuxta hoc q̄ro b qd ſi iudex ſtatuit minorē penā q̄ꝫ deberet: utrū.l.ſuppleat maiorē penaʒ. Rñdeo quedā ē pena que infligiſ a.l. ipo iure: ut pena infamie ꝛ ſimiliū.ꝛ in iſta nīl ualet diſpo ſitio iudicis niſi cā cognita: ut.ſ. de fur.l.nō po teſt.ꝛ de iniur.l.diuus.quedā ē pena que impo nitur facto hominis:ꝛ in iſta iudex ante ſententiā pōt augere uel minuere: poſt ſentētiā uero fun ctus eſt officio ſuo ꝛ amplius nō poteſt ſe intro mittere exigendo maiorē:ut.l.iudex.ſ.de re iu di.ꝛ quod no.in hac glo.tamē in hoc eſt aduer tendū:quia ſi cauſa cognita minueret tūc nō fa ceret litē ſuā nec puniref ipſe: ut.d.§. pena gra uior. alias ſecus. Sed quero qd ſi iudex ap ponit in fine ſententie iſtā clauſulā: quas condē nationes damus ꝛ proferimus ſecūdū formā iu ris ꝛ ſtatutorū. ꝛ ſi in aliquo eſſent ultra uel īfra penas a iure ſtatutas ex nunc ad formā ſtatuto rum ꝛ iuris reducimus: an hec clauſula aliquid operetur. Jac.de belui.diſputauit hāc.q. ꝛ ego ſcripſi in.l.iudex.ſ.de re iudi. Uenio ad ver. queri pōt per hūc tex. poteſt determinari illa.q. an ſacrm̄ calūnie c excuſet ab expenſis. ꝛ glo. d ui def dicere ꝙ ſic:in auc.de iudi.§.oportet. facit qđ no.C.de iudi.l.ꝓperandū.§.ſinautē reus. ꝛ ibi per doc.ꝛ in auc.generaliter.C. de epiſ.ꝛ cle ri.ꝛ tangitur per Guil.de cu.in.l.iij.§.ij.ſ. ð iu reiur.breuiter ueritas eſt iſta iuramētuʒ calūnie excuſat a preſumpta calumnia: ut.d.l.iij.§.ij.de iureiur.ꝛ.ſ.ſi muli.uen.no.calū.cau.eſſe dica.l. ij.§.i.Aut ergo quis vult cōdēnare aliquē in ex pēſis ꝓpter calūniā ꝛ tūc nō pōt: qa ꝓpter hoc calūnie iuramētū ille excuſaretur:ut dixi: niſi de euidenti calūnia appareret. Aut vult cōdēnare in expēſis ꝓpter cōtumaciā ſʒ formā.l.ſancim⁹. C.de iudi.ꝛ.d.l.ꝓperandū.§.ſinaūt reus. ꝛ po teſt quia iuramētū nō excuſat a cōtumacia: ſʒ ſo lū a calūnia. Aut quis vult cōdēnare aliquē ī ex penſis ꝓpter temeritatē:quod videſ poſſe fieri: ut.l.eū quē temere.ſ.de iudi.ꝛ inſti. de pe.te.li tigā.§.i.ꝛ tūc uidetur ꝙ fieri poſſit: qa iuramen tū licet excuſet a calumnia non tamē excuſat a te meritate que eſt ſeparata a calūnia.caſus ē hic. Juxta hoc quero qd ſi apparet euidēs calum nia in parte iudicij ꝛ in parte nō.utputa poſt ꝓ ductos teſtes uel inſtrumenta a reo actor repe rit manifeſte ſe nō habere ius:quid fiet? Reſpō deo qdam ſunt caſus in quibus quis poteſt de ſiſtere ꝛ renunciare quādo vult iuri ſuo: ut in ci uilibus ꝛ crimīalibus quibuſdā ut habuiſtis.ſ. de fal.l.athelet⁹.ꝛ in iſtis caſibus pro eo tēpo re quo fuit in euidēti calūnia cōdēnabitur in ex penſis pro anteriori non:ut.l. ſi quis inficiatus .ſ.depoſi. debuit enim incōtinenti deſiſtere: ut .l.ſi adulteriuʒ cū inceſtu.§.i.v. idē pollioni.ſ. de adulterijs. Jn caſibus uero in quibus deſiſte re nō licet: ut ſunt fere oēs accuſatiōes crimina les ut uidebitis ſtatim in.§.accuſationē ꝛ per to tum iſtum titu.tūc nō iputatur ſibi quare nō de ſiſtit:quoniā nō licet deſiſtere:ſed debet ipetra re abolitionē. ꝛ ſiue concederetur ſibi ſiue non ab expenſis excuſaretur.ſed ſi abolitionē nō im petraret tunc eſſet preſumptio calūnie: ut.d.l.ſi adulteriū cū inceſtu.§.i.ſ.de adul. ſm iſta ergo concluditur ꝙ in criminalibus fiet condēnatio expenſarū. Quero utrū e hoc ſit uerū.cōiter di citur hic ꝙ ſic:ut.l.qui crimen.C. qui accu.non poſ. Ja. bu. diſputauit hanc.q. ꝛ determinauit ꝙ expenſe non ueniunt reficiēde iudicis officio mercēnario in criminalibus:licet poſſint via or dinaria peti per actionē in factuꝫ. Et mouebaſ iſtis rationibus. nō eſt dubium ꝙ refectio expē ſarum ſuccedit in locum decime partis litis que olim preſtabatur:ut inſti.de pe.te.liti.§.i.ſʒ pre ſtatio decime partis non habebat locum i crimi nalibus.ergo nec preſtatio expenſarum que ei⁹ loco ſuccedit. Preterea dicit ipſe caſus uideſ i .l.nō ignorat.C.de fruc.ꝛ liti.expen. Et glo.ui detur hoc tenere in proemio inſti. ibi:per legiti mos tramites calumniantiū iniquitatem expel lat in glo.ſuper verbo tramites.in ſi. Quod etiā perſuadebat tali ratione. ciuilis ꝛ criminalis nō poſſunt ſimul agitari:vt.l.interdū.ſ.de pub.iu. ſed ſi de calūnia cōdēnaretur criminaliter ꝛ cō dēnaretur i expēſis ciuiliter ſimul et ſemel.ergo ſimul ꝛ ſemel procederet iudiciū ciuile ꝛ crimia le.nō ob.l.qui crimen.C. qui accuſ.nō poſ. quia ibi ſit cōdemnatio in expenſis ratione contuma cie non ratiōe calūnie. ꝛ ita intelligit glo.in.l.ſi. C.de accu. ita dicebat ipſe aduertatis cōiter te netur cōtrarium ꝙ expenſe veniant officio iudi cis.ꝛ de hoc uidetur caſus ſecūdū ſecundā lec. in.l.fin.C.de fruc.ꝛ li. expen. ꝛ de hoc per cañ. extra de pe.c.calūnia: quod videtur tenere Jn no.in.c.cū oporteat.in ſi.mag.glo.extra ð accu. ꝙ hoc ſit verū probo. iudex qui de crimine co gnoſcit poterit ex ſuo officio cōdēnare crimino ſum ad reſtituendam rem ſeu dāna q̄ alias ueni rent in actiōe ciuili:ut.ſ.de fur.l.interdū.§.qui furem.ꝛ.ſ.fini.regun.l.iiij.§.ſi dicatur.ꝛ de va. ꝛ extraor.cog.l.medicus.ꝛ.C.de condi.ob tur. cām.l.ꝙ euitandi cū ſi.dicam in.d.l.interdū.§. qui furem.ſ.de fur.ꝛ de predicta.q.eſt caſus in .l.ſi poſtulauerit.§.ſi.ſ.de adult.ꝛ ibi tetigi.

Ex.§.ſequenti.

An crimen preuaricationis ſit publicum: et qualiter puniatur: ꝛ qualiter ſuper preuaricatio ne procedatur: qualiterqʒ probetur.

Preuaricatorem. Uidim⁹ de ꝑmo .ſ.de calūniatore.videamus de ſecūdo ſcilicet ð preuaricatore. Quero utrum crimen preuari cationis ſit crimen publicuʒ. dic ut in.l.iij.i pri. ſ.de preuari. Secūdo quero qualiter punia tur preuaricator. Reſpōdeo extra ordinē: vt.l. ij.ſ.de preuari. Tertio quero qualiter proce datur ſuper preuaricatione. Rñ.tribus modis.

bus fiat con dēnatio expē ſarum. adde bal.in.l. ob ſeruare. §. p ficiſci.ð offi. procon. per Salyce.poſt Cy. in.l.iij. C.qui accu ſa. p Bal.in .l. fin. C. de fruc. ꝛ lit.ex pen.canoni. in.c.calūniā. ð penis. Et qd in cā inq ſitiōiſ an poſ ſit ꝛ quō ubi ꝓceditur ex officio: uide p do. anto.i c.dilecti. ad ſi.ð do. ꝛ cō tu. ꝛ Cy.i.l. ſancim⁹. C. de iudi.ꝛ ad de bart.in.l. ſi poſtulaue rit.in prin.ð adulte.ꝛ ad de ad barto. hic qđ tāgit bal. in auc. generaliter. C. de epiſ.et cle.ꝛ qd i iu dice calūnio ſe inquirēte p bal. in. d. auc.genera liter.i.v.col. ꝛ adde iſtis ēt bal. i auc. ſʒ hodie. C. ð epi. ꝛ cler. ꝛ qd qñ ꝓce diſ ad denū ciatio. vide bal.in.l. ſan cim⁹. in. xij. q.C. ð iudi. ꝛ in.xiij. vbi de iudice in quirēte ꝙ te neatur ad i tereſſe ptis: vide bal. in rubri. C. de pe.iudi.i pri ci.ꝛ que dixi poſt bar. i.l. athletas. ſ. de fal. ꝛ bal. in.l.nō igno rat. C.ð fru. ꝛ lit. expē. ꝛ ibi etiā d. q. bar. de qua hic ang. etiā in.l.ſi uacan tia.in ulti.q. C. de bo.va can.lib.x.ſa ma tñ vel iu diciū excuſat iudicem ſm Baldū in.l. i.in.iiij.coll. C. q accuſa. et hic adde bal.in.l. qui crimē. C. q accu.ꝛ ꝙ iu dex male in quirens te neatur parti ad intereſſe ſeu ad expen ſas: ꝛ ēt pu.

niatur criminaliter.tz Ci.ꝛ bal.per illũ textũ in.l.ſeueriter.C.de excu.tu to.ꝛ quid de inſtigante.vide.j.ea.l.§.incidit.

a ¶ Si qs aũt No.de pena accuſatoris deſiſtẽtis. ꝛ uide p bart.in.l.iij.ſ. de ꝑuarica.ꝛ.j.ea.l.§.ſuſpecti.ꝛ qd ibi dixi.ꝛ.j.eo.l.q̃ſitũ.ꝛ.d.l. q crimẽ.

b ¶ Accuſationẽ.No.ꝙ.Qui deſtitit ab accuſatiõe inualida an icidat i tur pil. Et qd ſi aliqs diſtitit ab accuſatio ne inepta.tz Ange.hic ꝙ nõ incurrat in turpil. in quo dic̃ ita iudicatũ fu iſſe peruſij. vide bal. i.l. i.§. hec ṽba ſ. qd quiſqz iur.

c ¶ Quero ſi pſone.Si ꝑ ſone ꝓhibite accuſare ac cuſant: an ac cuſatio ſit ipſo iure nul la ſine alia oppoſitione. ꝛ dicit ꝙ ſi. Ange.tñ hic videt dicere ꝙ quotiens accuſatio eẽt inepta: tunc talis ineptitu do reddat iu diciuz retro nullũ.l. ſi pa tronus liber tũ. ḋ iureiu. ꝛ dixi i.l.ele ganter. §. ſi quis poſt.de cõdi.inde.ꝙ accuſatio ab initio abſqz exceptionis obiectiõe ſit ipſo iure nul la.Et de hoc no.per gl.et doc.i.l. libel loꝝ.§. quod ſi libelli.ſ. ḋ accuſa.

d ¶ Iſte eniz ſũt.vide bal. aliter loquẽ tẽ i rubri.C. qui accuſ. in .iij.col.eo.t. ꝛ bar.i.d. §. pſcriptiões ꝛ in.l.abſe n tẽ.de penis. ꝛ ro. i.l.i.§. occiſoꝝ.ſ. ad ſill. ꝛ bal. in.l. ſi eũ. in prin.ſ. ſi qs cau.

e ¶ An ſindi cus.an ſindi cus teneat ḋ nũciare ma leficium ex q̃ etiã nulla pe na iponitur: ꝛ dic ꝙ ſic. dicit tñ bal. in.l.ij. C. ut ne. priuat⁹: ꝙ ſindic⁹ nõ tenet denun ciare vbi nõ ẽ maleficiũ: quia fruſtra denunciaret qñ iudex ꝓcedere non põt per illuz

primo incidenter per modũ replicatiõis. utpu ta ſi ego accuſo te de crimine de quo es abſolu tus: ꝛ tu excipis de ſentẽtia abſolutoria: ego re plicabo de preuaricatiõe: ut.d.l.iij.ſ. de preua ri. Secũdo põt etiã de hoc cognoſci principali ter accuſando: ut dicta.l.iij.ꝛ hic. Tertio poteſt etiã cognoſci iquirendo: quod apparet qa hoc delictũ cõmittitur corã iudice: ergo ꝛc̃.ſm regu las datas i.l.ij.§.ſi publico.ſ.ḋ adulte. ¶ Que ro qualiter probetur preuaricatio. Rñ.modus clarus eſſet probare per teſtes qui dicant accuſa torẽ colludere cũ reo.verũtamẽ puto ꝙ ſi iudex videat accuſatorez cũ reo uti ꝛ inuicẽ cõuerſari: iſtud ſit ſufficiẽs iudiciũ ꝙ iſte ſit preuaricator. probo quia ex accuſatione ꝯſueuerũt oriri inter accuſatorez ꝛ accuſatũ inimicitie capitales: ut.l. ſi inimicitie.ſ. de his quib⁹ ut indig. ꝛ.l.iij.§.ſi.ſ. de adi.lega. Si ergo reus ex hac accuſatione non indignatur preſumit colluſio. ſicut vir pſu mitur leno qui ex adulterio ſue vxoris non indi gnatur: ut.l.mariti lenociniũ.cum ſimi.in princi pio.ſ.de adul.

**Si quis autem.** Hic icipit tra ctare ḋ tertio ſcilicet de tergiuerſatore. Quero utrũ accuſatio turpil.ſit publica uel priuata.dixi in.l.i.ſ.de pu bli.iudi.ꝛ que ſit pena turpil.ꝛ eſt.v.librarũ au ri: ut.l.iij.in ſi.ſ.de preuari. ¶ Sed ad hoc op. ꝙ deſiſtenti pena imponatur extraordinaria: ut .l.qui crimen.C.qui accu.nõ poſ. So.quãdoqz aliquis deſtitit expreſſe ꝛ manifeſte: ꝛ tunc puni tur pena turpil.ut hic. ꝛ hoc eſt quod dicit tex. in.l.i.in prin.ſ.e. vbi in uniuerſum deſtitit ꝛc̃.i. in totũ. Quãdoqz quis non expreſſe deſtitit ſed tacite.ꝛ hoc tribus modis contingit.nã quãdo qz terminus ſtatuitur abſenti: ꝛ ipſe non uenit: ꝛ tunc punitur ꝓpter cõtumaciã pena extraordi naria non pena turpil.ut.l.qui crimen.C.qui ac cu.non poſ. Quãdoqz ſtatuitur terminus pſen ti ad proſequendũ ꝛ non proſequitur: ꝛ tunc vi detur deſiſtere ꝛ punitur pena turpil. ut.l.ſi ea. C.qui ac.non poſ. Quandoqz nullus terminus ſtatuitur a iudice: ſed ipſe accuſator infra tẽpus ſtatutũ a.l.non proſequitur infra bienniũ: tunc punitur pena illius ti.C.ut infra cer.tempus.q. cri.ter.

**Abolitio.** De hoc uidebitis in.l.abo litio.ꝛ.l.ſequẽti.j.eo.ti.

**Si plura.** Iſte.§.facit ad plures.q. Una eſt talis utrũ de plu ribus criminibus quis poſſit accuſari uno ꝛ eo dem libello. Item facit ad aliud.ſi ſtatutum di cit ꝙ uolens deſiſtere ſoluat tantũ pro qualibet accuſatione utrum intelligatur quelibet accuſa tio per ſe pro quolibet delicto.uel una accuſatio intelligatur idem unus libellus licet in eo plura contineantur delicta.de his duabus dixi in.l.li bellorum.§.pe.ſ.de accu. Item facit utrum ex bannitus pluribus exbannimentis debeat plu ries exbanniri uel ſufficiat una exbannitio pro omnibus bannimentis. Bl.format hanc.q.hic. dixi de hoc in.l.de pupillo.§.ſi in pluribus.ſ.ḋ ope.no.nũ.

Ex.§.ſequenti.

¶ An accuſatio ſit nulla cum perſone prohibi te accuſare accuſant.ibi. Circa. Et an ſindic⁹ te neatur denunciare maleficiũ ꝓpter qd nulla pe na imponitur: ibi. Item. Et an cũ aliquis eſt ac cuſatus de maleficio ꝛ cõparet reſpõdendo ꝙ non eſt culpabilis: an talem reſpõſionem iudex admittere debeat uide in ſi.

**Accuſationem.** Primo ponit unum dictũ. ſe cundo ponit dictum pap̃.quod uidetur ſibi ad uerſari.tertio ponit aliud dictum pap̃.quod ui detur ſibi conſonare. quarto ponit determina tionẽ ꝛ concluſionem omniũ precedẽtiũ. Secũ da ibi.at quin. tertia ibi. ad quidem. quarta ibi merito. ¶ No.ꝙ[b] qui deſiſtit ab accuſatione in ualida ſine abolitione incidit in turpil. excepta muliere ꝛ minore. ¶ Op.ḋ.l.ſi femia.C.e. So. ut dicã.j.e.l.mulier. ¶ Itẽ op.de.l.q̃rebat.j.e. So.ut ibi. ¶ Itẽ op.de.l.auxilium.ſ.de mino. Glo.ſol.hic ꝛ bene.ibi uolebat reſtitui: ut poſſz accuſare ſine metu calũnie: quod nõ licet qa re ſtitueretur aduerſus dolũ preſumendũ i futuꝝ ſed hic vult reſtitui quia deſiſtit: quod poteſt fie ri quoniã reſtituitur aduerſus dolũ pſumptum in preteritũ. Ad hoc facit quod no.p.glo.ꝛ per Di.in.l.i.§.aduerſus.ſ.de no.ope.nũ. ¶ Circa .l.iſtã extra glo.quero.ſi pſone[c] ꝓhibite accuſat que ponũtur in.l.qui accuſare.ſ. de accu. accu ſant an accuſatio ſit nulla etiã ſi nõ excipiat uel eſt opus exceptionẽ ꝓpõi.tex.hic in ver.at quin papi.uidet velle ꝙ debeat exceptio proponi.di cit enĩ ꝙ iſta accuſatio poteſt habere effectuz.ꝓ hoc etiam facit: quia ut videtis neceſſaria ẽ abo litio.ꝛ ſic videtur ꝙ tenuerit accuſatio.ꝛ hoc pu to verum. iſte eni ſunt[d] exceptiões que debẽt ꝓ poni ante lit.cõteſta.de quibus loquit.l.ſi mari tus.§.preſcriptiões.ſ. de adul. eodẽ modo di co qñ quis accuſat de crimine: de quo nõ põt ac cuſari ꝓpter tẽporũ curſum. nã debet proponi exceptio: ut hoc.§.in prin.ibi i preſcriptiõe po terat ſubmoueri. ꝛ probatur i.d.l. ſi maritus.§. preſcriptiones. idem dixi tibi quãdo plures ac cuſantur eodẽ libello procedit iudiciũ ſi nõ op ponatur: ut.l.ſi accuſatoribus.C. de accu. ꝛ ibi no.ſed certe ibi loquit quando plures accuſant unũ cum non poſſunt: quia tunc procedit iudi cium ſi non opponatur.tetigi in.l.hos accuſare .§.lege.C.de accu.ꝛ no. etaꝫ ſecundum unam opi.que eſt tertia opi.glo.in.l.i.C.ſi reus vel ac. mor.fue. Fallit in crimine adulterij: vt.l.ſi mari tus ſit.in mag.§.ſi.ſ.de adul. ¶ Iſte.§.facit ad .q.de qua uobis pluries dixi.cõmittitur in comi tatu maleficiũ ex quo nulla pena debet imponi an ſindicus[e] debeat denũciare.ꝛ iſte tex.in prin. ibi ꝛ contra mouet ꝛc̃. facit ꝙ ſic: qa qualecũqz ſit maleficiũ in cognitione iudicis eſt an mereat penã uel nõ.non in cognitiõe ſindici: ut hoc.§. in prin.quod tene menti. De hac.q.dixi ꝛ dicaꝫ in.l.i.§.diuus.ſ.de pub. Item facit[f] ad aliaꝫ.q. aliquis reus cõparet in iudicio reſpõſurus accu ſationi ꝛ audita accuſatione: ipſe reſpõdet ꝛ ne gat ſe eſſe culpabilez.dꝫ ne iudex admittere iſtã reſpõſionẽ: Rñdeo nõ: quia reus debet reſpon dere ſup facto utrũ fecerit uel non fecerit id ſup quo accuſatur. nã illud utrum ſit culpabilis uel non: ſpectat ad iudicẽ: vt hic.ꝛ.ſ.e.l.iij.in prin.

tex.ꝛ hic adde Bar.in.l.ſi qs in graui.§.marit⁹.ſ.ad ſill.ꝛ ibi late p Ro. ꝛ cũ Bar.cõcordat Saly.in.l.ea qdẽ.C.de accu.ꝛ Bar.i.l.diuus.ad ſi. ſ.de cuſto.reo. In cõtrariũ facit qd no.Bal.poſt glo.in.l.decuriões. C. de infami.ꝛ adde.l.ſi ſeruus.ꝛ ibi Bar.C.de his qui ad eccle.confugi.ꝛ iõ facit an ſindicus teneat denũciare maleficiũ caſu cõmiſſum. i quo bal. i.l.data ope ra.C.q accu ſa.in ṽ. que ro vtrũ. dic̃ ꝙ ſic: q2 illḋ eſt maleficiũ pꝛeter legez. ſecus dicit i maleficio cõ miſſo ad ſui defenſionẽ: q2 id ſit lege ꝑmittẽte. et limita: ut ꝑ Ang.in.d.l. ij. C. ut ne pꝛiua.

f ¶ Itẽ facit. Reus nõ po teſt reſpõde re: dico me non eſſe cul pabilẽ. ꝛ idẽ ꝯſuluit bar. ꝛ Fran.tigri in cõſilio qḋ incipit: ſup eo quod q̃ri tur vtrũ po teſtas ꝛc̃.nec allegauit ipe iſtã.l. ꝛ vide Bal. in.l.i. C.de lit.con teſt. vbi idẽ. ſecus in iudi ce.naz iudex ſufficit ꝙ ꝓ nũciet quez eſſe culpabi lẽ lz non cõ demnet: vt dicit Bal.in .l.ſi qs nõ di cam rape. in .iiij.col.C.ḋ epiſ.ꝛ cle. et cũ Bar. trã ſit in auc̃. cõ tra q ꝓpriã i vlti.col.C. ḋ nõ nume. pecu.vbi oĩ no vide ꝛ cũ Bar.tranſit ſimpliciter Ro.in.l.i.§. ſi quis ſim pliciter. de uerbo. obli ga.

pro hoc facit optime.extra de pur.ca.c.ſi.

Ex.§.ſequenti.

¶ An accuſatio ſuſpecti tutoris poſſit demādari:ibi.Uos debetis.

**Suſpecti.**[a] Suſpecti accuſatio tātū debet a preſide examinari.⁊ deſiſtēs ab ea uel ab accuſatiōe turpil.i hoc ſenatuſcōſultū nō īcidit.b.d.¶ Aduertatis contra hāc.l.op.ꝙ de ſuſpecto tutore poſſit cognoſci a quolibet delegato:ut.l.cognitio.in prin.ſ̄.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.⁊.l.i.§.qui aūt.ſ̄.ō ſuſpe.tu.Glo.dicunt poſt multa ꝟba in.ll.contrarijs.ſ.ꝙ preſes ſolus pronunciat ⁊ nullꝰ aliꝰ excepto legato a procōſule ⁊ pretore.⁊ ſic illud quod hic dicitur preſes prouīcie ponatur large ut cōprehendat etiā iſtos legatos proconſulis ⁊ pretoris.Ja.baldu.dicebat aliter.quedam eſt remotio que fit a iure eoipſo ꝙ quis poſtulatur ſuſpectus.⁊ de hoc poteſt cognoſcere quilibet delegatus:ut.l.cognitio.in prin.ſ̄.de offi.eius cui mā.eſt iuriſ.Quedā ē remotio que fit ꝑ diffinitiuā ſnīam:⁊ illā pōt facere ſolꝰ preſes:ut hic.Iſtā opi.Ja.baldu.Di.tenuit ſemel cū legeret ꝑ Fran.accur.d.l.cognitio.do.Fran.in ſequenti die legit ti.de iuriſ.om.iudi.ubi reuoluit eādē materiā meri ⁊ mixti imperij.⁊ tenuit glo.ſui patris:tunc quidam ſcholaris receſſit de ſcholis ⁊ iuit ad do.Di.⁊ do.Di.incontinēti miſit ꝑ ſcholas ꝙ uolebat diſputare illā.q.⁊ tenere opi.Ja.bal.⁊ reprobare opi.glo.⁊ iſtā diſſentionē audiui oretenus a dn̄o Cy.⁊ refert ipſe in.l.ſi.C.ō ſuſpec.tu.in lec.ſuperuenit poſtea Mar.ſyll.q tetigit ueritatē huiꝰ.q.nō tamē ꝑfecit uſquequaqꝫ.ueritas eſt.Uos debetis ſcire ꝙ accuſatio ſuſpecti fit ad duplicē finē.quādoqꝫ ad remouendū tutorē.quādoqꝫ fit ad puniendū.accuſatio que fit ad remouendū bene poteſt demandari quo ad cognitionem.ita loquitur.l.cognitio.in prin.ſ̄.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.Remotio autē eſt duplex:ut dicebat Ja.baldu.una q̄ fit a.l.eoipſo ꝙ poſtulatur ſuſpectꝰ:ut.l.ꝙ ſi forte.§.i.ſ̄.de ſolu.⁊.C.de ſuſpec.tu.l.eū quē.⁊ iſtā remotionē poſſet bene iudex delegatus declarare:quia.l.ipſa facit.Alia ē remotio que fit ꝑ ſententiā ⁊ illa nō poteſt fieri a delegato niſi ſit delegatus proconſulis uel pretoris:ut.d.l.i.§.q autem.ſ̄.de ſuſpe.tu.Quādoqꝫ fit accuſatio ſuſpecti tutoris ad puniendū.⁊ de iſta accuſatione ſolus preſes prouincie cognoſcit.caſus ē hic:nec de hac poteſt cognoſcere legatus pretoris uel proconſulis.Quādoqꝫ etiā ipſe pretor de hac non cognoſcit:ſed ad prefectum uel preſidē remittit:ut.l.i.in ſi.cū.l.ſeq.ſ̄.de ſuſpe.tu.⁊.l.i.§.ſolent.ſ̄.de of.prefec.ur.Et ꝙ iſte.§.debeat ſic intelligi apparet ex materia in qua iſte.§.eſt ſituatus.ſ.in accuſationibus criminalibus ad uindictam publicam:⁊ iſta eſt ueritas.¶ Ulterius procedo.dicitur hic qui deſiſtit a crimine ſuſpecti non incidit in turpil.Cōtra.crimen ſuſpecti eſt publicum iudicium:ut.l.iij.§.cōſequens.ſ̄.de ſuſpe.tu.ergo deſiſtens incidit i turpil.[b] So.nego primam:quia non eſt publicū iudicium.⁊ ideo non punitur ſenatuſcōſul.turpil.ſed alias extra ordinem:ut.l.⁊ i priuatis.⁊.l.ſi quis repetere.§.i.ſ̄.e.titu.Et ꝙ non ſit publicū iudiciuꝫ:dic ut dixi in.l.i.ſ̄.de pub.iudi.⁊ in.l.dāni.ſ̄.de dā.infec.Dicitur hic qui deſiſtit ab accuſatione ſimpliciter non incidit in turpil.Cōtra.ſ̄.e.l.§.i.vbi deſiſtēs ab accuſatiōe ſimpliciter incidit in turpil.¶ Huius timore quidā uariāt lec.huius.l.⁊ fatenſ cōtrariū.ſ.ꝙ incidūt i turpil.⁊ quod hic dicitur cōtra deſertorē ⁊c̄.intelligūt deſertorem militie.Hec opi.eſt falſa quia turpi.eſt crimen priuatum:ut.l.iij.in ſi.ſ̄.de preuari.iō deſiſtens a turpil.in turpi.non icidit:ut hic.⁊.j.e.l.in priuatis.¶ Quero hic dicit q accuſat hoc ſenatuſcon.non eſt accuſator:quid eſt hoc dictuꝫ.Glo.dicit non eſt accuſator:ut deſiſtens icidat in turpil.ſed bene eſt accuſator alias.Sed poſſemus forte dicere aliter.qui accuſat hoc ſenatuſcōſul.non eſt accuſator:ſꝫ magis delator ōferēs in fiſcū cām ciuilē ⁊ pecuniariā.hoc uidetur probari in.l.i.j.de iure fiſ.

Ex.§.ſequenti.

¶ Omnes inſtigātes ad accuſandū tenenſ turpiliano.Et poſſunt proſequi accuſationē.licet principales deſiſtant.

**Incidit.** Hic eſt notabilis textꝰ.uides ergo ꝙ tres puniuntur.ſ.mādans:⁊ ille per quem factum eſt mandatum:et mandatarius.⁊ etiā puniuntur iſti inſtigatores ⁊ ſubmittentes.¶ Opp.glo.de.l.athelerus ſeruus.ſ̄.de fal.So.ut ibi.¶ Itē op.de.l.ob hoc.ſ̄.de his qui no.infa.So.ut ibi.¶ Iteꝫ opp.ex glo.de.l.aut qui aliter.§.pe.ſ̄.quod ui aut claꝫ.vbi iſte per quem quis mandauit non tenetur.So.hic loquitur in delictis grauibus:ibi in leuibus.⁊ dicam de hoc plenius in.l.non ſolum.§.ſi mandatum.ſ̄.de iniur.¶ Iſtis contrarijs expeditis ex hac.l.nota ⁊ tene menti ꝙ crimie turpil.⁊ calūnie tenetur non ſoluꝫ falſus accuſator ſed omnes iſti ſubmittentes ⁊ inſtigantes[c].Secundo nota ꝙ inſtigantes ⁊ mandātes poſſunt proſequi accuſationem etiam principali accuſatore deſiſtente:quod eſt notandum quod apparet ex eo ꝙ inſtigator uel mandans incidit i turpil.ſi non probat ⁊ non proſequitur:ut hic.Dices tu iſte textus hoc non dicit:immo incidit in crimen calūnie uel turpil.propter calūniam uel deſiſtentiam ipſius ueri accuſatoris:ut dicit hic tex.niſi ſubornatus accuſator probauerit.Sed certe hoc non obſtante dico ꝙ poteſt proſequi.caſus eſt in.l.in ſenatus.in prin.j.e.quod tene menti.¶ Ultimo notaᵈ ꝙ illud quod dicitur ō iſto nuncio per quem mandatum tale eſt factuꝫ.nota contra nuncios per quos fiunt iſti tractatꝰ maleficiorum:ut puniātur.⁊ ſic eſt caſus ꝑ glo.que dicit.nota.argu.cōtra proſenetas:ut.l.ſciēte.ſ̄.de parrici.[e]

Ex.§.ſequenti.

¶ Appellatio an extinguat pronunciatum.Et an ad proſequēdum appellationis cām in criminali debeat citari procurator fiſci.

**Reus.** Nota ꝙ per appellationeꝫ extinguitur pronunciatum.¶ Opp.glo.ꝙ non extinguatur:ſed ſuſpendatur:ut.l.furti.§.i.de his qui no.infa.⁊ de tē.ap.l.finali.§.illud Glo.dicit illud eſt verum fictione iuris.Alibi tenet glo.contrarium.ſ.ꝙ vere non extinguatur:ſed ſuſpendatur[f]:ut.l.tale pactum.§.q

a ¶ Suſpecti.Adde quod not.bal.in.l.ij.ſ̄.de pena iudi.qui ma.iudi.

b ¶ Incidit i turpil.Et de iſta pena ſenatuſcōſulti turpil.uide oino Jo.an.in addi.ſpe.in ti.de accuſa.§.quinto imitandū ē vbi multoꝝ opi.refert.⁊ aliq ſunt caſus ⁊ pſone que nō incidūt:vt in.l.mulier.j.e.⁊ in.l.i ſenatꝰ.§.cos.⁊ in.l.cos.§.diuus.⁊ in.l.querebaſ.⁊ in.l.⁊ i priuatis.j.e.⁊ dicif in.l.i.de collu.detegen.ꝙ qn̄ cā ē allegata ante litē cōteſtatā niſi actio ſit fāoſa auctoritate reo.qō licitū ē d̄ſiſtere.Itē i cā criminali licet deſiſtere ꝑ gratiā itelligas.vel ſic intelligiſ.j.e.in.l.mulier.Lite v̄o nō cōteſtata nō lꝫ deſiſtere niſi auctoritate iudicis ⁊ cōſenſu rei niſi ꝑ talē accuſatorē reus ſit iſamatꝰ ⁊ poſitus ad tormenta ſic intelligiſ.l.ij.C.de aboli.Et adde no.per bar.i.l.queſitum.j.eo.⁊ uide in materia no.per bar.in.l.tranſigere.i.ij.col.C.de tranſactio.

c ¶ Incidit.⁊ inſtigantes.Nō ſolū falſus accuſator:ſed etiaꝫ oēs ſubmittentes ⁊ iſtigantes tenētur hac pēa:⁊ ipſi ēt mādantes q̄ſtionē ꝓſequi ac cuſatore nō ꝓſequēte.et uide bart.ꝑ illum tex.in.l.in ſenatus.§.an ad eos.j.eo.⁊ glo.i.l.ob hec v̄ba.ſ̄.de infami.

d ¶ Ultimo no.Portatores litterarum continentiū ꝓdimenta ⁊ traditores ⁊c̄.⁊ quid de illis qui committunt eis litteras ⁊ eos nubunt:vide i.l.i.ſ̄.ad.l.iul.maieſt.Idem dicit bal.i portante litteras ſcientes ſm̄ eū in.l.i.§.ne aūt.C.de cadu.tol.

e ¶ ſ̄.de parrici.uið bal.⁊ ange.in.d.l.ſcienter.⁊ bal.in.l.iij.§.ſi procurator.ſ̄.quod quiſqꝫ iur.in reportatis antiquis.lꝫ bal.contrarium teneat in.c.i.§.ſimiliter.de controuer.iueſti.

f ¶ Reus.ſed ſuſpēdatur.an per appellationē extinguaſ pronūciatuꝫ dic ut per bal.in repe.l.tale pactum.§.qui prouocauit de pactis.⁊ per alios i.l.qui a latronibus.ſ̄.de teſta.⁊ quod nō extinguat:ſed ſuſpendat probaſ.de iureiurā.c.veniētes.⁊ de re iudi.c.cū inter de appella.c.ſepe.§.qō ſi.ij.q.v.§.illud v.orientalis ⁊.c.ſi a iudice.de appel.in.vj.⁊ uide i ſpe.i ti.de appel.§.nūc breuiter.in prin.ſicut litterarū ⁊ per cano.i.c.paſtoralis.ō offi.dele.fallit aūt cōmuniſ ꝯcluſio i ſententia excōicatiōis que trahit ſecum execut.nec appellato extinguit nec ſuſpendit ꝓnunciatū.c.paſtoralis ō appel.⁊ not.bar.in.l.ſi ō ꝓprietate.et ibi glo.C.ſi a nō cōpe.iudi.Iteꝫ alio mō videſ limitare.Jo.an.i.c.iſ cui.de ſen.ex.in vj.⁊ uide plene bal.⁊ alios in.l.ſi cā cognita.C.de tranſac.⁊ uide bal.i.l.i.in.iij.col.C.ex delic.defunc.⁊ facit no.q̄ſtio quaꝫ poſuit bal.i.l.i.alias.ij.de exe.rei iudi.⁊ uide bal.i rub.C.de ap.et Jmol.⁊ ſequaces i.l.i.j.ō ap.Quid aūt in appellatione ab interlocutoria uide bar.i.l.furti.§.i.i ſi.ſ̄.de infami.quid i reſtitu.vide in.l.illud ſciēduꝫ.j.de appel.⁊ uide q̄ habes in.l.cos de re iudi.ADDE an ꝑ petitioneꝫ conſilij ſapientis ita extinguaſ uel ſuſpendaſ quēadmodū per appellationē Ro.cōſilio.cccxxv.

a ¶ Determinaui. ſi accuſatus ⁊ condemnatus ad penam fiſco applicandā appellet ⁊ ſententia feratur abſolutoria non citato procuratore fiſci ualeat. quod tene menti.

b ¶ Quero vtrū. vtrum iudex a cuius ſnīa appellatur debeat citari ⁊ quō. vide quod dixi in. l. de vnoquoq;. ſ. de re iudi. ⁊ adde bal. in. l. edita. i. xv. col. de eden. ⁊ in. l. ſancimus in. xij. col. alias. xiij. q. C. de iudi. ⁊ add᷒ qđ ſalv. i. l. ſi qs infami. C. ſi reus uel accu. mor. dixit ꝙ ſi iudex per modū inquiſitiōis ꝓceſſit in cauſa appellationis non ē citandus. l. coſ. §. ſuper his. C. de ap. ⁊ ꝑ alias rationes quaſ ibi vide ꝑ cuz ⁊ i materia uide omnino bal. i rub. C. ꝺ iudi. ad fi. ⁊ in. l. ꝓ hac. in. vj. col. C. de tēpo. appel. ⁊ Inno. in. c. olim. in fi. de accuſa. ADDE an iudex citandus ſit a cuiꝰ ſententia appellaſ Ro. conſilio. cccxliij.

c q Ui deſtitit. ſi admittiſ. an aūt ſi qs ꝓteſtatur ſe accuſaturū poſtea deſiſtit a tali ꝓteſtatione. an amplius audiatur tex. ē not. qđ no. i. l. miles. §. ſi ſocer. et ibi Bart. ſ. de adul.

d e T i priuatis. circa hoc qđ hic dixit gl. ꝙ in cauſa ciuili tractꝰ in iudicio ꝑ calūniam pōt puniri criminaliter: uide Bal. in. l. ſi tibi. C. de libe. cau. ⁊ uide quod habetur i. l. ſtellionatus. ſ. eo.

prouocauit. ſ. de pact. pro quo facit. l. quoniam multa facinora. C. ad. l. iul. de vi. ⁊ l. precipimꝰ. ante medium. l. C. de ap. ueritas eſt ꝙ in totum extinguitur: ut probatur hoc. §. quod apparet: quia ſecuta condēnatoria ſententia oritur actio ex ſententia cōfirmante non ex prima: ut no. C. de ap. l. eos. in prin. ⁊ ꝙ in totuz extinguatur tenet glo. hic ⁊ in dicta. l. furti. ⁊ l. i. ſ. de re iudi. ¶ Ultimo uides hic caſum ꝙ accuſator debet proſequi appellationem. pro hoc cōſului ſemel in curia ducatus. aliquis condemnatus appellauit utrum ad proſequendum appellationis cauſam debeat citari procurator fiſci. ⁊ uidetur ꝙ ſic: quia fiſco eſt condemnatus. Contrarium determinaui[a] per hanc. l. quia accuſator ipſe debet proſequi cauſam appellationis: ut hic. ⁊ l. iij. C. ſi reus uel accu. mor. fue. uidetur enim ſenſiſſe. l. talem accuſatorem ſindicum ⁊ procuratorem fiſci ad iſtam cauſam. Preterea probatur per rationem. nam inter fiſcum ⁊ priuatuz eſt iudex procurator ceſaris. ſed inter priuatum ⁊ priuatum eſt iudex preſes: ut. C. ubi cau. fiſca. per totum. ſed cauſe criminum licet tractentur de pecunia applicanda fiſco debent corā preſide tractari: ut. l. i. C. ubi cau. fiſ. ⁊ ſic patet ꝙ tractatur inter priuatos. ⁊ hoc eſt ueruz. ¶ Quero vtrū[b] iudex a cuius ſententia appellatur debet citari quando appellatur a cauſa criminali: ut iudex ueniat ad defendendum ſententiam ſuam. Inno. ponit in ca. cum ſpeciali. extra de appel. dicā in materia de appel.

Ex. l. ſequenti.

¶ Qui deſtitit ab accuſatione ciuili nō admittitur ad accuſandum criminaliter.

q **Ui deſtitit.** Lex iſta habet duas lec. ⁊ una eſt bona: ⁊ alia melior. ¶ Not. ex una lec. ꝙ qui deſiſtit ab accuſatione ciuili nō admittitur[c] ad accuſandum criminaliter ſuper eodem facto: quod tene perpetuo menti.

e **T in priuatis**[d]. Quero qđ vult dicere ⁊ in priuatis ⁊ extraor. criminibus. Glo. ponit plures expoſitiones. tene primam ut priuata dicantur nominata. extraordinaria dicantur innominata.

m **Ulier.** ¶ Opp. de. l. ſi femine. C. e. Plures ſolutiones dantur in glo. tu potes tenere de duabus unam. uel ꝙ mulier hic deſtitit pacto: in cōtrario deſtitit penitentia. Uel aliter hic loquitur in crimine falſi in quo licet deſiſtere: ut. l. atheletus ſeruus. ſ. de fal. ⁊ ibi not. ⁊ utraq; ſolu. eſt bona.

**Poſt abolitionem.** ¶ Oppo. j. e. l. ſi quis repetere So. hic loquitur in abolitione priuata. ſecus in publica.

Ex. l. ſequenti.

¶ Quando deſiſtens ab accuſatione incidat in turpilianum.

q **Ueſitum.** ¶ Oppo. ⁊ uidetur ꝙ deſiſtēs ante litis conteſt. teneatur crimine turpil. ut. j. e. l. in ſenatus. §. qui poſt. Huius contrarij timore fuerunt opi[e]. inter Jo. ⁊ Azo. ex una parte. ⁊ Hug. ex alia parte. dicit Jo. ꝙ deſiſtens ante litem cōte. incidit in turpil. i. in ſententiaz turpil. ut. d. l. in ſenatus. §. qui poſt. Hug. dicit contra. pro hoc alle. l. iſtam. Sed Joan. ad iſtam. l. reſpondet ꝙ non tenetur verbis: ſed ſententia. Item facit pro Hug. quia ante litem conteſta. non dicitur quis agere: ſed agere uelle: ut. l. amplius non peti. ſ. rem ra. ha. Ad hoc poteſt reſponderi ꝙ hoc uerum eſt in ciuili: ſecus in criminali. Item pro Hug. facit. l. miles. §. ſocer. ſ. de adul. ſed ibi libellum non dedit. Itez facit ꝓ hug. ſ. de in ius vo. l. libertus. ⁊ l. quāuis. ſ; ibi tex. loquitur in caſibus in quibus licet deſiſtere. Item facit pro hug. l. ſine metu. C. de adul. ſed ibi loquitur in perſonis que poſſunt deſiſtere: ut. l. in ſenatus. §. eos. j. eo. Quid dicemꝰ. Glo. cōiter tenent opi. Jo. per. d. l. miles. §. ſocer. ſ. de adul. ⁊ l. i. C. ad turpil. ⁊ Di. etiam. ſed Cy. i. d. l. i. C. e. dicit ꝙ poſt datum libellū ⁊ poſt datum fideiuſſorem de proſequenda lite incidit i turpil. ut ibi. ſecus ante lit. conteſta. quā opi. refert glo. in. l. i. C. ut intra cer. tēp. q. cri. ter. Mihi autem uidetur ſic dicendum[f]. quidaz ſunt caſus in quibus licet deſiſtere ex qualitate perſone accuſatoris: ut. ſ. e. l. i. §. accuſatores. in fi. ⁊ j. e. l. in ſenatus. §. eos. Quidam etiam ſunt caſus in quibus licet deſiſtere ex qualitate delicti: ut. l. athelerus ſeruus. ſ. de fal. Et de iſtis nō eſt querendum an incidant in turpil. ⁊ hoc modo poteſt intelligi hic. Quidam ſunt caſus in quibus non licet deſiſtere. ⁊ tunc eſt aduertendum de tempore. quoddam eſt tempus poſt lit. conteſta. ⁊ tunc nullo modo l; deſiſtere: ut. j. e. l. in ſenatus. §. qui poſt. ⁊ hoc ſecundum omnes. Quoddam eſt tempus ante litis conteſta. poſt datum libellum: ⁊ poſt datum fideiuſſorem de proſequenda lite: ⁊ tunc etiam non licet deſiſtere: ut. l. i. C. ad turpil. ⁊ quod no. in. l. i. C. ut itra cer. temp. q. cri. ter. Quoddam eſt tempus ante datum illum fideiuſſorem poſt productaz tamen accuſationem. Et hic eſt aduertenduz aut reus eſt iam citatus uel non ut reo citato nullo modo liceat deſiſtere: ut i auč. qui ſemel. C. quo modo ⁊ quando iu. coniuncta. l. abſentem. j. de penis. ante citationem vero rei liceat deſiſtere ſecundum ꝙ in ciuilibus licet. Quoddā eſt tempus ante accuſationem propoſitam: tamē poſtquā qui minatus eſt ſe accuſaturuz: licet de hoc dederit libellum preſidi uel principi. ſ. ꝙ uolebat accuſare: non ꝙ accuſabat: ⁊ tunc indiſtincte licet deſiſtere: ut. ſ. de adul. l. miles. §. ſocer. ⁊ hic.

a **B accuſatione.** Deſtitit. i. expreſſe depoſuit per actum accuſationi contrarium: ut. l. queſitum. ſ. de adul. ⁊ j. proxi. §. potes etiam ponere exēplum. Bar.

**Deſtitiſſe uidetur.** Scilicet tacite. Circa hunc. §. dic ut dixi. ſ. e. l. i. §. ſi quis autē.

Ex. §. ſequenti.

¶ Quid ſit notorū ⁊ quid manifeſtum.

**Nunciatores.** ¶ No. §. eſt pro ſindicis comita-

e q Ueſitū. fuerunt opi. Deſiſtens ante lit. conteſta. non incidit i turpil. ⁊ uide i materia ꝗ dixi i. l. i. §. ſuſpecti. ad ſi. ſ. eo. poſt bar. ⁊ late Cy. ⁊ doc. in. l. i. C. eo. per Jo. an. in addi. ſpe. i ti. de accuſa. in. iij. parte. §. qnto tractādū. in uer. i. ⁊ vide que no. Bar. i. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ſ. de adulte. in uer. iij. ⁊ bal. in. l. i. C. ut intra cer. tempus. ⁊ per doc. i. c. l; ꝺ accuſ. plene per bal. in. l. accuſationibus. in vlti. col. C. q accuſa. ⁊ Ang. in rubri. C. de in ius vocā. ⁊. Bal. in l. i. in. xvij. col. C. q accuſa. qui dicit ꝙ accuſator pꝰ li. conteſ. pōt cogi per iudicē ꝓſiſtere in accuſatōe: nec aliquo modo pōt deſiſtere niſi obtēta abſolutione. ſ; ante ꝗ; reꝰ reſpōdeat bñ pōt deſiſtere.

f ¶Sic dicē dum.No.ꝙ differētia eſt inf̄ deſiſtēte penit⁹ ab accuſatōe⁊ differentē ꝑceſ ſum:ita ꝙ labaſ inſtātia: ⁊ eū qui ē cōtumax infra tēp⁹ inſtātie differēdo ꝑceſſū. vt no. declarat bal. i.l.q crimē. ſ.ij.col.C.q accu.

a Bac- cuſatione.§.nunciatores euidēti calumnia. No. d̄ pena denunciatoris deſiſtētiſ ⁊ vide Bar. in.l.diu⁹.la.ij. de cuſto. reo.ō.Et qd de ſindico. vide.j. ⁊ facit quod no. Bar.in.l.in ſenat⁹.§. an ad cos.j.co.

b ¶Sed canoniſte hīt. que dicātur crimina notoria.⁊ an ſuper iſtis criminibus valeant ꝓbationes facte ordinario tramitte omiſſo dixi i.l.ij.§ ſi publico ō.de adul.et ad bart⁹. hic vide omnino Inno. in c.ſtatuimus de offi.dele.⁊ plene in.c. ſi.de cohab. cle. ⁊ mulie. ⁊ dicit Ioā. an.⁊ ibi do. an.in.c.cum ſpeciali.§.j. d̄ ap.ꝙ delictū dicif notoriū ſi quis d̄ delicto cōuictus eſt ꝑ teſtes cōtra q̄s nihil oppoſuit.vel ꝑ ſnīam a qua non appellauit:vel ſi fuit ꝯfeſſus et cōfeſſionem nō īpugnat.

tu.¶Quero exemplū hui⁹.l.Glo.ponit in curioſis ⁊ in alijs officialibus qui ſine inſcriptione habent denunciare:vt.l.ea quidem.C.de accu. ⁊.C.de curioſis.l.i. ¶Secundo circa.l.noſtrā quero quia hic eſt duplex littera.quidam habēt aſſiſtere.quidam habent abſtinere:que littera ē verior .Reſpondeo et pro hm̄oi declaratione premitto uobis ꝙ iſti ſindici et ceteri officiales qui denunciant ex neceſſitate officij non tenentur niſi de euidēti calumnia[a]:ut.l.tutorem.ō.d̄ his qui.ut indig.⁊.l.poſt legatuꝫ.§.aduocatos e.ti.Hoc premiſſo ſi quideꝫ habes aſſiſtere tex. ſtat proprie quia debent probare crimina que intendunt.alias punirentur de euidenti calumnia.Si habetis abſtinere ſimiliter procedit: q̄a poteſt abſtinere nec punietur de preſumpta calumnia:ſed puniref de euidēti calūnia.¶Quero qualiter punientur iſti ſindici : punientur ne crimine turpil.Glo.videtur uelle ꝙ ſic. ſed ueritas eſt ꝙ non puniuntur turpil .ſed puniūtur extra ordinem:ut.l.diuus.§.ſi.ō. de cuſto.reo. ¶Dicitur hic notorijs:quero que dicuntur notoria crimina.Tractatuꝫ de notorijs criminib⁹ non habemus in iure noſtro:ſed canoniſte habent[b] tractatum longum:⁊ Spe.ponit in ti . de noto.cri.⁊ eſt modus procedendi per ſe de notorio crimine.quod dicut in.d.ti.de noto.cri.⁊ Cy.C.de accu.l.ea quidem tāgit aliqualiter. tñ q̄tum ad propoſitum noſtrum ſecundum doc. noſtros notoriuꝫ dicitur proprie illud quod habet cauſam permanentem.illud uero quod habet cauſam momentaneam dicitur magis manifeſtum q̄ notorium:ut.l.ciues.⁊ ibi no.C.de appel.hoc probat tex.in auc̄.qui ſemel.C.quomodo ⁊ quando iu.ubi proponere edicta poteſt facere aliquid tranſiri in notoriū:quia habet cauſam permanentem.ſed vox preconia paucis innoteſcit quia habet cauſam momentaneaꝫ. pro hoc facit ꝙ no .ō. qui ſatiſ.cog.l.ſi uero .§.qui pro rei.Sed canoniſte dicunt aliter. ¶Sed circa hoc inſtatur.ſi crimina notoria ſunt denunciata ad q̄d d₃ aſſiſtere nunciator.Reſpondeo potes intelligere notoriuꝫ proprie.i.ualde manifeſtum:⁊ tunc habet neceſſe aſſiſtere ut probet eſſe notorium.Item poteſt intelligi notorium ut dicatur notorium ipſa denunciatio: que inducit crimen in notorium ⁊ tunc debet aſſiſtere ut probet crimen . ⁊ iſte due expoſitiones tanguntf hic i glo.i. ⁊ in glo.ſup uerbo aſſiſtere

## Calumnie.

¶Op.ꝙ teneatur crimine iniuriarum non d̄ calumnia:ut.l.lex cornelia.§.ſi quis li.ō. de iniur.⁊.l.quod ſenatus.e.ti.Glo.fatetur ꝙ punitur crimine iniuriarum non crimine calumnie. ſed ſecundum hoc non faceret ad hunc ti .ideo glo.dicit intantum facit ad hunc ti.q.d. ille qui in illa accuſatione calumniatur crimine calūnie punitur:⁊ ſic apparet ꝙ illud eſt crimen publicum . Sed certe ego dixi in.l.i.ō.de pu. iu. ꝙ crimen de quo lequitur.l.ꝙ ſenatus.non eſt publicum iudicium eo modo quo appellantur publica iudicia in.l.i.ō.de publi.iu.ſed tamen hec lex non probat ꝙ in.l. ꝙ ſenatus. illud crimen ſit publicum quia etiam qui calumniatur in priuato crimine punitur de calumnia :ut no.in.l.i. § .ō.eodem.ti.

## s Iquis repetere.

Uos habuiſtis in.l.libellorum .§.ſi.ō. de accu.⁊ uidebitis ſtatim.j.e.in.l.aut priuatim §.ſi.quia poſt abolitionem impetratam licet repetere reuꝫ infra.xxx.dies. modo queritur utrū tempore quo reus repetitur poſſint obijci exceptiones que ante obijci non poterant. Reſpondetur hic in tex.cōtra hunc tex.habuiſtis caſuꝫ. ō.de accu.l.hos accuſare .§. hoc beneficio. ſol. vt ibi dixi.hic non repeto.

Ex.§.ſequenti

¶An poſſit conueniri iniuriaruꝫ q contra me egit ciuiliter calumnioſe.

## Si ſtelliōatus.

Uides ꝙ i priuatis criminibus non habet locum ſenatuſconſul.turpil. ſed punitur officio iudicis extra ordinem: ut hic . ⁊ in.l.⁊ i priuatis.ō.e.⁊.l.i.§.ſuſpec.ō.e.¶Querit glo.aliquis egit contra me ciuili actione calumnioſe an poſſit conuenire actione iniuriarū. videtur ꝙ non:quia in ciuili iuratur de calumnia.per hoc tollitur actio iniuriarum que competit pro calumnia:ut iſti.de pe.te.li.§.i.¶In contrarium uidetur quia etiam in criminali iuratur de calumnia:ut.C.de iura. calum. l.i. ſed in criminali quis poteſt de calumnia accuſari. ergo etiam in ciuili.Reſpondeo .ꝙ actione iniuriarum poteſt conueniri . caſus eſt in .l. apud labeonem.§.ſi quis non debitorem.ō.de iniur. ⁊.l.ſi creditor.⁊.l.ſi iniurie.ō.de iniur. non ob. quod dicitur de iuramento calumnie: quia fateor ꝙ excuſat a calumnia preſumpta nō ab euidenti:ut dixi.ō.e.l.i.§.queri poteſt.

## a Bolitio.

Hic iuriſcon . incipit tractare ſecundam partem rubrice:ſcilicet de abolitionibus. ¶No.id quod dicit tex . ꝙ eſt nota. ꝙ triplex eſt abolitio.ſcilicet publica:legalis: et priuata.

Ex.l.ſequenti.

¶Abolitio quid ſit.

## a Ut priuatim.

## Triginta dies.

¶Quero an per abolitionē publicam recedatur totaliter a prima inſtantia. Glo.hic videtur dicere ꝙ non: quia iſta repetitio que ſit redeundo ad primam inſtantiaꝫ:nec enim totaliter prima accuſatio perimitur . vide glo.que incipit:licentia:ibi:⁊ nota.⁊c̄. Cy.in.l. i.C.de aboli.dicit ꝙ iſta glo.eſt falſa per.l.libellorum.ℽ.ꝙ ſi libelli.ō.de accu.dicit eniꝫ ꝙ abolitio nil aliud eſt q̄ nomen rei aboleri inter reos ⁊ eum a iudicij inſtantia abſoluere:⁊ hoc uidetur probari.j.e.l.interueniente.circa ſi.pro hoc etiam diffinitio abolitionis quam ponit glo.C. de aboli.in rubri. tñ hoc non obſtāte puto glo: verum dicere.nam rei nomē aboleſ per publicā abolitionē: et per legalem cum⁹ licētia redeundi ad accuſationē infra.xxx.dies: ⁊ ſic cū licētia repetendi.nō eſt ergo abolitio ſimplex:ſed conditionata :merito ad eandē inſtitiā pōt redire. hoc ꝓbat hic tex.⁊ glo.dixi etiā in.l.libellorū in ſi.ō.de accuſa.

## q Uerebatur.

¶Qñ quis ac cuſationē nō proſequif: quia iudex exceptioneꝫ tp̄is obſtare pronūciat in turpil.nō incidit.h.d. ſm̄ verā lec. ¶Op.d.l.i.§.accuſatiōes.ō.e.Glo.dat plures ſo.breuiſ teneatis iſtā ꝙ hic omiſit ꝓſequi cām. quia iudex ꝓnunciauit illā exceptionē obſtare.⁊ iſta exceptio habet vim abolitiōis. merito in turpil.non incidit.

c Uerebatur. Qui deſiſtit eo. q: iudex pronūciauit non eſſe ꝓcedendū nō incidit in turpil.et qñ q̄s dicaſ deſiſtere.vide glo. notab.et ibi bar.in.l. papi.§. i.ō. de inoffi. teſta.

a i N ſenatus per inſtrumentū. vtrū delictū poſſit ꝓbari ꝑ inſtrumentū. adde no.per Innocē.i.c. ſtatuimꝰ de offi.dele. ⁊ bal.in.l.contra negantē.C.ad.l.acql.⁊ in.l.ij. ff.d ſeruis.⁊ vtrū ꝑ priuatā ꝓſcripturā ꝓbetur delictū.vide bar.in.l.nō.itelligit.§.tacita.j.de iure fiſ.⁊ dicit Jo.an. poſt hoſti.in.c. cū ad ſedem.de reſti.ſpoli. ꝙ violētia poteſt probari ꝑ inſtrumētū. ſ; io.an.i mercu.i.c. qd directo diſputando tenet ꝙ nō poteſt ꝓbari:niſi inſtrumentum cōfectū fuerit de voluntate partiu;. adde glo. in c.cum in eccleſijs d maio.⁊ obedi.⁊ de hoc ꝑ io.an.in regula ſemel malus de regu.iur. in mercur.⁊ Baldꝰ. poſt cy.in.l.fina. C.de proba. ⁊ hoc durū. Adde ⁊ uide ca. his que de maio. et obe. ⁊.ca. ſ; ꝯſtitutionē. de vbo. ſig. in.vj. ꝑ Saly.i.l.ſinguli.C.d accu. dicit tñ bal. ꝙ iſtud fallit niſi eēt notariꝰ officialisꝰ quo caſu crederet ſibi de delicto ſ; cū in rubri. C. de fi. inſtru. in ver.ſ; adhuc dubitatur.ſed cōtumacia bñ ꝓbatur per inſtrumētū ſ; bal.in.l.i.C. quo. appel. de quo uide per Jo.an.i rub. d iſtru.edi.i.iij. col.

b An ad eos. ſecundo quero.an ille ad cuius inſtigationē iudex inquirit teneatur pena turpil. et uide glo.i.l. ob hec vba. ff.de iſami.

## I interueniente.

s Qui reum nō repetit publica abolitiōe interueniēte in ſenatuſcō. nō incidit. h.d. Hic videt tex.ꝙ ꝑ abolitionē iſtātia extinguat:et ꝙ reus a iudicio eximat. ſed vt dixi vobis in.l. aut priuatim in fi.ff.e.iſta exceptio fit ſub cōditione niſi infra.xxx.dies repetatur.

## Iuus.

d Uide glo.q̄ incipit:non noie.⁊c̄. Uidetis hic gl. que dicit tutorē nō poſſe accuſare noie pupilli.ſed ego tenui vobis cōtrariū in.l.ij.ff.de accu.tamē ex hac.l.habetis practicā:vt tutor dicat ſe accuſare cā pupilli ⁊ pro pupillo:licet non dicat nomine pupilli.

Ex.l.ſequenti.

An per inſtrumentum poſſit ꝓbari delictu;.

## N ſenatus.

i Not. tex. qui dicit hoc autem uerbum peregiſſet. debet ergo accuſationem peragere non ſolum qui accuſat ſed etiam inſtigator: ut hic. ⁊ dixi.ff.e.l.i.§. incidit. Quero quid vult dicere tex. ibi: quiq; cyrographum. Glo.exponit duobus modis.vno modo ꝙ loquatur in cyrographo in quo cōtinetur ſe daturū pecunia; ſi accuſaret.⁊ iſte dicitur iſtigator:⁊ punitur:ut.ff.e.l.i.§.incidit. Et alio modo dicit gl.cyrographū quo cōtinebātur ꝓbationes per quas delictū poterit probari. ita no.hic in.i.glo.in fine.ex hac glo. nota ꝙ inſtigator dicitur qui parat accuſatori probationes. vidiſtis.ff.eodē.l.i.§.incidit. Secundo not. ſecundum hanc lec.ex iſta glo. ꝙ delictum poteſt probari per inſtrumentum. hāc.q.diſputauit Jaco.de are.quam refert Cy.in.l. penul. C. de proba. ꝙ per inſtrumentum poſſit probari delictum.uidetur caſus nota.hic.⁊ nota.in.l.cōtra negante;.C.ad.l.acquil.⁊.C.quo.ap.non reci.l.ii. In contrarium uidetur tex.in.l.diuus.ff. de cuſto.reo.⁊.ff.de teſti.l.iii.§.idem diuus. ibi teſtibus non teſtimoniis eſſe credendum. Dic breuiter quoddam ē maleficium quod committitur contrahendo:⁊ illud poteſt probari per inſtrumentum ut hic. facit.ff. de his qui nota. infa.l.quoniam.⁊.C.de ſepul.uio.l.i.ſi enim facimus ſocietatem ob aliquem accuſandum uel nō accuſandum: certe poterit probari iſta ſocietas per inſtrumentum. Queda; ſunt delicta que aliter committuntur: ⁊ tunc ſi uolo producere inſtrumentum ad probandum aliquod adminiculum circa delictum: ut quia uolo probare ꝙ dediſti damnum in re mea.ad probationem dominii produco inſtrumentum tunc poſſum.idē ad probationem adulterii produco inſtrumentum quo probatur matrimonium.hoc poteſt fieri ut.l.contra negantem.⁊ quod ibi nota.C.ad. l.acquil.ſic poſſet intelligi.l.ii.C.quorum ap.nō reci. hoc etiam modo poſſet intelligi hic.Si vero uolo probare ipſum maleficium directo per inſtrumentum: ut quia cu; tu percuteres aliquē ille dixit notario ſcribas ꝙ talis me percuſſit: tunc delictum per inſtrumentum non poteſt ꝓbari ut.l.diuus.ff. de cuſto. reo. ⁊.l.iij. §. idem diuus.ff de teſti. quia iudex debet audire teſtes qui dicant hoc:vt in auc.apud eloquentiſſimū.

c Eos.⁊ tunc incidunt.Hec ſolutio nō ſapit: cu; dicta diſtinctio loquatur in obliga.ſed imo uidet potiꝰ dicēdū per hunc.§.ꝙ qui nō pōt accuſare deſiſtendo non incidit in turpil.fateor hoc. ſed inquantū dicit ꝙ maritus nō pōt accuſare id uerū puto ſi cōſiderat ut maritꝰ. alias nō.ar.ff. ad inge.§.quāuis.ff.de iure patro.vnde ad propoſitū quādo maritꝰ accuſat uxorem de adulterio aut accuſat iure mariti. ⁊ tūc quia ꝯſideratur ut maritus puto uer. ꝙ ſicut non pōt accuſare ſic deſiſtēdo nō icidit i turpilia. ⁊ ſic loqtur.l.is cuiꝰ.§. fina.ff.e. ⁊ ꝓbat hoc qa ſi diceremus ꝙ non teneatur de calumnia:ut dicit gl.magna i principio.l.iur.mariti.ff eo. cū priuilegium dicat cōtra ius cōmune.l.i.ad municipi.Itē hoc uidet ꝓbari i dicta.l.iure mariti.C. e. ibi du; dic. ſi non elapſi ſunt.lx. dies ⁊c̄. ubi icludit clare ſolū ꝙ quādo infra.lx. dies accuſat releuat a calumnia: ſecus ſi poſt. Aut accuſat iure extranei pꝰ.lx. dies:⁊ tenet de calumnia cū extraneꝰ teneat. nec obſtat iſte.§. quia cum accuſat iure extranei nō cōſideratur ut maritus:ſed ut extraneꝰ. igit ⁊c̄.ar.ff. de adop.l. q duos.

d Qui poſt. ADDE ut per ſpec.i ti. de accuſatione. i. iij. pte.§. qnto loco. vſi.ſed ꝯ ⁊ ibi Jo.an.

.C.de fi.inſtru.⁊ in dicto.§.idem diuus.

Ex.§.ſequēti.

An contra iudicem inquirentē habeat locum ſenatuſconſul. turpilianū. Et an etiā ille teneatur turpil.cuius inſtigatione iudex inquirit.⁊ an illi q ex forma ſtatuti accuſant incidāt in turpil.

## An ad eos.

Circa iſtam.l.quero de duabꝰ.q. ꝑma an cōtra iudicē inquirentē de maleficio habeat locū ſenatuſcō.turpil. ⁊ tex.hic videt ꝙ ſic.ibi ex̄ ordinē cognoſcunt.ſed glo.volens hoc euadere exponit cognoſcunt.i.cognoſci poſtulant. ⁊ ſic nō loquit de iudice.quid dicemꝰ.breuiter iudex inquirens ex neceſſitate officij a calūnia ꝑſumpta excuſat: vt patet ex oībus regulis quas dedi in.l. ij.§.ſi publico.ff.de adul.ergo excuſatur a pena turpil.niſi ſit in euidenti calūnia: vt.j.proxime. Secundo quero an ille cuius inſtigatōe iudex inquirit teneat pena turpil. et hic eſt tex. ꝙ ſic.ibi extra ordinē cognoſcūt.i.cognoſci poſtulant: ⁊ ſic iſti tres condēnabunt in expēſis ſicut ꝑncipales accuſatores.ar.ad hoc.ff.ꝓxi.et.ff.e. l.i.§.incidit. Item no.ex hac.l.ar.cōtra illos qui hodie ex forma ſtatutorū accuſant incidere in crimen turpil.

## Eos.

Op.C. de adul.l.abolitionē.⁊ d l.qui cu; maior.§.ſed ſi minor.ff.d bo.lib.So.ſpeciale eſt vt ꝑdicti.ſ.maritus ⁊ patronus excuſant a calūnia:niſi ſint in euidēti calūnia:vt vidiſtis.ff.de adul.l.ſi vxor.§.ſi.ita hic ſi ſunt in euidēti calūnia qn̄ deſiſtūt:vt quia euidenter conſtat ꝙ poſſunt ꝓbare maleficiū ⁊ deſiſtunt.vel deſiſtūt ꝑ pecuniā: ⁊ ſic per calūnia; ⁊ tunc incidūt in turpil.v.ll. cōtrarijs alias ſecꝰ vt hic.verūtñ alij:vt Azo legunt hanc.l.alio mō vt ponit in fi.glo.que lec. eſt vera i ſe:tñ nō congruit littere:quia tex. nō querit vtrū poſſit accuſare vel nō.ſed vtrū incidat in turpil.vel non.

## Si propter mortē.

No.ex h tex. ꝙ accuſator etiā poſt mortē rei debet proſequi crimen ꝓpter bona: quod eſt i caſu in quo non tollitur crimē morte.quos caſus habuiſtis.ff.de accuſa.l.ex iudiciorū. Ultimo vide glo.ſuper verbo non ideo ibi.ſed argu.contra in.§.ſi homo.So.dic vt ibi. Ite; ibi in.l.i.§.ſi.So.vt no. per Dy. in.l.totum.ff.de impen. in re.do.fac. ⁊ per Cy.in.l.ad cōparandas.C.manda.

## Qui poſt.

Hic uidetur tex. ꝙ āte lit.cōteſta. quis non poſſit deſiſtere niſi ſit impeditus.ſed Hug.ſubaudit maxime.alij non ſubaudiunt.dic ut dixi.ff.e.l. queſitum.

Ex.§.ſequenti.

Stante ſtatuto ꝙ cōmittens homicidium cōdemnetur in mile ⁊ ſtet ad confinia per.xx.ānos a die facte condemnationis: ⁊ cōtingit ꝙ unus propter homicidium ponatur ad confinia ⁊ pēdente decēnio cōmittat aliud homicidium: an decēnium ſecundum incipiat a die finiti decennij primi:an a die condemnationis ſuper ſecundo.

## Quanquam.

Hic eſt bonus ⁊ nota.caſus.hic.§. conſueuit cōiter allegari pro caſu i.q. pulcherrima.

a ¶Quanquã ſtatutũ hic eſt. Queſtio pulcherrima eſt iſta. ⁊ uide quod notat Innocen. de electio. c. cum in cunctis. ⁊ textus nota. in l. aut damna. §. ſi quis. ǰ. de penis. ⁊ inſtitu. de iniur. §. ſed hodie. ⁊ uide in ſimili queſtione notata per glo. in cle. ij. de magiſtra. ⁊ etiam uide Jo. an. in preallega. ca. cũ in cũctis. ver. triennio. ⁊ in addi. Spec. in ti. de penis. i fine principij. Et quid de dilatione data alicui p l. an confundatur cuꝫ dilatione conuentionali: uel icipiat a die primi termini conuẽtionalis. uide Bal. in l. fin. C. de repu. here. Itẽ facit tex. i. l. capite quinto. ff. de adulte. ⁊ quod in ſimili nota. Barto. in l. finali. §. quotiens. de publica.

b ¶Ad ꝑpoſitum. Adde notata in ſimili per bartolum in l. ſi ſtipulatus eſſem ita abs te. ff. de verbo. obligationi. ubi allegat iſta iura.

c ¶l. ſi uſufructus. Et uide ibi bar.

d Omicianꝰ. factũ fuit ſtatutum. Limita tamen iſta niſi eſſent exbãniti uel carcerati ob crimen falſi: vt no. dixit barto. in l. luciꝰ. ǰ. co. ⁊ de hac eadẽ q̃ſtione ď qua hic per bar. uide ꝑ eum i repe. l. ſi is q pro emptore in .xix. col. ff. de uſuca. ⁊ i l. oẽs populi. in .v. q. ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ in l. cuꝫ lex. ff. ď legi. ⁊ in l. ij. ff. ď cuſto. reo. et uide per Jo. an. in ſpe. de obliga. ⁊ ſolu. §. i. ver. diſputauit franciſcꝰ ⁊c̃. ⁊ hic adde Ange. in l. libellorum. §. fi. ff. de accuſa.

ſtatutum hic eſt[a] ꝙ cõmittens homicidiũ condemnetur in mille: ⁊ ſtet ad confinia per .xx. annos a die facte condemnationis. contigit ꝙ unus fecit homicidium ⁊ pendẽte primo decennio iterum aliud homicidium cõmiſit. queritur utrum decennium ſecundum incipiat a die finiti decennij primi: an a die condemnationis ſuper ſecundo late. Et dicunt quidam hic eſt tex. ꝙ a die condemnationis late ſuper ſecundo nõ inſpecto decennio primo. ita dicunt quidã. hãc .q. uidi ter diſputatam. primo quidam antiqui diſputauerunt. ⁊ poſtea diſputauit eam Ja. bu. ⁊ Rai. de forli. in diuerſis terminis: ſed punctꝰ erat idẽ. vos debetis ſcire ꝙ ſpecies nõ recipiũt duplicationem: ut. l. lucius. §. impuberem. ff. de le. ij. ⁊ l. plane. §. i. ff. de leg. i. Modo ad propoſitum[b] iſtud decenniuꝫ quo quis debet ſtare ad confinia poteſt poni quandoqꝫ ut ſpecies. uerbi gratia ſtet ad confinia per .x. annos a die cõdemnationis facte: ⁊ tunc ponitur tempus ut ſpecies. loquitur enim ita de illo decennio ꝙ non de alio. ita procedit dicta determinatio ꝙ a die cõdemnationis ſecundo facte currat decennium ſecundum. non ob. ꝙ decennium primum non ſit finitum. eſſet enim aliud decennium: ut. l. ſi uſufructus[c] mihi in biennio. ff. de uſufruc. le. Sꝫ ſi tempus apponitur ſimpliciter ⁊ determinate: vtputa ſtet ad confinia per decennium: nec dicitur de quo decennio: tunc uidetur ꝙ debeat incipere nouum decennium a die finiti decẽnij primi: ⁊ tempus quo fuit ad confinia propter aliud non imputetur illi tempori. ar. pro hoc. l. ſeruus qui in teſtõ. §. i. ff. de ſta. lib. iſta uidetur mihi ueritas.

Ex. l. ſequenti.

¶Si fiat ſtatutum ꝙ banniti liberentur a banno ſoluendo certam quantitatem taxatam pro qualitate maleficij: an banniti poſiti in carcere pro dicta cauſa debeãt liberari. Et ſtatuto quo diſponitur ꝙ ſoluens condemnationem .ǰ. x. dies liberetur a quarto pluri gaudent etiam carcerati.

d **Omicianus.** Habui ſemel de facto hanc .q. factum fuit ſtatutum[d] in ciuitate piſana ꝙ exbanniti liberentur a banno ſoluẽdo certam quantitatem taxatam ſecundum qualitatem maleficij pro quo erãt exbanniti. modo quidam exbannitus erat poſitus in carceribus. quero utrum ex uigore illius ſtatuti debeat relaxari. Ego dicebam uidetur ꝙ non per caſuꝫ huius. l. ⁊ idem uidetur tex. in l. ij. ff. de cuſto. reo. puto ꝙ ueritas eſt in contrariuꝫ. Pro cuiꝰ euidentia debetis ſcire[e] ꝙ iſta generalis abolitio non dimittit crimen quia ex eo crimine poteſt repeti ab eodem: ut. l. ſi quis repetere. ⁊ l. aut priuatim. §. fi. ff. e. ⁊ ideo carcerati non relaxantur ne iudicium finiatur: quia ſi relaxarentur forte fugerent: ⁊ ſic iudicium eſſet fruſtratoriuꝫ: quia poſtea non poſſet repeti. hec eſt ratio hic. ſꝫ pone in ſpeciali abolitione poſtquam repeti nõ poteſt quis: ueruꝫ eſt ꝙ non poteſt repeti ab eodeꝫ ut ibi: ſed ab alio ſic: ut. l. hi tamen. §. fi. ff. de accu. ⁊ l. mulier. in fi. ff. e. ⁊ l. i. C. de abolitio. ⁊ certe illa abolitio ſpecialis porrigeretur ad carceratos: ut. l. ſi. circa prin. C. de aboli. ita dico in propoſito cum per tale ſtatutum exbannitus ſoluẽdo certam quantitatem dimittatur de banno ⁊ ei dimittitur crimen: ita ꝙ ammodo ipſe repeti non poteſt: merito talis reformatio porrigitur ad talem exbannitum carceratum: ſed ſi eſſet facta reformatio per quam quis totaliter de banno non eximitur: ita ꝙ delictuꝫ non remittitur: ſed differatur. uerbi gratia. tempore guerre eſt factum ſtatutum ꝙ exbanniti habeant ſecuritatem durante guerra: tunc talis reformatio non extenditur ad carceratos per hanc. l. ¶Ultimo dicit Di. ꝙ l. iſta eſt in argu. ꝙ ſi cauetur ſtatuto ꝙ ſoluens infra deceꝫ dies habeat beneficiũ quarte partis ꝙ iſtud ad carceratos non porrigitur: ſed ueritas eſt in contrarium: ut dixi. ff. ga beneficia per que pena tollitur ad carceratos pertinent. ſecus in beneficiis per que pena differtur: ut. ff. dixi.

e ¶Debetis ſcire. An iudex inquirens ⁊ deſiſtẽs incidat in turpil. ⁊ ideꝫ in iudice falſo inquirente. Adde Bar. in d. §. ſi publico.

f Ucius. ſine abolitione. An in crimine falſi. concedi poſſit abolitio.

l Adde bal. in l. ſi. in fi. C. de abolitio.

g ¶Non porrigit. Statutũ qď carcerati relaxent non icludit carceratos de crimie falſi adde quod nota. dixit guil. decunio. in l. ſꝫ ſi ex parte. §. quanquã. ff. quod cũ eo. per illuꝫ tex. no. ꝙ ſi alicui eſt cõceſſum priuilegium nõ teneat reſpondere creditoribꝰ ſuis uſqꝫ ad .x. annos quod nõ extenditur ad debitores ex cauſa delicti ⁊ per hoc. ff. de re iudi. ſi reuꝫ. ⁊ quod no. gl. i auc. de man. pri. §. ꝙ delinquẽs. i ṽ. ut nocentis. ꝑ illũ tex. ⁊ adde qď uidet trahi ad carceratoſ quoſcũqꝫ etiã ob enorme ſcelus. ſm bal. in l. iij. C. de epiſ. audien. ubi uiď bar. ⁊ ad bar. hic adde Ang. i l. libellorꝫ. §. fi. ff. de accuſa. ubi etiã ꝙ nõ porrigitur ad delicta liquida. p. l. fi. C. de aboli. ⁊ ibi Bal. ⁊ doc. ⁊ Bar. hic ſequit Pe. ď ancha. in c. canonũ ſtatuta. in ṽ. ſꝫ ali. q̃rit bar. de conſti. et adde qď dixi in l. de pupillo. §. ſi pluribꝰ. ff. de ope. no. nunci. ADDE an i dulgentia facta bannitis trahatur ad carceratos ꝙ conſuluit bal. in ciuitate Brixie ꝯſilio .cclv. iij. libro.

Ex. l. ſequenti.

¶Statutum de carceratis relaxandis uel rebãniendis non comprehẽdit carceratos uel bannitos de crimine falſi.

l **Ucius.** Ad crimina in quibus ex utraqꝫ parte incũbit onus probandi abolitio non porrigitur. hoc dicit. ¶Oppo. de. l. ſi interueniente. ff. e. ubi quis non cogitur repetere accuſationem poſt abolitionem. Solu. ibi loquitur in criminibus ad que abolitio ſe extendit: hic ſecus. Sed contra hoc uidetur: quia in crimine falſi licet deſiſtere etiam ſine abolitione: ut. l. athelетus. ff. ď fal. Reſpondeo duas ſolut. poſſumus dare ꝙ ibi eſt ſpeciale. ſ. quando loquitur de crimine falſi. ſ. teſtimonij: ut ibi. uel aliter ibi loquitur in eo qui non accuſauit: ſed quedam uerba dixit. ſ. ꝓbaturum ſe: ⁊ iſta forte eſt melior. nam regulariter uidetur ꝙ in crimine falſi non admittitur deſiſtentia: quod apparet: quia in quibuſdam perſonis eſt ſpeciale: ut poſſint deſiſtere: ut. ff. e. l. queſitum ⁊ l. mulier. ⁊ l. i. §. accuſationem. ver. at quin. ff. e. ⁊ iſtud putareꝫ uerius. uel aliter poſſumus dicere ſuſtinendo hanc opi. quam. ff. dixi modo ꝙ omnes leges que dicunt ꝙ in crimine falſi licet deſiſtere ſunt uere quantuꝫ ad hoc: ut non perdat cõmodum ex illo teſtamẽto uel ſcriptura quam dicit falſam: ut. l. athеletus. ff. ď fal. ⁊ l. papi. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta. ⁊ l. alia. C. de his qui. ut indi. ſed quantum ad penã turpil. non licet deſiſtere ſine abolitione[f] conceſſa ex certa ſcientia: ut. ǰ. dicam. ¶Item oppo. C. de fal. l. ſi docueris. dicit glo. ibi ex certa ſcientia fuit conceſſa generalis abolitio uel ſpecialis: ut porrigatur ad crimen falſi. alias ſecus. ¶Quero quid de abolitione ſpeciali. Reſpondeo idẽ quia non poteſt in iſtis criminibus cõcedi: ut. l. fallaciter. §. fi. C. de aboli. ſecundum hoc habes argu. immo eſt caſus quaſi ꝙ ſtatutum quod ſit de carceratis relaxandis non porrigitur[g] ad carceratos ob crimen falſi niſi hoc ſpecialiter ſit dictũ uel ſenſerunt de hoc ſtatuentes: ut. ff. dixi. idẽ ſi ſit ſtatutuꝫ de aliqbus rebãniendis: ut nõ porrigat ad exbãnitos de crimine falſi.

i **Mperatores ⁊c̃.**

¶ De requirendis reis. Rubrica.

Vides hic in pricipio ꝙ abolitio ſpecialis non poteſt peti niſi cauſa cognita ⁊ aduerſario conſentiente: quod dic: ut. l. fallaciter. C. de aboli. ¶ In ultimo uerſu habes ꝙ impetrata ſpeciali abolitione: tunc conceditur repetitio. contra. ſ. e. l. mulier. in fi. ⁊ l. i. C. de aboli. Reſpõdeo hic loquitur quando abolitio ſpecialis fuit conceſſa abſq; cauſe cognitione: ⁊ ita ĩtelligit hec glo. ibi uero fuit conceſſa abolitio ſpecialis cauſa cognita.

## ¶ De requirẽdis reis. Rubrica.

¶ Continua rubricam ſic. Dictu; eſt. ſ. de uariis ⁊ diuerſis delictis. Item dictum eſt. ſ. qualiter procedatur contra accuſatorem non proſequentem: uel proſequẽtem ſed calumnioſe. Sequitur uidere qualiter procedatur cõtra reum. ſed quia reus quandoq; eſt contumax: ideo premittit qualiter procedatur contra reum contumacem: ut in hoc titulo. quãdoq; vero quia re⁹ eſt preſens: ponit qualiter procedatur cõtra reũ ad criminis examinationem: ut. j. in ti. de queſtionibus[a]. poſt maleficium uero inuentum ponit qualiter procedatur contra reu; ad pene impoſitionem: ut. j. in titulo de penis.

Ex. l. ſequenti.

¶ Modum procedendi ad annotationem bonorum.

d **Qui ſeuerus.** Si autem ponitur ꝑ certe. non autem aduerſatiue. Dicitur hic ꝙ abſens non damnatur. contra. j. de penis. l. abſentem. So. ibi in penis a relegatione ĩfra. hic in aliis penis a relegatione. ſ. ut dixi i. §. ad crimen. ¶ Sed oppo. C. de pen. l. ne diu. Solu. regulariter abſens crimine capitali non damnatur. fallit ut ibi. Item eſt alius caſus in. l. lege. §. ⁊ qui hoc. ſ. de ſic. Tertius caſus eſt in crimine leſe maieſtatis: ut in conſtitutione extrauagãti imperatoris Henrici. ¶ Quero quis[b] erit modus procedendi ad annotationem bonorum. Reſpondeo principaliter ſecundum formam. l. inter. ſ. de publi. iudi. ⁊ ipſo exiſtente in contumacia: tunc enim bona diſtribuuntur ⁊ annotãtur in fiſcum: ut hic. ſed poſt annotationem ſibi hoc notificabitur: ut. j. proxi. §. ⁊ ſi uenerit infra annum bona recuperat. poſt annum uero perdit bona. non tamen pro confeſſo habetur de delicto: ſed ipſo ueniente ſemper debebit delictum examinari: ut. l. diuus. ver. ſic ⁊ diuus. ſ. de cuſt. re. Hec ſunt uera de iure cõi. ſed ex forma ſtatutorum[c] ciuitatum italie contumax ⁊ exbannitus habetur pro confeſſo ⁊ poſtea de crimine non auditur: ut. ſ. dixi in. d. l. diuus. ver. ſic ⁊ diuus.

Ex. §. ſequẽti.

¶ An iudex poſſit citare aliquem exiſtentem extra territoriu; ſuum.

**Preſides.** Hic ver. ponit ꝙ poſtꝙ facta eſt annotatio debeat abſenti notificari. Tex. ibi annotatos: loquitur de notificatione que fit poſt annotationem iam facta;. ¶ Et nota ꝙ dicit ſed ⁊ litteras ⁊c. quia eſt pulcherrimus mod⁹. ¶ No. hic ꝙ poſt annotationem debet annotatio reo notificari. ⁊ ſic eſt argu. ꝙ terminus banni currat a die notificationis non a die banni dati. ſicut hic annus currit a die notificationis nõ a die annotatiõis. in hoc tamen conſerua conſuetudines ⁊ ſtatuta ciuitatum. Secundo nota modum citandi eum qui eſt in alieno territorio ꝙ ſcribantur littere illi iudici in cuius territorio eſt reus: ut ipſe iudex illi reo notificet. hic eſt tex. nota. hic: ibi. ſed ⁊ litteras ⁊c. Facit ad. q. illam utrum iudex iſtius ciuitatis poſſit citare aliquem extra territorium ſuum exiſtentem per ſuũ nuncium uel per litteras. decretalis dicit ꝙ non. extra de ſen. ⁊ re iudi. ca. paſtoralis. in cle. ubi papa reprobat ſententiam imperatoris lata; piſis: ubi per edicta citauerat regem Robertu; exiſtentẽ in terris eccleſie: ⁊ ſic in alieno territorio. dicit enim papa ꝙ ipſe papa debet requiri ab imperatore: ut citaret rege; in ſuo territorio: non autem potuit ipſe imperator citare. Cy. diſputauit iſtam queſtionẽ ſenis: ⁊ dicit ꝙ iſta citatio que fit uerbo uel per edicta poteſt fieri de eo qui eſt ĩ alieno territorio: ut. C. de epiſ. ⁊ cle. l. omnes. §. ſi uero apparitor: ubi uidetur caſus. ⁊ C. de offi. prefec. vr. l. ij. Citatio uero realis capiendo perſonã nõ poſſet fieri: ut in auc. ut nulli iudi. §. ſi uero quis cõprehenſorũ. poſita. C. de adulte. auc. ſi uero criminis. ſed ad illam decretale; dicit ipſe non poteſt dari reſponſum in pace: ſed pertranſeat cum aliis erroribus canoniſtarum[d] ita dicit ipſe. Ego conſueui tenere illam decretalem tanquã exiſtens ĩ ter-

a ¶ De queſtionibus. Bal. in. l. pe. in. x. q. de execu. rei iudi. uidetur tenere opi. Cy. ⁊ bal. in. l. ſi. de iuriſ. om. iudi. in. v. q. ⁊ Jo. cal. in repe. c. illud. in viij. q. de rap. ⁊c.

b Qui ſeuerus. Quero quis. Et facit ad intellectũ auc. bona dãnatorum. C. de bo. damna. unum no. ꝙ bona mobilia cenſentur eſſe eiuſdem territorij vbi reperiũtur: quia populo ſeu fiſco illi⁹ loci confiſcãtur. tex. ſecũdũ bal. ſing. in. c. i. §. ſi uero. de pace tenẽ. Et de iſta forma ãnotatiõis bonorum: uide ſpec. in ti. de accu. §. qualiter. ⁊ glo. ĩ. l. ij. C. ſi pẽden. appel. mors interue. ⁊ an hodie iſta annotatio ualeat uide bal. i. d. ca. i. §. ſi qs ꝺ pa. tenen. in glo. Adde quod in boniſ banniti licitum ẽ cuiq; damnum dare: ut ẽ gl. no. i uſi. feu. in ca. i. in ti. hic finit lex. in uerbo ſolutione; circa mediu;. ⁊ no. Bar. i. l. ut vim. ſ. de iuſti. ⁊ iure. ſed Bal. dic̃ in dicto. c. i. ꝙ illa gl. nõ eſt vera ĩ bãno iperiali: quod eſt diſſidatio q̃da; ut in auc. caſſa. C. ꝺ ſacroſan. ec. Et dicit ꝙ nec lege nec equitate hoc cauetur. immo ſi iudex hoc vellet in ſententia dicere non poſſet. hoc no. quia ut dicit alibi tex. bona non delinquunt: ut in auc. ut nul. iudi. §. i. ⁊ q̃a ẽt bannito ius redditur de bonis ſuis: ut in. l. pap̃. exuli. de mino. S; fallit in feudo: ut in. d. ca. i. Et ibi ſubdit an ualeat ſtatutum ꝙ banniti poſſent diffinitiue damnari. de quo dicendum eſt: ut per Jo. an. in ca. veritatis. ĩ ſi. de do. ⁊ contu. in nouella. Et etiam querit glo. in. d. c. i. vtrum poteſtates terrarum poſſint aliquem bannire: ⁊ dicit ꝙ ſic: ⁊ quod operatur idẽ quod bannum regis. l; rex ſit maior quolibet poteſtate. l; glo. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. legati. dicit ꝙ bannum operatur qualitatem delicti. que glo. debet intelligi quando per ſtatutũ uel conſuetudinem loci damnum ſuccedit loco diffinitiue. per interlocutoriam in ſua natura ſtantem nunquam inducitur maxima capitis diminutio. l. quid ergo. §. quid tamen. de infami. Bal. in. d. c. i. ⁊ ibi vide per eum ꝙ bannũ non afficit res poſitas extra territorium. ⁊ ad id quod dixi. ſ. an poteſtas poſſit bãnire. adde que dixi poſt Bar. in. l. imperium. de iuriſ. om. iu. Et ad predicta uide omnino bal. in. l. i. C. de here. inſti.

c ¶ Forma ſtatutorum. Sed pone ꝙ pro homici. per ſtatuta imponitur pena mille lib. Ticius cõmiſit homicidium: ⁊ quia fuit contumax fuerũt annotata eius bona: comparet iſte poſt annu;: de quo hic dicitur: ⁊ vult ſoluere mil. lib. ⁊ recuperare bona: an poſſit. dixit An. de piſis ꝙ ſic. allegat. ff. de pecu. l. eo tempore. ⁊ l. i. §. ſi. ff. de his qui mor. ſi. conſci. quia ſi veniſſet non potuiſſet in plus dãnari. unde nec latitare cenſetur in eo ĩ quo non poterat conueniri ſecũdum eum: quod eſt no. ſecundum Bal. in. c. i. §. iniuria. de pa. iur. fir. Sed utrum ex eo ꝙ quis eſt exbannitus intelligãtur bona publicata: uide Bar. ⁊ doc. in. l. eius qui. ſ. de teſti. ⁊ quod ipſe no. in. l. ſi is qui. C. q teſta. fa. poſ. et no. in. l. ij. j. de bo. dãna. ⁊ de iſtis bãnitis: uide quod habec̃ i. l. diuus. ſ. ꝺ cuſto. reo. ⁊ Ange. hic ⁊ ĩ ſua diſputa. icip. duo adinuicẽ litigantes. bal. ĩ. l. i. C. de here. inſti. dixi ĩ. l. i. ſ. de bo. dãna. aliqua que hic habentur. Ite; querit Ang. in. d. auc. vt nulli iudi. §. ſi. ad ſi. ſtãte ſtatuto qꝺ bãnitus contumax habetur pro confeſſo deinde condemnac̃ an poſſit poſt ſententiã fieri executio ĩ eius bonis ſi bannit⁹ vult eſſe in bãno ⁊ non ſoluere. ⁊ dicit ꝙ nõ. vide ibi ⁊ bene uidec̃ dicere. ⁊ adde quod l; ĩ bona confiſcentur non tamen occupãtur nec de facto incorporantur ante ſententiã: vt in cle. i. ꝺ hereti. vbi ꝑ Pau. de lia;a. ĩ glo. alias facit qꝺ no. Ange. in. l. ſi vacãtia. i. iiij. charta. C. de bo. vacan. lib. x. ad. q. Ange. ſupradictã. an bãnit⁹ poſſit cogi ad ſatiſfaciendu; in pecunia ſi vult eſſe in banno: vide Bal. latius in auc. bona dãnatorũ. C. de bo. damna.

d ¶ Preſides. erroribus canoniſtarum. Bal. in. l. pe. in. ix. col. C. de execu. rei iudi. vbi videtur tenere opi. Cy. ⁊ Bal. in. l. fin. C. de iuriſ. om. iudi. in. v. q. Jo. calde. in repe. c. i. in. ix. q. de rapto. ⁊ dic ut per do. car. in cle. paſtoralis. in ver. nec illud. de re iudi. Secundo no. modum citandi. adde Bal. in. l. conſentaneum. C. quomodo ⁊ quando iudex. vbi dicit ꝙ modus citandi abſentes eſt per litteras. alias vox nuncij ſine litteris cito euaneſcit ⁊ non eſt bene tuta citatio ſecundum Hoſti. ⁊ iſte littere debent mitti ad domum citati. argu. ff. de excer. l. pup. §. proſcribere. ⁊ vide ibi. ¶ Poteſt etiam citari per edicta que cedula affigatur ĩ pretorio vel in foribus cõitatis illius territorij terre vel loci. ⁊ ſi eſt iudex eccleſiaſticus ad fores eccleſie cathedralis: ut in ca. cauſam. de elec. in cle. nam talis citatio inducit quodãmodo notorium. ideo lex reputat eam ſolenne;. Et hoc eſt ꝙ dicitur prouiſum in. l. ij. §. ij. de ori. iur. in ver. pro roſtris. ſecũdum Bal. in. d. l. conſentaneum. Adde quod legitur ⁊ no. per Bal. in. l. cunctos populos. in vlti. col. C. de ſum. tri. ⁊ Inno. in. ca. ex litteris. de exceſ. prela. ⁊ quod no. ⁊ legitur in glo. iiij. §. pretor. de dam. ĩfec. facit quod no. archi. de electi. i. ca. i. ⁊ quod no. de poſtu. prela. in. c. i. Et adde

ꝙ abſens ſi citatur ⁊ non reperiatur defendens: debet tunc fieri citatio vicinorum amicorum ⁊ affinium.l.ſi.de pub.iudi.Et no.Inno.i.ca.ſi ad uerſarius. de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.⁊ bal.in.l.ut perfectius.i.iij. col.C.de anna.excep.Pau.de ca.in.d.l.pup.§.proſcribere.⁊ Imol.i.c. ex parte decani.in.xj.col.de reſcrip. facit quod dixit de uagabūdo.in.l.i. in fin.C.ubi de cri.agi.opor. Et de edicto citatorio ꝙ poni tur ad fores palacij.uide in cle.i.ꝺ iudi.⁊ que ſolēnitas ſeruetur i citatione abſentis.uide p inno.de elec.i.ca.cū nobis oli i glo.ſed nūquid i.c.i.in glo.ut lit.nō cōteſt.⁊ qualiter ciuitates ſint citāde: uide de cōceſ.prebē.c.ſi a ca.lib.vj.⁊ ibi per Io.an.⁊ no.in.l.nō poſſint.j.de regu.iu.Et an i cri.ſufficiat citatio ad domū: uide in ſpe.de accu.§.qualiter.i ver.ſed nunquid ſufficit.facit ca.veritatis.de do.⁊ cōtu.⁊ ar.l.abſentē.j.de penis per Io.an.in regula pſumitur.i mercu.Et dicit bal.i.d.l.cūctos populos i ulti.col.⁊ alle.Inno.in.d.ca.ex litteris de exceſ.pla.ꝙ ſuſpectus de fuga ⁊ ꝺ receſſu pōt i citari p cedulam affixam colūne:lꝫ ad eius noticiā nō pueniat.quod no.⁊ i criminalib⁹ ēt uide bal.i.l.ij.in fi.ij.col.de anna.excep.⁊ per bar.in.l.in accuſatiōe.de publi.iudi.⁊ de iſta citatiōe p edicta quādo fieri poſſit dic:vt per bar.in.d.l.i.vbi dixi in.ij.q.j.de appel.reci.⁊ per bar.⁊ Imol.in.l.iiij.§.pretor.ꝭ.de dā.infec.Et an in delictis iudex poſſit citare delinquentē extra territoriū exiſtentem.uide no.p.do.anto.⁊ Imol.in ca.ſi.de fo.cōpe.⁊ ibi dicit Inno. ꝙ iudex delicti uel cōtractus nullo modo poteſt exiſtētem extra territoriū citare quando nō fuit preuentus.facit quod ipſe Inno.no.i.c.ij.ꝺ dilatio.Itē adde quod no.doc.i.c.ſi.de fo.cōpe.adde plene bar.in extrauagan.ad reprimen.in uerbo per edictū.ubi plene de materia: ⁊ uide aliqd per do.ang.in.l.ſi uacantia.poſt mediū.C.de bo.vacan.li.x.⁊ adde quod ange.in ſua diſputa.incip.bono.ſue ciuitatis.i.ij.q.determinat nullā citationem tenere extra territoriū.Fallit in quinqꝫ caſib⁹.pmo ſi citat̄ qs p edicta.cle.paſtoralis.de re iudi.ſecūdo ſi fiat citatio nō vt aliquid faciat: ſed pro ſimplici intimatione.tertio quādo iuriſditio citātis nō eſt coartata.quarto ubi iuriſditio citantis non coheret territorio: ut in iudice delegato q poterit citare in omni loco vbi delegans.quinto i iudice habente notionē:vt arbiter:vt in.l.ſed ⁊ iterpellat̄.ꝭ.de arbi.adde ſpec.in ti.de accuſa.§.qualiter.v̓.ſed nunquid ſufficit. Item poterit citare generaliter ſi quis velit aliquid opponere: puta in iſinuationibus vel ſimilib⁹.ſm bal.ſing.in.l.teſtamēta.C.de teſta.⁊ ꝺ materia p Ang.⁊ Saly.⁊ Pau.de ca.in.l.ſi.ff.de iuriſ.om.iu.⁊ p do.An.in.d.c.ſi.marie circa.iij.col.de fo.cōpe.⁊ p Io.an.in.c.roma.§.cōtrahētes.de fo.cōpe.li.vj.

ris eccleſie dicens eam eſſe ueram de iure. nam debetis ſcire ꝙ quandoqꝫ ſunt plures iudices habentes iuriſditiones ſeparatas.tamen ille iuriſditiones habent dependentiam ab uno principe:ut diuerſi preſides diuerſarum prouinciarum conſtituti a principe uel ab uno rege: tunc unus poteſt citare in territorio alterius uerbo: ita loquitur.l. omnes.§. ſi uero apparitor. cum ſimi.quaſi hoc videatur permiſſum ab illo principe qui eos cōſtituit.facit ad hoc in argu.l. quero.ꝭ.de ſol.⁊.ꝭ.de admi.tuto.l. ticium.§. tutores. Quidam ſunt habentes iuriſditiones ſeparatas ⁊ diſtinctas:ita ꝙ una ab alia non dependet nec ſunt ſub eodem domino: ut papa ⁊ imperator: tunc unus non poteſt citare[a] in territorio alterius.ita loquitur cap. paſtoralis. ſed debet requirere illum iudicem in cuius territorio eſt ut illum citet:ut hic dicitur. ⁊ hoc prout tenemus illam opi. quam tenuit Dantes prout illā comperi in uno libro queꝫ fecit qui uocatur monarchia: in quo libro diſputauit tres queſtiōes: quarum una fuit an imperium dependeat ab eccleſia: ⁊ tenuit ꝙ non:ſed poſt mortē ſuam quaſi propter hoc fuit damnatus de hereſi.nam eccleſia tenet ꝙ imperium dependeat ab eccleſia pulcherrimis rationibus quas omitto.tenendo iſtud ꝙ imperium dependeat ab eccleſia. Reſpondeo. alio modo ⁊ dico ꝙ un⁹ iudex poteſt citare i territorio alterius iudicis cui nō ſubeſt: ut in.§.ſi uero apparitor.cum ſimi. ſed in territorio illius iudicis maioris a quo habet iuriſditionem propter eius reuerentiam non poteſt citare.argū.ꝭ.de dam.infec.l.iiij.§.ſi tam uicinū. ⁊ quod ibi dixi.non habetis hic alia.

Ex.§.ſequenti.

Bannito mortuo infra terminum banni bannum totaliter extinguitur.

**Sed hoc papinia.** Not.ꝙ ſi exbannitus comparet infra terminum banni bannum extinguitur. Secundo not.ꝙ exbānito mortuo infra terminum banni bannū totaliter extinguitur.caſus eſt hic notabilis.

n **Am ſpacium.** Hanc materiam de

a Non pōt citare.An imperium dependeat ab eccleſia:⁊ papa maior ſit iperatore quo moriente ſuccedit papa in iperium.ita eſt tex.no.in cle.paſtoralis.de re iudi.Adde qꝺ bal.de pa.conſtan.in ver.cōceſſimus.querit vtrum iperiū ſucceſſione uel electiōe cōferat̄: finaliter cōcludit ꝙ electione.c.venerab.§.inſuper.de electi.⁊ de pac.in.ca.accepim⁹.Et dicit ꝙ ex cā papa pōt principē deponere.iij.q.v.ca.illud.⁊ in.§.itē ro.pō.i auc.de defenſorib⁹ ci.in.§.interim.ibi:non habēte ⁊c.⁊ in auc.ꝺ col.la.§.⁊ hoc cuſtodiri.et ibi vide late per eum.qs eligat principem ⁊ utruꝫ quilibet poſſit eligi i pricipē.qꝺ no.ſed vtrū papa poſſet priuare principes ſeculares habētes poteſtatem eligēdi iperatorē ipſa poteſtate.⁊ an p pter eorū negligētiā papa poſſit eligere ſibi iperatorē.uide no.per doc.in ca.ad apoſtolica.ꝺ re.iur.in.vj.Et qꝺ no.ff.de legi.in.l.nō ambigit̄.ubi p gl.Cy.barto.⁊ Bal.et omnino uide Bal.i.d.ti.de pa.cōſtan.i.d.vb.cōceſſim⁹.⁊ in ver.i noie xpi.⁊ ver.in ueſtiturā recipiente.ubi dic̄ ꝙ regnū ſicilie ē eccleſie romane.pōe ergo ꝙ rege vacāte papa cōtulit plures comitatus regni pluribus comitib⁹ i feudum deinde creauit ibi regem. Queritur nunquid illi comites teneātur facere fidelitatē ipſi regi,tāquā eius vaſalli.⁊ ibi determinat in.d.ver.cōceſſimus.⁊ in ver.iueſtiturā recipiēte.ꝙ ſic:ſm Odo.marie per tex.ibi:⁊ ad pdicta uide de pa.cōſtan.in ver.in xpi nomine.in ſi.illius ti.in ulti.q.⁊ quod no.Bar.in.l.naturaliter.de uſuca.⁊ iſtā.q.an iperiū dependeat ab eccleſia:diſputauit Ja.de bel.in auc.de ſi.iſtru.§.i.⁊ uide in ca.nouit.de iudi.⁊ qꝺ no.Bar.i extraua.ad reprimēdā.in ver.toti⁹.⁊ qꝺ not.Inno.in.c.licet.de fo.cōpe.bal.in.l.i.i.ij.col.de ſum.tri.⁊ an papa ſit maior ipera.vide p Bal.i probe.ff.in.vj.col.⁊ qꝺ no.i.c.nouit.ꝺ iudi.p Inno.

preſcriptione.x. annorum contra fiſcum dic plene in.l.in omnibus.ꝭ.de diuer. ⁊ temp. preſcrip.

**In ſumma.** Hoc eſt uerum de iure cōi. ſed aliter obſeruatur per ſtatuta ciuitatum italie. dixi.ꝭ.c.l.i.i pri. ⁊.l.diuus.ꝭ.de cuſto.reo.

m **Andatis.** Dicitur hic bona obſignari.Quero quid eſt hoc dictum.quidam dicunt.i. obſignari in publico.alij dicunt.i. ſub ſigillo poni:ut non diminuantur. Per hanc.l.poſſumus dicere unum: ſcitis ꝙ regulariter ſequeſtratio ē prohibita: an ergo interim poterit fieri deſcriptio ne bona pereant. certe caſus eſt hic[b] ꝙ ſic. ⁊.l.i.§.pe.ꝭ.de uen.in poſ.mit. Nec ob.l.defenſionis facultas. alias incipit facultas.C. de iure fiſ.lib.x. ubi innuitur contra ꝙ non ſit facienda deſcriptio:quia ibi loquitur in deſcriptione que eſt idem quod publicatio : ut deſcribere[c] extra uel ponere arma cōmunis extra. alia eſt deſcriptio ſeu nunciatio que fit a notario per modum cuiuſdam iuentarij.⁊ iſta poteſt fieri: ut hic.⁊.l. i.§.pe.ꝭ.de uen.in poſ.mit.

**Et intra annum[d].** Not.caſuꝫ quando fit ſequeſtratio uel capitur tenuta ex primo decreto eius rei que ſine periculo ſeruari non poteſt: ⁊ ſine magno incommodo ꝙ res debet uendi ⁊ preciuꝫ ſeruari: ut hic.⁊.l.is cui.§.queri poteſt: ut in poſſ.lega.⁊.l. litibus.C. de agri. ⁊ cen.lib. xj.

Ex.§.ſequenti.

Exbannito non poteſt ſolui durante termino banni.

**Curandum.** Not. ꝙ exbannito non poteſt ſolui durante termino banni. caſus ē hic no. Oppo. de.l.reos.ꝭ.de ſo.So.ibi loquitur i reo comparente:hic in reo abſente.

De queſtionibus[e]. Rubrica.

Continuatio rubrice colligitur ex his que.ꝭ. dixi in proxima rubrica.

b Andatis.caſus ē hic:vide quod dixi in.d.l.i.§.pe.ꝭ.de ven.inſpi.⁊ vide Bal.in.l.ab executore.C.quo.appel.nō reci.Et qꝺ no.bar.in.l.ſi magiſtratū.§.ſi.ꝺ appella.Et de iſta deſcriptiōe: vide.l.dñi horreor.ꝭ.loca.Et pōt iſta deſcriptio infringi vno caſu.ſ.nō ſeruata forma: de qua p Bar.C.quādo ⁊ qui.quar.pars debe.l.i.li.x.

m

c Ut deſcribere. an iſto caſu poſſet fieri ſequeſtratio: vide quod no.barto.in.l.poſt contractum.in ſi.de dona.

d Et itra ānū.adde no.p doc.plene i.l.ſi quis cōditiōis.C.loca.bal.i.l.ſi oleū.de dolo.⁊ bar.i.l.itereſſe.de acqui.poſſeſ.⁊ adde duos caſus not.quos uide.Prim⁹ ē i.l.ariſto.§.ſi.ꝭ.de iure deliberā.vbi pōt res tpe peritura alienari nō ob.ſequeſt.Secūdū habes i.l.p herede.§.ſi qd.i ꝺ.peritura.ꝭ.de acqui.here. De queſtionibus. Rubrica.

e De queſtionibus. Quid contineatur appella.,queſtio.dic ut in.l.item

apud labeo.§.queſtionem.in ver.queſtionis.de iniur.
a In criminibus.a tortura.Ad quod vide no.glo.xv.q.v.in ca.preſbiter.§.fi.⁊ in.§.quando. Et quod a tormẽtis nõ ſit incipiendũ adde Bal.poſt glo.in.l.nullũ.C.de infami.que no.
b ¶ Ad primum op.Et utrũ quis poſſit torqueri ante lit.cõteſt. uide bar. in.l.ſi quis adulterij.ff.de adul.ver.poſt euz.Et dicit.no.bal.per illũ tex.i.l.i.C.de iura.calũ.ꝙ ſi qs petit aliquez torqueri debet iurare ſe alias ꝓbationes nõ habere.ad hoc allegat.l.edictuz.ff.eo.ubi vide.
c ¶ Debem⁹ incipere.hic quando plures ſunt torquẽdi a quo debemus inchoare.⁊ uide ang.i tractatu maleficioꝝ.in ver.nunc videamus de tortura.adde Di.in tractatu ſuo ꝺ queſtio.⁊ ange.⁊ Pau.de liaza.in commẽto.c.grauis.de depo.
d ¶ Ad queſtionez.No.practicam. Que fit in filiatione probanda.an autem ſi ſit ꝓbatum ꝙ qs tenebat ſeu tractabat v.nam ut vxorez an ſit ꝓbatum matrimoniũ:vide late ⁊ pulchre per ange.i.l.ſi uxor.§.ſed ſi ea.⁊ ibi dixi p⁹ eũ.ff.ꝺ adul.⁊ no.ibi barto.⁊ de probatione ſpurietatis uide Bal.i.l.vulgo.de ſtatu homi.⁊ de filiatiõe adde bart.i.l.i.C.quo.bono.⁊ vide bar.i.l.quidam cuz filium.in.iij.col.ff.de verbo.obliga.i.l.lucius.ff.de conditio ⁊ demon.
e ¶ Idem cornelio.teſtis integri. Adde glo.⁊ ibi dixi in.l.fina.C.fami.herciſcum.Et quod habetur.ff.eo.l.maritus.⁊ ibi nota.⁊ Bart.in dicta.l.admonendi.qui dicit quod eſt uerum ſi eſt integre fame.per caſ.in ca.veniens.extra de teſtibus.⁊ uide glo.in.l.quiſquis.C.ad.l.iul.maieſta.quam allegat Barto.in dicta.l.maritus.in principio.ff.eo. ¶ Sed an faciat ſemiplenam probationez: vide Cy.⁊ barto.i dicta.l.qſ.quis.⁊ hic adde Bart.i tractatu de queſtionib⁹.⁊ Bal.i.l.milites.C.de queſtioni.et Pau.de liaza.in cõmento ca.grauis de depoſito.⁊ vide qualiter probantur indicia barto.in.l.finali.ff.e.

# In criminibus.

Hec lex i diuiditur principaliter ĩ tres partes: primo loquitur qualiter perueniat ad queſtionem ſeu torturam. ſecundo loquitur que perſone debeant torqueri ⁊ que non.tertio de effectu queſtionis ſeu cõfeſſionis habite per tormẽta.Secũda ibi.diuus adrianus.tertia ibi.antoninus ſeuerus. Item quelibet pars in plures partes diuiditur: ideo proſequar per particulas.⁊ in iſta prima parte primo iuriſconſultus dicit quedam generalia:poſtea deſcẽdit ad ſpeciem. ¶ No.duo ⁊ primo ꝙ non eſt inchoandũ a tortura[a]. ¶ Secundo no. ꝙ tormentis nõ eſt uſquequaqꝫ creditum adhibẽdum ſubaudi: ut ei credatur.⁊ no. ꝙ hic dicit in ſpecie ꝙ eſt incipiendum a tormentis quando precedunt indicia. Item dicitur qualiter.ſ. ꝙ debemus incipere a ſuſpectiſſimo. ¶ Ad primum oppo.[b] ꝙ debemus incipere a tormentis: ut.l. prius.ff. ad ſill.So.intellige ibi prius.ſ.ꝙ̃ alij.non priuſquã habeantur indicia.alij dicunt ꝙ in.d.l.pri⁹ erit ſpeciale.⁊ illam tenet Di. ¶ Ulterius dicit hic ꝙ debemus incipere[c] a ſuſpectiſſimo. contra immo uidetur ꝙ incipiamus ab eo qui ẽ magis debilis:ut.l.vnius.in prin.ff.eo. Reſpondeo.prius debemus incipere a ſuſpectiſſimo:ut hic.Si uero omnes ſunt equaliter ſuſpecti: tunc debem⁹ incipere a debiliori:ut.l.contraria. uel aliter debemus incipere ab eo qui veriſimiliter melius dicet ueritatem. ſed quando eſt magis ueriſimile de uno ꝙ̃ de alio: tunc incipiemus a magis ſuſpecto:ut hic.ſed precedens ſolutio magis placet. ¶ Quero quare iſti ſerui torquebantur hic. Reſpondeo duobus modis poteſt ĩtelligi.uno modo ut torquebantur teſtes contra aliuz. alio modo ꝙ torquebantur tanquã rei principaliter accuſati.ſed prima opinio uidetur uerior ꝑ tex. qui dicit ꝙ ad tormenta ſeruorum ita demum perueniatur cum ſuſpectus eſt reus. ⁊ ſic innuit ꝙ alius eſt reus ꝙ̃ ſerui.ſecunduz hoc habes ꝙ ad tormenta teſtium non peruenitur niſi precedant indicia contra reum. hoc probat iſte tex. quem tene menti. ¶ Utrum autem cõtra ipſum teſtem debeant eſſe aliqua indicia antequaz torqueatur ut teſtis. dicam.ff.e.l. ex libero. in prin. de indicijs uero que haberi debent contra reuz principalem.dicam in.l.ulti.ff.⁊ dicam in proſecutione tituli.

Ex.§.ſequenti.

¶ Qualiter probetur filiatio.

# Ad queſtiõem.

No tex. ibi: nec facile ⁊c̃.nota ꝙ non debet torqueri domeſticus pro domeſtico. habetis.C.de teſti.l. etiam. ſecundo no. in ver. nec facile ⁊c̃.quando reus habet aliqua indicia pro ſe debent eſſe indicia magis grauia contra ſe:ita ꝙ preponderẽt:ut poſſit perueniri ad tormenta.quod tene menti. ¶ Ulterius nota practicam[d] quam faciunt aduocati tota die. faciunt enim primum articulum de filiatiõe ꝙ talis fuit filius talis. alium articulum de quaſi poſſeſſiõe filiationis ꝙ pater habuit ⁊ tractauit eum ut filium. certe ex hoc ſecundo.ſ.ex probatione quaſi poſſeſſionis preſumitur ꝙ ſit filius niſi probetur contrarium:ut hic.⁊.l.non nudis ⁊.l.nõ epiſtolis.C.de probat.

Ex.§.ſequenti.

¶ An dictum vnius teſtis cum alijs indicijs faciat indicium.

# Idem cornelio.

Uides hic ꝙ dicto uni⁹ ſerui non creditur.⁊ ſic innuit ꝙ dicto pluriuz crederetur.Sed contra.ff.e.l.in prin.vbi pluribus ſeruis non creditur ſine alijs indicijs. glo. fatetur contrarium. Sed quomodo hoc procedit? nonne dicunt glo. ꝙ vnus teſtis facit ſufficiens indicium ad torturam: ut no.in.l. ſi quis.C.ad.l.iul.maieſta.⁊.ff.e.l. marit⁹. ⁊ hic dicitur ꝯtra. Reſpondeo dictum unius teſtis integri[e] facit ſufficiens indicium ad torturam:ut in cõtrarijs. ſed iſte erat ſeruus uel infamis uel vilis. nam ut dixi totum iſtud principium loquitur in his idicijs que debent precedere antequam fiat tortura. ¶ Itez oppo. nonne duo teſtes ſufficiũt ubicũqꝫ:ut.l.ubi numerus.ff. de teſti. Reſpondeo eodem modo duo teſtes integri faciunt fidez ſine alijs argumentis.ſed teſtes iſti viles qbus ſine tortura non creditur non debent torqueri niſi precedant indicia.⁊ ideo ſi eſſent torti ſine idicijs eis non crederetur:ut dicit glo.ad quod facit.ff.proxi.§.⁊.l.maritus.⁊.l.pe.ff.e.quod ibi dicam. ¶ Ultimo uides hic caſum[f] an dictuz uni⁹ teſtis cum alijs indicijs faciat plenam probationem.hic uidetur caſus ꝙ ſic. glo. habetur ĩ.l.ij.§.i.ff.de excu.tu.pro hoc optime extra de teſti.ca.de teſtibus. ⁊.l. inſtrumenta. C. de proba. ¶ Sed cõtra predicta facit quod dicimus que non proſunt ſingula nec multa iuuãt: vt.C. qui numero tu.l.i.⁊ quod ibi no. Reſpondeo breuiter.quandoqꝫ plura tendunt ad perficiendum vnum totum:tunc que nõ proſunt ſingula multa tamen iuuant. exemplum paries per ſe uel tectum per ſe non facerent domum vnam: ſed ſimul iuncta ſic. Item inſtitutio ſine teſtib⁹ ⁊ ecõtra non facerent teſtamentum: ſed ſimul iuncta faciunt teſtamentum.ita hic.cum omnia iſta tendant ad faciendum vnum totum.ſ.ad faciendã fidem iudici:tunc que non proſunt ſingula multa iuuant. ſed quando tendunt plura ad perficienda diuerſa tota: tunc que non proſunt ſingula nec multa iuuant.exemplum materiale vn⁹ paries uel domus iuncta cum teſtibus unius teſtamẽti nihil ad ꝓpoſitũ. ita loquitur.l.i.C.qui nu.tu. nam una tutela ⁊ duo liberi non faciunt unam excuſationem: quia ad diuerſas excuſationes faciendas tendunt.per hoc dicendum eſſet ꝙ dicto unius teſtis cum publica fama deberet credi[g] tenendo opi.quam glo. tenet in.l.iij.§.diuus.ff.de teſti.ſ.ꝙ fama faciat ſemiplenam probationem:⁊ quod no.in.l.in bonefidei.C.de iureiur.⁊.l.admonendi.ff.de iureiur. ⁊ quod no. per glo.extra de appel.c.i.tamen an hoc ſit vez ꝙ fama faciat ſemiplenam ꝓbationem tangã.ff.e.l.de minore.§.tormenta.

f ℭ Vides hic caſum. Vide barto. in. l. admonendi de iureiuran. ꝛ quod dixi in dicta. l. ij. in principio. de execu. tuto. ſ. ꝛ Specu. in titulo de notorio crimine. §. fama. ver. infamia. ꝛ in titu. de teſte. §. reſtat. ver. xxv. icip. vni teſti cum fama publica creditur in criminalibus: vide tamen glo. in ca. veniens. de teſtibus. el. i. in ver. cum illorum. que contrarium tenet in criminalib⁹. ꝛ illam reputat ſingula. Jo. de imol. in. l. intereſſe. de acquirē. poſſeſſio. et Cy. in. l. fin. de queſtionibus. tenet ēt idem Bal. i. l. ij. in. §. i. in princi. de ex cu. tuto. per Jmol. in. l. finali. ď here. inſti. ꝛ nota bene.

g ℭ Deberet credi. An fama cū dicto vnius teſtis ſufficiat. gl. eſt ꝙ non in criminalib⁹. illa eſt glo. i ca. veniens. de teſti. quā ibi dicit J. mol. ſing. ꝛ ibi tenet eaȝ abbas ubi uide. ꝛ dicit ēt Jmol. illam glo. eſſe ſingularem i. l. intereſſe. §. idem i vno. ď acqui. poſ.

a ℭ Si ſeru⁹. Adde abb. i ca. i litteris. de teſti.

b ℭ Si ſeru⁹. vos ſcitis. Jn propoſito vide ſpec. ꝛ Jo. an. i ti. de teſte. §. i. ver. quid ſi qua. ꝛ quod no. Bart. et bal. i. l. quolib. C. de teſ. ꝛ ibi de omnino ſocio. Et qď not. moder. in. c. ſignificaſti. i. q. xv. de bomi. ꝛ adde bar. ꝛ ange. in tractatu ď queſtioni. uide in ca. veniens. de teſti. Dy. uero in ſuo tractatu de q̄ſtioni. dicit ꝙ inculpatio quam facit ſocius criminis de aliquo in caſibus in quibus poteſt de ſocijs interrogari. de quibus no. in. l. fi. C. de accu. facit indicium ad torturam: ut. j. e. l. cum quis latrones. ꝛ in. l. edictum. j. e. ꝛ. j. ea. l. §. diuus. in fi. ꝛ Cy. in. d. l. fi. de accuſa. ꝛ uide. j. §. cum quis.

**Diuus.** Hic incipit ſecunda pars que tractat de perſonis que debēt torqueri ꝛ que non. No. ꝙ teſtis qui non debet examinari examinatus non facit indicium: videbitis. j. e. §. antoninus ſeuerus. ꝛ uidebitis in. l. maritus. j. eo.

**Diui fratres** ℭ Oppo. j. e. §. ſi quis dicatur. ſolu. non debet torqueri: ut hic: niſi prius conſtet an venditio fuerit imaginaria: ut ibi: ꝛ dic ut ibi dicam.

**Seruum.** Nota argu. ꝙ unus de uniuerſitate poteſt ferre teſtimonium in cauſa vniuerſitatis: quod dic ut. l. in tantuȝ. §. vniuerſitatis. ſ. de re. di. ꝛ ibi per docto. Cy. tangit in. l. parentes. C. de teſti.

**Si ſeruus[a].** Nota bonum tex. ibi: addita ratione ꝛc̄. ex quo habes ꝙ in eum in quem quis non cogitur teſtimonium dicere inuitus in eum non poteſt torqueri: ꝛ ſic tortus forte non faceret indiciuȝ.

**Seruum.** Contra hoc oppo. glo. ſ. ad ſyll. l. i. §. ſi vir. glo. non ſoluit. tu dic ſecundum Dy. hic ꝛ ibi fauore ampliande probationis. ſtatuitur contrarium. ad hoc facit. l. ſi ſeruo. ſ. de ſta. li. ꝛ quod ibi no.

Ex. §. ſequenti.

ℭ An qui deſinit eſſe meus domeſticus poſſit teſtificari de hijs que facta ſunt dum erat domeſticus.

**Idem nummio.** Aduerte: quero: aliqs erat meus famulus tempore celebrati contractus: nunc cum debet teſtificari deſijt eſſe meus famulus: queritur utrum poſſit teſtificari pro me. Reſpondeo. quādoqȝ licet deſinat quis eſſe meus domeſticus: tamen remanet debita reuerentia: vt ſeruus meus manumiſſus qui remanet libertus uel filius qui eſt emancipatus: tunc ad teſtificandum non admittitur: ut. ſ. proxi. ibi: ſed nec libertum. ꝛ. l. lege iul. ſ. de teſt. Quandoqȝ deſijt eſſe domeſticus ꝛ nulla reuerentia debita remanet: tunc poteſt pro me teſtificari. caſus eſt hic: ꝛ in. l. ſeruos. C. e. titu. pro hoc facit quod uidebitis ſtatim. j. proxi. §. ſed quid ecōtra tempore contractus non erat mihi domeſticus: nūc eſt domeſticus. de hoc dicam. j. proxi. §.

c ℭ Ponere exempla. quale tempus conſideretur in notario an tempus quo fuit publicatus contractus an ante: uide in. l. i. C. de teſta. glo. no. in ca. ut officium. de hereti. in. vj. Et no. bar. ſ. de decurio. l. uniuer. ꝛ no. ſ. de teſta. in. l. ſeruus. in fi. Quid ſi ſtatutum dicat ꝙ inſtrumenta notariorum qui ſunt matriculati habeant executionem ꝛ tempore rogitus erit notarius ꝛ matriculatus: tempore uero iudicij non. uide Bal. in. l. ij. in. ij. col. de execu. rei iudi.

d ℭ Quandoqȝ teſtis. Quando aliquis immutat conditionem utrum admittatur in teſtem uel non. adde quod no. bar. per illum tex. in. l. uir mulieri. ſ. de dona. inter ui. ꝛ uxo. ꝛ dicit Bal. in. l. ij. §. ſed ſi agant. per illuȝ tex. ſ. de iudi. ꝙ ſi uerbero aliquem data opera: ut tanquā inimicus non poſſit in teſtem contra me produci non prodeſt mihi. Adde quod in ſimili dixi poſt Bar. in. l. nullus. ſ. de teſti. adde Bar. in. l. iij. §. due cen. ď carbo. edicto. ꝛ Bar. j. e. l. §. cum quis. ꝛ adde ꝙ ſi teſtis tempore depoſitionis erit integre fame: poſt uero factus eſt infamis. uel ecōtrario qď tempus attendatur: dic ꝙ inſpicitur tempus quo tulit teſtimonium: ut in. d. l. iij. §. due cen. ď carbo. edic. facit quod no gl. in. l. pe. C. de teſti. ꝛ in. l. furti. §. i. ſ. de iſami. Et itellige non ſoluȝ tēpore iuramēti: ſȝ depoſitiōis. uide pau. de liaȝa. in. c. teſtimoniū. in. iij. col. de teſti. nec tēpus depoſitiōis: ſȝ iuramēti: qꝛ ex vtraqȝ ſimul non ex quolibet per ſe fundaꝰ fides teſtimonij. Et lȝ dicaꝰ ꝙ trahaꝰ depoſitio ad tēpus iuramēti: ut no. in cle. i. de offi. deleg. tñ ē verū quo ad verā ꝛ implicitā ꝓbationē: vt i. l. heredes palaȝ. §. ſȝ ſi notā. de teſta. vel illud ē verū reſpectu ſolēnitatis nō reſpectu ſtatꝰ de qua ſine diſpoſitione manifeſte liquere non poterat. qď itellige: vt p Bal. in. c. i. quot teſtes ſint neceſſarij ad ꝓbandū feudi ingrati. Et vide quod no. bal. i. l. legis uirtus. in. ij. col. de legi. ꝛ i. l. ſuos i fi. C. de teſti. vbi qd ſi teſtis nō idone⁹ tpe ďpoſitionis poſt efficiꝰ idone⁹. Et oino vide bar. j. e. l. in. §. cū qs. ꝛ quid ſi teſtis poſt iuramētū fuit excōicat⁹: ꝛ antequā deponeret fuit abſolut⁹ ab excōicatiōe. vide Jo. an. i regula factū legitie. de reg. iu. i mercu. ꝛ pau. de liaȝa. in. c. c. teſt. i. xiij. col. ď teſt. uide remiſſime in. d. l. ad teſtiū. §. cōditionē. i fi. de teſta. quod no. ADDE quo tpe iſpiciaꝰ cōditio teſtis. ang. cōſilio. cccviij.

Ex. §. ſequenti.

ℭ An conditio teſtis inſpiciatur tempore depoſitionis. Et quid ſi teſtis tempore contractus non eſt domeſticus: ſed poſtea efficiatur an poterit de illo contractu deponere.

**Si ſeruus.** Ad euidentiam debetis ſcire ꝙ liberi homines non ita de facili torquentur ſicut ſerui: ut. j. e. l. ex libero. ℭ Nota hunc caſum. illud enim quod dicitur in. l. iij. §. lege iulia. ſ. de teſti. ꝛ ibi glo. ꝙ inſpicitur conditio teſtis que eſt tempore quo deponit eſt uerum: niſi teſtis conditionem ſuam mutauerit in fraudem teſtimonij. caſus eſt hic in utroqȝ. §. quod eſt nota. ad multa. Vos ſcitis[b] ꝙ ſocij ꝛ participes criminis non admittuntur ad teſtificandum. C. de li. cau. l. ſi filium. ꝛ vidiſtis in. l. qui accuſare. ſ. de accuſa. modo aliquis ut a teſtimonio ſubducatur fecit ſe accuſari de eodem crimine: certe hoc non nocebit: quia nihilominus teſtificabitur. argu. huius. l. ꝛ. j. e. l. i. §. cum quis. Jtem poſſem ponere exempla[c]. formo unam. q. aliquis tēpore contractus non erat meus domeſticus: nunc effectus eſt meus domeſticus: an pro me poterit teſtificari. hic videtur tex. ꝙ ſic. Jn contrarium alleg. Dy. ſ. de teſti. l. iij. §. lege iul. quia debet inſpici tempus preſens: vt. l. peto. §. fratrem. ſ. de le. ij. ꝛ. l. ſi cognat⁹. ſ. de reb. du. breuiter iſta eſt veritas. quandoqȝ teſtis[d] mutat conditioneȝ ſuam abſqȝ opera alicuius ex partibus: tunc inſpicitur tempus quo teſtimonium profert: ut. d. §. lege iulia. ꝛ. l. notione. §. inſtrumentorum. j. de ver. ſi. quandoqȝ mutat cōditionem facto alicuius ex partibus: tunc ei cuius facto conditionem mutat non poteſt prodeſſe[e] talis mutatio: vt hic in eo qui emit aliquem ſeruum: ꝛ fecit fieri eum ſuum: hoc non poſſet ſibi prodeſſe: nocere autem bene poſſet ſibi: ut. d. §. lege iulia. Fateor tamen unum ꝙ ſi qualitas ſuperueniēs eſſet qualitas que poſſet mutari de facili deberet fieri mutatio qualitatis. nam ſi eſt factus ſeruus domini dominus cogitur eum uendere: ut. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ſ. de adul. ita dicam ſi impetraſti iudicem delegatum illum queȝ habebam teſtem contra te: ut ſic in cauſa teſtificari non poſſet: tunc poſſum petere: ut detur alius iudex: quia illum volo in teſtem producere. caſus eſt in capitulo dilecto[f]. extra de teſtibus.

e ℭ Non poteſt prodeſſe. de famulo licentiato uide Bal. in. l. i. C. de epiſ. ꝛ cleri. ꝛ quod ipſe not. i. l. ij. de teſt. C. Et ibi etiam barto. utrum baruarij in ſindicatu poſſint eſſe teſtes pro poteſtate uel ecōtrario. Et adde pe. de ancha. i ca. dilecto. de teſti. in ca. accedens. el. ij. ut lit. non conteſta. et uide bal. in auē. ſi dicatur. circa fi. C. de teſti.

f ℭ Jn ca. dilecto. Hoc limitat Jnno. i. d. ca. dilecto. niſi iudex ſuo iuramēto declarat ſe nihil ſcire i illa cauſa. quod not. perpetuo. uide ꝙ in ſimili dixit glo. in. l. fi. ſ. de teſti. ꝛ in. d. ca. dilecto. Bal. in. l. ne in arbitris. C. de arbi. ubi allegat. d. l. fi. de teſti. ſ. ꝛ in. d. ca. dilecto.

a¶ Si quis dicatur. No. ꝙ inimicus debet repelli a teſtimonio. Fallit ſm Di. in. d. l. filie. ſo. ma. ⁊ no. ꝑ bal. in auc. ſi dicatur in pe. col. C. de teſti. ⁊ in. l. ij. §. ſed ſi agant. ff. de iudi. ⁊ qđ no. Jo. an. in. c. ſi. de teſti. ⁊ do. meus in. l. iiij. §. illud. ff. ſi qs. cautio. ⁊ no. limita per iſtum tex. ad. l. ſi qs ĵ. e. ⁊ ad. l. vnius. §. ſeruus. ĵ. e.

b¶ Diu⁹ ſeuer⁹. vel aliter. De quo per bar. ibi: ⁊ in. l. i. i ſi. . ſ. de cuſto. reo. ⁊ bal. in. l. vnica. ſ. ij. charta. C. ꝺ cōfeſ. Et ad materiaʒ huius. l. vide ange. ꝺ are. in tractatu maleſi. in ꝟ. cōfeſſi i tormentiſ. Idē itelligaſ i cōfeſſione cauſa pietatis: q: illi nō ſtatur niſi pſeueret. Ita dicit vincē. vt ibi refert abbas in. c. afferte. de preſump. ⁊ ꝺ cōfeſſis in tormētis. vide oino bart. ⁊ ibi dixi in. l. ij. C. qđ me. cā. Et no ꝙ nō prodeſt confitenti i tormētis reuocare ſuaʒ cōfeſſionem qñ apparēt alia indicia māi feſta. ita dič bal. vbi viđ i. l. ſciāt. . C. de ꝓbationibus.

c¶ Quero q̄. Adde ⁊ vide que not. bar. ⁊ doct. ⁊ ibi dedi multas concor. i. l. ij. C. quod metuſ cau. ⁊ et iam dixi p⁹ bar. . ĵ. e. in. §. ſi quis vltro. ad ſi. ⁊ vide

# Si quis dicatur.

¶ Op. ꝙ ſolum vna exceptio impediat teſtis examinationem. ſ. ſi dicantur eſſe inimicitie capitales. alie exceptiones non impediunt examinationem: ſed reſeruanť poſtea: vt no. in. l. iij. §. i. ſ. de teſti. ⁊ eſt tex. in auctē. ſi dicať. C. de teſti. So. in teſte qui debet examinari ſine tormentis ꝓcedunt illa iura. ſed in teſte qui examinatur cum tormētis ante omnia ſunt examinande omnes exceptiones ne teſtis torqueatur ſine cauſa. caſus eſt hic.

# Antoninus.

Hic poniť tertia parſ i qua dicit ꝺ effectu q̄ſtionis ſeu ꝯfeſſionis habite ꝑ tormēta. ¶ No. ꝙ teſtis q non dʒ examinari examinatus non facit indiciuʒ: vt. ſ. e. l. §. diuus videbitis. ĵ. e. l. maritus. Ex. §. ſequēti.

¶ An ſtetur confeſſioni facte in tormentis. Et que confeſſio dicatur facta in tormētis. Et quomodo dicať ꝑſeuerare in ꝯfeſſione. ⁊ q̄liter poſt tormenta ſit reus reducendus.

# Diuus ſeuerus.

¶ Not. ſtať ergo confeſſioni facte in tormentis. contra. ſ. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. ⁊ l. qui per ſententiam. C. de penis dicit glo. valet ſi perſeuerat alias nō: vt hic. ⁊ ĵ. e. l. ſi quis vltro: vel aliter^b. ibi loquitur de confeſſione facta ſponte ⁊ ſine tormentis: hic vero de confeſſione facta cum tormentis. hec placet iuncta cum prima. ¶ Item oppo. C. de confeſ l. i. So. eodem modo: ibi ſponte: hic formidine tormentorum. ideo non ſtatur niſi perſeueret. quero que^c confeſſio dicatur facta per tormēta? reſpondeo ſi eſt facta adhibita tortura: vel eſt facta per torturam aliquo ligato: ⁊ precedentibuſ minis deponendo ad torturam non auteʒ quelibet leuis territio facit videri confeſſionem factā eſſe formidine tormentorum: ſed debet eſſe poſitus in tormentis vel ductus ad ea. Idem ſi eſſet in carcere in quo de fame ⁊ de frigore multū patiebatur. nam tunc formidine tormentorum videtur facta. ar. ad hoc. ſ. ꝺ iniurijs. l. itē apud labeonem. §. queſtionem. facit. ſ. de vi ⁊ vi ar. l. iij. §. ſi quis autem viſis. ibi dum dicit ſufficit ter

qđ dicit bal. in. l. ſi quis in hoc gen⁹. C. ꝺ epiſ. ⁊ cleri. ⁊ vide bal. no. ꝺ effectu torture ⁊ qualiter ꝓbetur in. l. ſi quis non dicā rapere ꝺ epi. ⁊ cle. vide imol. in. c. relatū. extra qđ me. cau. ⁊ in. c. cām matrimonij. de offi. deleg. ⁊ ille diciť in confeſſione ꝑſeuerare qui diuerſis tpibus cōfitetur qđ eſt no. l. iiij. ff. de pig. ac. in vlti. glo. quā refert bal. in rub. C. de no. codi. compo. ⁊ in. l. ij. C. qđ me. cā. ⁊ bar. in tractatu de q̄ſtionibus. ⁊ adde qđ an qs cōfeſſus fuerit metu tormentoꝝ relinqtur arbitrio iudicis: q: ſufficit ꝓbare ꝑ cōiecturas: vt no. bar. in. l. interpoſitas. C. de tranſact. ⁊ ideo ad cognoſcendum qd ſit tormentū: ⁊ an cōfeſſio ſit facta in tortura. vide pau. de liaza. ⁊ pe. de ancha. in cle. i. de hereti. in glo. ⁊ ꝑ pau. in ca. grauis de depoſito. ⁊ que proprie dicunť tormenta bal. in. l. i. de cuſto. reo. C. ⁊ bal. in. l. i. C. de his q ad liber. pue. nō poſ. ⁊ que dicantur tēperata tormenta bal. in. l. vna in. v. colū. C. ꝺ confeſ. ⁊ ibi dicit ꝙ in dubio videť facta confeſſio metu tormentoꝝ. Itē carcer. eſt tormentuʒ: vt no. bal. in. l. i. C. de his q ad lib. pue. nō poſ. Itē cōpedes fortes. l. i. ⁊ ibi bar. de cuſto. reo.

ADDE an i dubio ꝯfeſſio videať fcā metu tormentorum pe. de ancha. conſil. xxiij.

d¶ Iſtud poſtea. Et de dictione poſtea quantuʒ interuallū iportat: ⁊ q: diciť ꝙ ſtat in arbitrio iudicis idē no. Imo. in. l. q alienā. §. ſi. de acq. here. vbi vide. ⁊ ꝑ doc. in. c. cū. m. ferrarieñs. de cōſti. ⁊ bal. in. l. interpoſitas. C. de tranſac. dicit ꝙ ſtat i arbitrio iudicis qñ confeſſio dicatur facta metu tormentoꝝ. Et q̄ dicanť tēperata tormenta eſt in arbitrio iudicis ſm bal. in. l. i. in. v. col. de cōfeſ. ⁊ ibi etiā ponit an in dubio cōfeſſio preſumať facta metu tormentoꝝ: vel nō. ⁊ ibi etiā qd de confeſſione facta in carcere qd ſi qs fuit tortuſ. vide bal. i. l. ij. C. quo. appel. Itē an terror vultus iudicis ſit tortura ꝑ bar. in tracta. de q̄ſti. Et ad probandū torturā non metu illatā dicit bal. in. l. legis virtus. ff. de le.

ꝙ tortura dʒ adhiberi corā honeſtis ꝑſonis ⁊ nō in ſecreto: auditis primo rōnibus vtriuſqʒ ptis. Et de materia tormētoꝝ vide plene ꝑ io. an. in rubri. de reg. iur. c. cū in contēplatione. in antiqs. ⁊ qđ habeť. xvi. q. i. in ſumma. ⁊ qđ no. in. c. i. in glo. pe. ꝺ depoſito. ⁊ q im ꝓprie ſunt tormēta. vide in. l. apud. §. q̄ſtionis. de iure fiſci. ⁊ i. l. i. §. q̄ōnē ad ſil. vide bal. i. l. ij. C. quo. appella. ⁊ adde ꝙ etiā dixit bal. in. d. l. interpoſitas. qđ ita ꝓbatur ꝓbabilis ſuſpicio tormentoꝝ ſicut ipoꝝ illatio. ⁊ adde ad ꝓbationē illorum tormentoꝝ qđ dixit bal. in. l. nouiſſime. ſ. quod fal. tut. auc. ꝙ ſꝑ ꝑſumiť terror inferri ab officiali qđ no. cy. in. l. ij. C. qđ me. cā. ⁊ qd ſi leuiter fuit tortus. vide bal. i. l. i. ⁊. ij. C. quoꝝ ap. ⁊ ibi an terror vult⁹ iudicis ſit tortura. Itē ſufficit ꝓbare queʒ fuiſſe detentū lʒ de tormentis non probetur ꝑ no. ꝑ bal. in. l. falſus. ad ſi. C. de fur. ⁊ cy. C. qđ me. cā. l. ij. ⁊ bal. in. l. i. C. ex delic ꝺ fun. ¶ Iteʒ qñ vociferatū ē i occulto qs torq̄tur. ⁊ pōt ꝓbari tortura ꝑ famaʒ: vt in. l. ꝺ minore. §. tormēta. ĵ. co. ibi cui⁹ eſtimationis: ⁊ hic adđ bar to. i. l. de pu

tormentorum. ¶ Sed quero quomodo dicatur perſeuerare in confeſſione. hunc paſſum declarat tex. C. de cuſto. reo. l. ij. q: oportet ꝙ poſt cōfeſſionem factam in tormentis reducať in loco publico iudicij ibi coram notario ⁊ ꝑſonis publicis cōfiteať: vt ibi in tex. dř. ¶ Sed quero dixi ꝙ poſtea dʒ reduci. q̄ro quō intelligi dʒ iſtud poſtea^d. puto ꝙ dʒ intelligi arbitrio iudiciſ q dʒ arbitrari eque: vt reducat eū illo tpe quo ceſſauerit dolor tormentoꝝ. ſi enim ſtatim reduceret eū ad banchum inſtantibus his doloribuſ totū hoc videreť dictuʒ^e formidine tormentoruʒ. eadem enim formidine dicere vř. ar. l. qđ ait. §. ſi. ſ. de adulte. ¶ Quero qd ſi iſta cōfeſſio fuerit facta non precedentibus indicijs. dicā. ĵ. e. l. pe. contra hoc opponi poſſet quod dic vt dicam. ĵ. . §. queſtioni.

# In cauſa tributorum.

¶ Iſte. §. pōt legi trib⁹ modis. vno mō dic ſic. ſeruus cuius eſt omiſſa ꝓfeſſio pōt torqueri contra omittentē etiā ſi ſit ſeruus reipublice. ¶ Secundo ſic. ſeruus reipublice pōt torqueri cōtra omittentem ꝓfeſſionem alicuius alterius rei. ¶ Tertio ſic ſeru⁹ pōt torq̄ri ſi ipe dicať omiſiſſe ꝓfeſſionē alicuius rei. ⁊ ꝑ oēs iſtos caſus itellige eſſe omiſſam iſtā ꝓfeſſionē in cā tributoruʒ ⁊ ſi ſeruus ē capitaliter puniendus. ¶ Opp. de . l. licitatio. §. ſi ſeruus. ſ. ꝺ pub. So. itellige hic de alio ſeruo alterius reipublice ꝙ̄ ciuitatis romane. Ex. §. ſequenti.

¶ Qualiter interrogari debeat teſtis cum inq̄ſitio ſit generalis: ⁊ cū ſit ſpecialis.

# Qui queſtionem.

¶ Uides hic ꝙ ſeru⁹ tortus non dʒ de aliquo interrogari. ſed. ĵ. ꝓxi. . §. dř contrarium. vbi ſeruus tortus pōt interrogari de ſe. Aduerte qñqʒ ſit inq̄ſitio generalis: q: cōſtat homicidium eſſe cōmiſſuʒ: ſed ignorať a quo: ⁊ tunc dʒ fieri tortura: vt dř hic in. §. qui q̄ſtionē: ſed qñ ſit inq̄ſitio ſiue accuſatio ſpecialis cōtra aliquē ⁊ torq̄ť in illū: ⁊ tūc ille debet interrogari vtrum ſit ipſe vel aliuſ: vt. d. §. diuus. ¶ Sed op. qñ ſit inq̄ſitio generalis quomodo

pillo. §. ſi quis ipi pretori. ſ. de ope. no. nū. ibi vel ex cuius cōtumacia. ⁊ ibi vide bar. qualiter ꝯfeſſio ꝑſeuerata poſſit reuocari: ⁊ vide bal. ⁊ ſaliꝯtros. in. l. ſi. C. de ꝓba. ⁊ not. qđ dicit bal. in. l. in bonch. C. de re. cre. in ꝟ. itē q̄ro ꝙ ꝯfeſſio in tormētis ꝓcedētibus indicijs ſi poſt reuoceť ne ꝑſeueret facit ſemiplenā ꝓbationē: vt in ea cogať ꝑſiſtere cū nouis tormētis. ad qđ vide quod ipe no. in. l. ſi. C. de ꝓba. ⁊ pau. de liaza. in cōmento . c. grauis. de depoſito. ⁊ cy. in. l. ſi. C. co. ¶ Quero vtrū ſemel tortus cōfitēdo dicať in ꝯfeſſione ꝑſeuerare. dicūt doc. ꝙ tūc ꝑſeuerare diciť qñ tortus nō in tormentis: ſed extra tormētoꝝ loca illa nō videns ꝑſeuerat alias nō videť ꝑſeuerare. i. ſponte: ſed metu. ⁊ iſta nō videť ꝓprie ꝑſeueratio. De hac materia plene habeť ꝑ io. an. in. c. cū in cōtēplatione. de reg. iur. in nouella. ⁊ ibi etiā dicit ꝙ ſemel vel bis tortus in negādo ꝑſeuerans pōt iterum torqueri ex indicijs ſupuenientib⁹. ⁊ hec materia examinať ꝑ Cy. C. co. i. l. ſi. ⁊ ꝑ bal. in. c. i. §. iniuria. in ꝟ. ſeu furtū. de pa. iura. fir. Adde bar. ſ. co. in. l. i. §. diuus. ⁊ not. in. d. l. i. §. diuus. ⁊ ibi ad ſi. dixi. ⁊ in. l. ij. de cuſto. reo. ⁊ dicta ꝑ bar. in. d. l. ij. in ſi. cōiter teneť. ⁊ vide que dixit Jo. an. quicqd voluerunt. ⁊ alij ibi in. c. olim. de reſcrip. cū quo ibi tranſeunt doc. At qñ qs dicatur ꝑſeuerare. vide ange. in tractatu de q̄ſtio. ⁊ bal. in. l. ij. C. quo. appel. ⁊ ꝑ ange. ⁊ Imol. in. l. qui in aliena. §. ſi. ff. de acqui. here. ⁊ bal. in. l. i. in. v. col. ⁊ in. viij. col. de cōfeſ. ⁊ in. c. i. §. iniuria. de pa. iur. fir. per do. Anto. in. c. cum in contemplatione. de regu iur. ⁊ bal. in rubri. C. co. in ſi. ⁊ de confeſ. in. l. i. ubi no. ⁊ adde qđ eſt opus ꝙ diuerſis tpibus cōfiteať. glo. eſt no. in. l. iij. ſ. de pig. actio. vt refert Bal. in rubri. C. de no. codi. cōpo. ⁊ in. l. ij. C. qđ me. cau. ⁊ Bar. in. tractatu de q̄ſtionibus.

e¶ Uidetur dictum. Idem tenet Bal. ⁊ Ange. in. l. ij. C. qđ me. cauſa. ⁊ Cy. in. l. ij. C. de queſtionibus.

a ❡ Diuus. veritas eſt iſta. An teſtis de alia rē pbet: vide in. l. ſi quis. in ſi. prin. de fal. vide late p bar. in. d. l. ſi duo. §. idem iul. de iureiuran. ⁊ ibi poſt bar. ⁊ qd̄ habetur in. l. repeti. ȷ. e.

b ❡ Queſtioni. confeſſio in tormentis p ſe nō eſt valida ⁊c̄. limita tn̄ ſing. vt dixi poſt bart. in. l. capite quinto. ff. de adul. ⁊ vide aliqua notabilia p bal. i. l. ſi qs in hoc gen⁹ C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ ibi ponit ꝙ ſi non obſtāte tali confeſſione ſponte facta iudex abſoluat de facto confitentez: an talis confeſſio aliqd operetur. ⁊ p pau. de liaza. in comēto. c. grauis ff. depoſito: ⁊ per iſtū. §. dy. i tractatu ff. queſti. monet iudices ne faciant confiteri reum per ſubtractionē ipm ſpecifice de crimine certificando ſeu interrogādo: q: dz in genere interrogare. facit. l. prius. ⁊ qd̄ ibi no. ad ſil le. ⁊ vide in l. ſi poſtulauerit. §. ſi negauerit. ff. ad adulte. vbi plene iſta notātur.

c ❡ Cum qs iudici cōmittitur. Idem bal. in auc̄. ſi dicatur. in pe. col. C. de teſti. Quid ſi ante iudiciū inceptū iter me ⁊ te vado ⁊ accuſo teſtem tuuz de crimine: vt ſic nō poſſit admitti cōtra me tanq̄z inimicuſ. vide ibi per euz qui allegat bar. hic ⁊ euz ſequitur. ⁊ ad de etiaz Jo. an. in. c. ſi. de teſt. ⁊ hic ad de bal. in. l. ſed ⁊ ſi quis cautio. ⁊ qd̄ dixi p⁹ bar. ff. ea. l. §. ſi ſeru⁹.

d ❡ Si quis vltro. Ad materiā huius. §. vide. l. relegati. et qd̄ ibi no. ȷ. de penis. et per illum tex. dixit bar. in. l. ij. C. de ſen. ex peri. reci. ꝙ princeps pōt ſuā ſententiam corrigere. et ibi vide bal. vtrum papa poſſit ſuam ſententiam reuocare.

e ❡ Dicit ſtatutum. Statutum dicit ꝙ banniti rebānniantur an videant̄ reſtituti: vel habere ſimplicem indulgentiam. vide in. l. ſi. C. de ſenten. paſ. et qd̄ dixi ibi. et adde ꝙ ia. de bel. in. c. guerrā. in prin. poſt not. ibi in ti. hic finitur lex cōra. diſputauit. q. de reſtituto p principē. vtrum recuperet bona alienata p fiſcum que fuerunt confiſcata. et ibi refert bal. vbi finaliter dicit ꝙ nō: q: quedam ſunt que deueniunt in alium immediate per ipſam confiſcationem: vt eſt tex. et exemplum in auc̄. bona dānatorum. et ad illa intelligit facta reſtitutio. Quedam ſunt que veniūt mediate per alium contractum: et in illis ſecus eſt. ar. l. i. C. ne fiſ. rem quaz vendi. li. x. et in. c. quāuis. de reſcrip. in. vi. Sicut etiam dicimus in legitimato poſt mortem patris ꝙ aut legitimat̄ p⁹ aditā hereditatez p legitimos ⁊ tn̄ aufert eis bona aut ante ⁊ tūc ſic: vt no. moder. de libe. ⁊ poſtbu. i. l. gallus. §. qd ſi tn̄ qd̄ videtur. Contra predicta tn̄ ſi hereditas eſt adita ab agnatis: ⁊ tē iſta acquiſitio pcedit p imediatam cā deficiētis linee legitimationis ⁊ officio ſui heredis quo ad ſuitatē reſcindit̄ acqſitio quaſi natiuitate poſthūi. qd̄ pōt eſſe vez qñ princeps reſtitueret natalib⁹. ſed ſecus in reſtitutōe quā faciūt iſti comites. q: ñ videt̄ cōſenſiſſe priceps ꝙ auferatur eoꝝ priuilegio ius q̄ſitū alteri. l. quotiēs. C. de preci. impe. offe. ⁊ l. nec auuſ. C. de emāci. libe. q: ſic inciperet fieri edictuz iniquū p principis priuilegiū. ar. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. ex fcō ⁊ ꝙ legittimatio operet̄ potentius q̄z iuſ cōmune pz. C. de natu. lib. in auc̄. item ſine legittimis. ibi principis ⁊ legiſ deuo. ⁊ facit extra de auc. ⁊ vſu pallij. c. ex tua. ⁊. C. de boniſ vacā. in. l. ſi qñ: ⁊ i. l. princepſ bona. ȷ. de ver. ſig. ſed poſito ꝙ legittimatus reſtituat̄ ad bona: vtrū agnati qui medio tpe poſſiderunt teneant̄ ad reſtitutionē fructuū pceptoꝝ vel i rebus hereditarijs. Rn̄. nō pro hoc ē tex. no. i auc̄. de neſtorianis. C. de hereti. bal. in. c. dn̄o guerrā palle. ⁊ eūdē bal. in. l. i. C. de here. inſti. ⁊ in. l. ſi. in. ix. col. C. de ſen. paſ. ⁊ ad hoc no. vide q̄ dixi in. l. ſi. ȷ. de penis: ⁊ ang. in. d. l. gallus. §. qd ſi tn̄. vbi ponit de q̄ne bal. in. d. c. dn̄o guerram. an reſtitutus a rege ipetret feudū qd̄ habuit a rege: vel ab alio. vide in. d. c. dn̄o guerrā: ⁊ ad hic no. ⁊ in. l. fratres. ȷ. de penis. vide do. abb. in. c.

poteſt fieri tortura cū cōtra eū nō appareant indicia: ⁊ l. vult neminē torqueri: niſi appareāt indicia cōtra reū. vt. l. i. §. i. ff. eo. Rn̄deo in hac inquiſitione generali dz prius conſtare maleficiuz eſſe cōmiſſum: vt hic. ⁊ l. ſi is qui. §. ſi tu ticium. ff. de fur. ⁊ eſt caſus. ff. ad ſil. l. i. §. itē illud. Itez debent eſſe aliq̄ indicia cōtra teſtes ꝙ debeant hoc ſcire: vel q: ipi vacillant: vel q: alij dicunt ipſos interfuiſſe: vt. l. ex libero. in prin. ⁊ l. vni⁹. §. teſtes. ȷ. e. Nec ob. l. i. §. i. ff. e. q: ibi loquitur in inq̄ſitione ſpeciali vel accuſatione ſpeciali. Circa ſecundū qñ torquetur teſtis contra certā pſonā: licet de illo interrogetur de alijs circunſtantijs nō dz interrogari: vtputa interrogabo eum ſi ticius interfecit ſeiū: nō tn̄ interrogabo eū nominatim de modo: ſed dicā qualiter fecit iſtud: ⁊ qñ ⁊ in qua parte corporis pcuſſit: non autem interrogabo eum limitate: vt pcuſſit ſic vel ſic: q: iſtud eſſet ſuggeſtio: vt hic in tex. ⁊ hoc eſt verum in illis qui examinant̄ per torturam. alij vero teſtes qui ſine tortura examinant̄: examinant̄ limitate ſuper articulis productis: vt i. c. preſentium. extra de teſti.

Ex. §. ſequenti.

❡ Teſti dicenti extra articulū qñ credat̄.

**Diuus.** Uer. ⁊ ſiqdez ſi nō habetis. §. debet iungi cū fine pcedentis. §. valet ergo ſm lec. hanc dictum eius qui dicit ꝙ vltra q̄ fuerit interrogatus. Sed contra. ff. de peti. here. l. ſi quis libertatem in ſi. ⁊ l. ſi duo patroni. §. ij. ff. de iureiu. no. in. l. momentanee. C. qui legi. pſo. videte veritas eſt iſta[a]: q: q̄z teſtis interrogatus dicit vltra interrogationē ſuā aliqua prorſus extranea: ⁊ ad cauſaz nō facientia: tunc dictum eius non vz: ſed ſi dicit aliqua faciētia ad cām: licet ſit extra articulū: tunc ſiquidez ipe iurauerit dicere veritatē ſup articulis: illud qd̄ vltra dicit non valet: q: illud deponit nō iuratus: vt. l. iuriſiurandi. C. de teſti. ſed ſi iuraſſet dicere veritatem ſuper tota cauſa valeret dictuz eius in his que adminiculant̄ ad cām: vt. in. c. pterea. ⁊ ibi no. extra de teſti. itē facit ad hoc: q: teſtis hic generaliter interrogatur. ⁊ ideo quicquid dicit in illa tota generalitate illud facit fidem: ⁊ hoc prout iſte ver. refertur ad precedentem. §. vt dixi. glo. tn̄ vr̄ eum referre ad proxi. vt interrogatus de ſe dixit de alijs conſocijs piudicatur ſocijs. ſed ſm hoc iſtud erit verum in illis caſibus in quibus quis de ſocijs interrogatur q ponuntur in. l. ſi. C. de accuſa.

**Queſtioni.** [b] No. ꝙ fragilis eſt confeſſio facta per tormenta. contra imo confeſſio que habet̄ p tormenta dz eſſe validior: vt in auc̄. de teſti. §. i. ⁊ not. in. l. cum probatio. §. i. ff. de proba. Rn̄deo tres ſunt caſus. qñq̄z quis torquet̄ in ſe tn̄: ⁊ tunc eſt validior confeſſio facta ſine tormentis q̄ cū tormētis: vt. ff. proxi. §. diuus. ⁊ hic ⁊. ȷ. §. ſi qs vltro: qñq̄z qſ de alio tn̄ interrogat̄: ⁊ tūc ē validior cōfeſſio cū tormētis: vt. d. §. i. i auc̄. de teſti. ⁊ l. cuz pbatio. qñq̄z torq̄t̄ in ſe ⁊ in aliū ſimul: tūc debilior ē ꝯfeſſio cum tormētis: vt hic.

**Preterea.** ❡ Quero qd̄ ꝟtit̄ i cauſe cognitione. dicit glo. debem⁹ aduertere an ſint inimicitie magne vel pue de qb⁹ inimicijs dz itelligi. vide p Inn. ex̄ de accu. c. cū oz. nā i bello licito: licitū ē et mētiēdo decipere hoſtes. xxiij. q. ij. c. dn̄s deus nr̄. ⁊ not. xx. q. ij. c. vtilē: vt habetis in glo.

Ex. §. ſequenti.

❡ Inimicitia ſupueniens fcō eius ꝯ quē pducitur nō repellit teſtē.

**Cū quis.** ❡ No. ꝙ ſi ſoci⁹ criminis ducit aliū ſociū ad iudiciū ſibi pp hoc nō pcit̄ caſus ē hic. In ꝯtra. facit. l. nō oēs. §. ſi. ȷ. de re mili. So. ibi plura iteruenerūt. nā ibi ſpōte ꝯfitebat̄ ſe reū ⁊ q̄rebat veniā: q: alias pducebat. hic ꝟo nō dicebat nec allegabat ſe reū imo mētiebat̄. pterea ibi demōſtrauit plures: ⁊ cepit plures: hic vnū tn̄. pterea ibi cepit trāſfugas ⁊ hoſtes ciuitatis: hic aliū malefactorē q adhuc hoſtis ciuitatis nō erat. Ego vidi i ciuitate iſta cū qdā nō hr̄et ꝯtra eū niſi vnū teſtē vidi fieri hāc maliciā: q: dedit reus illi teſti vnā alapā: poſtea cū ille teſtis ꝯtra eū pduceret̄ ꝯtra eū oppoſuit ꝙ erat ſuus inimicus. ꝯtra iſtā maliciā habetis remediū hic. nā inimicitia ſupueniēs facto eius ꝯtra quē pducit̄ teſtis nō repellit teſtē oino: ſed hoc iudici cōmittit[c]. ita vides tex. hic i ſi. facit qd̄ dixi uobis. ȷ. e. l. §. ſi ſu⁹

Ex. §. ſequenti.

❡ Statutū ꝙ bāniti rebāniant̄. an videat̄ idulgere vel reſtituere: ⁊ an iudex maleficioꝝ poſſit examinare teſtes a pte non pductos: ⁊ iudex in maleficijs: an poſſit examinare teſtes poſt ꝯcluſionē in cā. Et an defenſiones p reo pſint mādatori. Et an poteſtas poſſit eū abſoluer̄ quē ante ꝯdēnauit conſtito poſtea de innocentia. ⁊ an notarius dicat̄ falſus eo q: ſcribat ſponte confeſſus cum fuit in tormentis.

**Si quis ultro.** [d] Hic eſt. §. multū not. Si poſt ſnīam ex prima confeſſione latā de inocētia rei conſtiterit dz condēnatus reſtitui a principe nō ab inferiori. h. d. Et cū dicit hac epiſtola loqtur iuriſcō. hic dicit iure eſſe notādū ꝙ ſeruus reſtitutus poſt ſententiā ad dn̄m ptinet. ſed contra ff. l. aut dāna. §. ſeruos. ȷ. de penis: ⁊ l. fruſtra. C. de ſen. paſ. ſo. hic fuit reſtitutus hoc eſt in priſtinum ſtatū repoſitus. ibi vero indulgētia non excessa: ita tz glo. ex q̄ no. iuncta cū tex. ꝙ iſta ꝟba potes itaq̄z decreti grāz facere: lz nō ſolēt indulgentiā: vel reſtitutionē in dubio preſumit̄ reſtō. ita intelligit iuriſcō. ⁊ gl. in hoc reſcripto qd̄ nota qñ dicit ſtatutū[e] ꝙ bāniti rebāniant̄: an vidētur reſtitui vel habere ſimplicē indulgētiā. ⁊ hic vr̄ ꝙ reſtituti preſumit̄. de hoc cōſueuit dici i. l. ſi. C. de ſen. paſ. dicā. ȷ. de ſen. paſ. l. ſi. hic dr̄ ꝙ

ſinter quatuoꝛ.de maio.ꝛ obe.ꝛ anto.de bu.in.c.quāuis.de reſcrip.i.vi.ꝛ vltra hic no.vide bar.in.l.abſentem.j.ti.i.ꝛ dixit bar.in.l.qd ergo.§.pena grauioꝛ.ſ.de his qui not.inſa.in ver.quero vtrū.

a ¶ Ideo dic.vide bal.in.d.c.domino guerram.in pꝛin.in ti.hic finitur lex conra.vbi queſiuit.rex francie condēnauit aliquem ad moꝛtem:ꝛ dū duceref ad patibulum quoꝛumdaꝫ rogationibꝰ eidem pepꝑcit ipſum reſtituendo.q̄rit an reſtitutum ſit ei ſendum:dic vt ibi p euꝫ.

b ¶ Poſt concluſionē Et poteſt eē ratio:q꞉ cōcluſio in cā ꝛ renunciatio pꝛobationum idem ſunt:vt not.per bal.ꝛ ibi dixi in auē.iubemuſ.C.de iud.ꝛ gl.in.c.cum dilectus:de fide inſtru.ſꝫ certe ſicut ſi poteſt in criminalibꝰ expꝛeſſe renūciari pꝛobationibuſ ꝛ d̄ fenſionibus vt eſt glo.in.l.pactuꝫ inter heredeꝫ.ff.de pact.ita nec p cōcluſioneꝫ in cauſa.vnde intelligereꝫ dictuꝫ bar.habere locū ſm ea que ſcripſi poſt bal.i.d.auē.iubemus.licet Ang.in.d.auē.videatur ſentire contra bar.hic.ſentit tamen angel.ibi:in vno cuꝫ bar.hic ſciliꝫ q̄ poſſit concludi in cauſis criminalibꝰ ꝑ quibus videtur tex.ſꝫ vnum intellectum in.l.quāuis idubitati.C.de adulte.ſed i contrarium facit ratō ſupꝛadicta.ꝛ tenet Bal.in.l.i.i ver.quero quarto d̄ condi.inde.C.ſed poteſt dici q̄ tacite pōt concludi in cā criminali:puta ſi reus paſſus eſt labi omnes dilationes ſibi datas ad pꝛobandū:quo caſu non dꝫ admitti amplius:vt in.l.fi.ff.de fer.ꝛ no.bal.in.l.i.C.qui accu.ꝛ quod dicit hic bar.itellige q̄ admittatur officio iudicis.ꝛ ad bar.hic adde bar.in.d.l.duo fratres.ſ.d̄ pac.ſed qd̄ cōcludaſ in criminali cā.Bal.in.d.l.i.ver.ſed hic dubitatur hic adde Bar.j.e.l.ſi minus.immo dixit bar.per iſtum tex.in.l.fi.ſ.d̄ ferijs in.ij.col.q̄ iudex debet perquirere etiam reo non petente defenſionē etiā poſt ſententiaꝫ.adde omnino bar.in.l.duo fratres.de pac.ꝛ ſpe.de inquiſiti.§.vtrum.ver.ſed nunquid publicus:ꝛ in.l.ij.§.ſi publico.d̄ adul.per bar.ꝛ bal.in.d.l.pꝛeſbiteri.C.de epi.ꝛ cle.ꝑ bar.ſ.l.pe.§.ad crimen.in.v.col.ſ.de pub.iudi.ꝛ quid de inſtrumentis.vide in.d.l.diui fratres:ꝛ vide bar.not.de condi.inde.in.ij.col.ꝛ bal.in auē.qui ſemel.C.d̄ pꝛoba.Inno.in.c.cum clamoꝛ.de teſti.ꝛ bal.in.l.edita.in.ix.colū.C.de eden.vbi no.vide bal.in.d.l.fi.ſ.de fer.ꝛ que ibi dixi.

c ¶ Pꝛoſint mandatoꝛi.An pꝛobationes facte pro reo pꝛoſint mandatoꝛi.adde Jo.an.in.c.ratihabitio de re.iur.in mercu.ꝛ qd̄ no.bar.i.l.adulter.§.ſi eius.de adul.C.ꝛ quid de pꝛobationibus factis contra vnum ex inquiſitis.vide do.anto.ꝛ doc.in.c.dilecto.de pꝛeben.

d ¶ Itē no.vide no.in.l.ſi quis poſt.de teſta.vbi per imol.ꝛ quod nota.bal.in.l.aditos.C.de epiſ.au.ꝛ in.l.i.in vlti.col.C.de confeſ.ꝛ imol.in.l.is qui reus.in glo.ſ.de publi.iudi.ꝛ Sali.in.l.i.C.qui accuſa.ꝛ imo.ꝛ ibi no.i.c.ij.de purga.vul.ꝛ Inn.in.c.ſi qn̄ de offici.dele.ꝛ melius in c.paſtoꝛalis co.tit.quem not.allegat bal.i.d.l.aditos q̄ ſi iudex videt ſētētiā iniuſtā dꝫ ſupſedere in executione:ꝛ vid̄ Imol.in.l.a diuo pio.in pꝛin.ſ.d̄ re iudi.ꝛ in.c.ij.in.d.ti.de purg.vulg.vbi no.

preſes non pōt reſtituere.cōtra in.l.in cauſe.§.fi.ſ.de mino.So.ibi ratione etatis reſtituiſ nō alia.Alia ſo.eſt q̄ ibi in ciuili hic in criminali:ſꝫ truffa eſt:ideo dicᵃ q̄ quedam eſt reſtitutio que conceditur per officium iudicis:ꝛ ex edicto pꝛetoꝛis moꝛtui:vel ex cauſa etatis vel abſentie ꝛ ſimilium.ꝛ illam poteſt concedere pꝛeſes:vt i cōtrario.quedam eſt que fit ex ſola miſericodia:ꝛ iſtam ſolus pꝛincep s concedit:vt hic in hoc.§. ¶ No.tria mirabilia.pꝛimo quero in.q.quam diſputaui:an iudex maleficioꝝ poſſit ex officio ſuo examinare teſtes a parte non pꝛoductos:ꝛ dixi q̄ ſic per.l.ij.C.de abo.ꝛ hic vbi iudex que rit de partis innocentia parte non poſtulante.pro hoc.l.ſi non defendatur.j.ti.i.de q̄ feci mētionem in.l.iiij.§:hoc autem iudiciū.ſ.de dam.infe. ¶ Secundo no.q̄ in cauſis maleficioruꝫ poſſunt recipi teſtes etiam poſt concluſionemᵇ cauſe ꝛ etiam poſt publicationem ut hic.ꝛ eſt caſus.j.e.l.vnius.§.reus ſecūdum vnam lec.ꝛ ibi no.ꝛ audio q̄ Jo.an.tenet hic in.c.fraternitatis.extra de teſti. ¶ Tertio no.ad qōneꝫ diſputatam p Ricardū vtrū defenſiones facte ꝑ reo pꝛoſint mandatoꝛiᶜ vel econtra.ꝛ dic aut reꝰ recipiebat teſtes pꝛo vtroqꝫ:ꝛ tunc vtriqꝫ pꝛodeſt vt hic.ibi aūt ad certioꝛē de ſe confeſſus peruenire t.ꝛc.ſi autem examinaret pꝛo vno tm̄:ꝛ tunc non pꝛodeſſet alteri vt.l.denunciaſſe.§.fi.ꝛ qd̄ ibi dixi.ſ.de adulte. ¶ Iteꝫ notaᵈ ad aliud qd̄ tota die occurrit.ſi aliquis eſt in carceribus condēnatus ꝛ ante executionē ſententie conſtat de innocentia:certe poteſtas qui eum condēnauit non poteſt eum abſoluere:vt hic in fi.ibi:pꝛincipi.tm̄ tenetur dare petitionem cōmuni vt abſoluat:vt hic in fi.ibi:pꝛincipi ꝛc.nam cum ſit condēnatus in pecunia que debet peruenire ad cōmune merito cōe poteſt ꝛ debet abſoluere.ideꝫ dico ſi eſſet in perſona condēnatus:q꞉ hoc pōt fieri:ꝛ loquoꝛ de ciuitatibus que non recognoſcuntᵉ pꝛincipem. ¶ No.etiaꝫ hoc ad aliud.cōtinetur in actis q̄ talis ſponte confeſſuſ eſt.ꝛ tamen verum eſt q̄ confeſſus eſt per toꝛmēta erit ne notarius falſus.ꝛ hic videtur q̄ non in pꝛin.ibi:ſi quis vltro ꝛc.ꝛ.j.ſequitur ibi:cum in toꝛmentis conſtiterit ꝛc.ꝛ ſic dicitur ſponte confeſſus ille qui in toꝛmentis eſt confeſſus:ꝛ ſm hoc debemus exponere conſtiterit.ſ.de confeſſione illius ſerui:ꝛ ſi dicis quomodo dicitur ſpōte cōfeſſus cum dicit per toꝛmenta.dicit q̄ ipſe perſeuerauit in confeſſione:vt.ſ.e.l.§.diuus ſeuerus.ꝛ.l.ij.C.de cuſto.reo.vel aliter ſi confeſſus eſt in actu toꝛture hoc nō poteſt dicere notariuſ nec ob.ibi conſtiterit ꝛc:q꞉ expone conſtiterit.ſ.de innocentia:ꝛ ſic non refert ſe ad confeſſionem:ſed ad ſerui innocentiam:vt hic pꝫ:ꝛ not.beneᶠ omnia pꝛedicta.

b **Ereditarii.** ¶ Op.de.l.ſ.pꝛoxi.§.ſi quis dicatur.vbi dꝫ pꝛiꝰ examinari ad quem pertineat anteq̄ toꝛqueatur.hic dicitur econuerſo.Solu.ibi erat in poſſeſſione ſerui ille contra quem petebatur torqueri:ideo poſſeſſio faciebat contra eum pꝛeſumptionē:alias ſecus.hodie etiam ſi conſtaret cuius eſſet ſeruus poſſet ſeruus torqueri in caput dn̄i:vt.l.fi.C.e.ti.ita dicit glo.

d **E inceſtu.** De hoc videbitis.j.l.pꝛoxi.i.l.ſequenti:ꝛ vidiſtis in.l.ſi poſtulauerit.ſ.de adul.

s **I quis viduā.** ¶ Op.d̄.l.q̄uis i fi.C.de adul.ꝛ auē.ibi poſita vbi non depoꝛtātur pꝛopter adulterium.glo.dicūt quedam q̄ alia pena erat olim alia hodie.ita no.in.l.ij.§.miles.ſ.de his qui no.infa.ꝛ.l.qui cum vno.§.adulter.j.de re mili.ꝛ.l.offidius.de his qui.vt indi.alia glo.dicit hic q̄ in crimine adulterii fit variatio pene ſm conditioneꝫ perſone:quia aliter punitur nobilis:aliter ignobilis.ꝛ hanc opi.videtur tenere Ci.in.l.cōtraria.

p **Atre.**

**Cum de falſo.** De hoc vidiſtis.ſ.e.l.herditarij

Ex.l.ſequēti.

¶ An iudex teneaſ d̄ eo q mortuꝰ ē i tormētis.

q **Ueſtionis.** ᵍDiciſ hic queſtiōiſ modū ꝛc.ſimile.j.e.l.d̄ minore.§.tormēta.Sed quidʰ ſi iudex torſit aliquem tm̄ q̄ mortuus ē:vt.l.aut dāna.§.i.j.ti.i.videtur dicere iudicem teneri.breuiter dico ſic.ſi iudex exceſſit modum conſuetum ꝛ modum qui debebatur adhiberi ſm qualitatem perſone torte teneſ.alias ſecus.hoc accidit mihi:q꞉ dū viderē iuuenē robuſtuꝫ torſi illum:ꝛ ſtatim fere mortuus eſt.ꝛ ideo inſpiciēdū ēⁱ:an poſſit iudici iputari culpa ꝛ ſimilia:vt dcō ꝯtrario.ꝛ per Cy.i.l.graccus.C.de adulte. Ex.l.ſequenti.

¶ Ad tormenta ꝑuenitur i ſubſidiū.

e **Dictum.** No.nō ſemꝑ quēlibet debere poni ad torturam:ſed aliter fieri ꝛ cū non ſuffi

e ¶ Nō recognoſcūt.vide ad hoc.ſ.de publi.iudi.bart.in l.infamē.ꝛ i repeti.l.omnes populi.ſ.de iuſti.ꝛ iure.

f ¶ Et not.bene.Et idē tenet ange.i.l.q i aliena.§.celſus.d̄ acq.here.lꝫ hic d̄ bar.ſi faciat mētionē.ꝛ tādeꝫ concludit q̄ aut erat confeſſus i actu toꝛture:tūc puniſ de falſo:aut nō:ꝛ nō puniſ.ꝛ ꝑ hac diſtinctione not.tex.i auē.ſacramēta.C.ſi aduer.vē.ꝛ in.l.ſi quiſ maioꝛ.C.de tranſac.vbi tex.aperit q̄ nō diciſ fieri ſponte q̄ fit metu ſeu imperio cogēte.ſed qd ſi notariuſ i confeſſione illius toꝛmētati exiſtentis in toꝛmentis nō ſcribit ſpōte factā confeſſionē:ſed voluntarie factam foꝛe.dic q̄ non punitur falſo:vt dicit bal.maxime in notabilibus.iſtud eſſe ſuū dictū in.c.i.§.iniuria.de pa.iura.fir.ꝛ huius eſt ratio:quia lꝫ voluntas ſit coacta voluntaſ tm̄ eſt.vt.j.de reg.iur.l.velle nō creditur.ſ.qd̄ me.cau.l.ſi mulier.§.pe.l.patre cogente.ſ.de ri.nup.ꝛ vide ad pꝛedicta no.per bal.in.l.ſi quis nō dicā rapere.C.de epiſ.ꝛ cle.cū ibi no.ꝛ ad bar.hic vide ang.ſ.ea.l.§.diuꝰ.ꝛ qd̄ no.bal.ꝛ ang.in.l.iiij.C.qd̄ me.cau.ſed bal.in.l.i.in.ij.col.C.ex delic.d̄ func.dicit q̄ alio modo ſaluari nō poterit.videlicet q̄ non fuerit toꝛtus vt ſic reſponderet de aliqua veritate ſuꝑ alia re:ſed poſtea ipſe hoc confeſſus eſt:qd̄ not.ꝛ per eūdē bal.in.l.i.in.vij.col.C.de confeſ.

g q Ueſtionis.vide q̄ dixi.i.l.vbicūqꝫ.de interro.acti.

h ¶ Sꝫ qd vid̄ ꝑ bar.ꝛ ang.i tractatu d̄ q̄ſti.ꝛ bar.i.l.lex coꝛne.i pn̄.ſ.de ſic:ꝛ ang.i.l.iij.ſ.de adul.ꝑ bar.i.l.iij.C.d̄ adul.ꝑ.pau.d̄ liaza.i cōmēto.c.grauis.de depoſito.facit.l.lege iul.§.ſi.ad.l.iul.repe.bar.i.l.i.de ſica.

i ¶ Inſpiciendū ē.Adde bal.in.l.graccus.C.de adul.ꝛ in.l.i.C.de emen

da.ſeruo.

a d Iuuis pius. deuenitur ad tormenta. limita niſi cā pecuniaria ⁊ ciuilis habeat annexum crimen: q2 tunc deuenitur ad torturā. text. eſt ⁊ ibi doc. in. c. i. de depoſito. ⁊ vide no. j. e. in. l. ex libero an in cauſis pecuniarijs quis poſſit poni ad torturā: ⁊ qñ debet poni. vide bar. in. d. l. ſi quis adulterium. ff. de adulte. adde tū ꝙ ſi agatur de falſo ciuiliter ſi ꝓcedunt indicia locus eſt tormētis. l. ſicut falſi. ⁊ ibi bal. C. ꝺ fal. ⁊ de iſta materia vide omnino doc. i. c. grauiſ. de depoſito. ꝑ imol. marie in notabilibus: ⁊ ibi no. etiaꝫ pau. de liaꝫ. ⁊ ad materiaꝫ vnā adde gl. xv. q. iiij. i. c. ꝑſbiter: ⁊ vide Cy. i. l. fin. C. de fal.

c ¶ Plurimum. ex quo collige. vide quod no. ſpe. in ti. de ꝓla. ſenten. §. i. ⁊ adde bal. in. l. qui bona. §. ſi alieno. i. iij. q. ſ. de dā. infec. ⁊ ibi dixi.

d ¶ Quis conſtantia. Et vide ang. in tractatu maleficio. in ver. nunc videamus de tortura. quem ſequitur bal. in. d. l. preſbiteri. C. de epiſ. ⁊ cle. vbi no. ⁊ bal. in. l. iij. C. de teſti.

cit ad tormentum peruenire. ¶ No. ꝙ ad tormenta peruenitur in ſubſidium cum aliter veritas explorari non poteſt. ¶ Item no. tormenta requiri in cauſis grauibus. qualiter autem in cā pecuniaria perueniatur ad tormenta videbitis j. l. proxi

Ex. l. ſequenti.

¶ Que ſit differentia quātū ad tormenta inter cauſas pecuniarias ⁊ capitales

d **Iuuis pius.** No. ꝙ in ſubſidium in cā pecuniaria deuenitur ad tormēta[a] ſeruorum. ¶ Quero que ſit differentia quātuꝫ ad tormenta inter cauſas pecuniarias ⁊ capitales: ⁊ graues. dico ꝙ in cauſa pecuniaria torquent tantum ſerui non liberi neqꝫ ſtatuliberi: vt hac. l. in fi. ſed in criminalibus ⁊ grauibus etiam liberi torquentur: vt. ſ. e. l. Item non ita de facili peruenitur ad tormēta ī cauſa pecuniaria ſicut in cauſa capitali ⁊ graui: vt hic.

**Ex quibus.** Tex. ibi indicia ſine tormētis. vel aliter. ſ. dixit quādo depoſuit ſeruus contra dominum ſuper eo facto. hic quādo ſuper aliquo indicio. No. ꝙ teſtis qui non debet examinari: examinatus non probat nec facit indiciuꝫ: vt. l. i. §. diu⁹: ⁊. §. idem ſeuerus. ſ. e. ⁊ dicam. j. e. l. maritus.

**De eo.** Duobus modis legitur. primo quādo quis eſt deportatus an ſeruus qui ante eius erat poſſit contra eum torqueri: ⁊ dicit ꝙ nō. ⁊ iſto modo ponendo caſuꝫ eſſet contra. l. i. §. item nummio. ſ. e. vbi ſeruus dānati torquetur contra eum: ideo nō procederet. Secundo modo poteſt poni caſus ꝙ ſeru⁹ non dominus fuit dānatus: ⁊ tunc nō poteſt haberi queſtio in dñm: vt hic: ⁊ eſt bona iſta lect. ꝑ. l. extraneo. §. fi. j. e. Tertio modo pōt poni an deportatus in inſulaꝫ poſſit vt ſeruus torqueri: ⁊ dic ꝙ non: q2 remanet liber homo. ⁊ hanc tenet Di. ⁊ tangit hic glo. i. in fi. ibi: vel dic de libero. ⁊ poteſt eſſe ſatis bona.

Ex. l. ſequenti.

¶ Minor licet non admittatur in teſteꝫ in criminalibus: tamen tortus facit indicium.

d **E minore.** ¶ Opp. ꝙ minor torqueat vt. l. i. §. impuberes. ſ. ad ſyll. So. non poteſt torqueri ea tortura qua torquentur maiores: ſed debent ferula vel habena cedi: vt in contrario. ⁊ no. ꝺ his qui. vt indi. ⁊ ad ſylle. ⁊c. l. talis. in prima glo. Sed quero[b] ad quid torquetur minor in cauſa criminali cum non poſſit eſſe teſtis: vt. l. in teſtimonium. ſ. de teſtib⁹: reſpondeo ⁊ dico ꝙ torquetur: vt faciat indiciuꝫ ⁊ ſic erit caſus vbi ille qui nō debet torqueri tortus tñ facit indicium. de quo dicaꝫ. j. e. l. marit⁹.

b ¶ De minore: ſꝫ quero. Quero ad quid torquetur: vid Gui. ꝺ ſuza. in. l. i. C. de preci. impe. offe. adde Bal. i. l. eoſ C. de teſti. qđ no. ⁊ baldus in. d. l. talis. hic allega.

**Tormenta.** No. de modo tormētorum: ⁊ de eoꝝ moderamine: vt dixi. ſ. e. l. queſtionis. ¶ Iteꝫ no. ꝙ de domo rei non debet initium probationis aſſumi: vt. l. nimis graue. C. de teſti.

Ex. §. ſequenti.

¶ Cum iudex vult ꝙ pars veniat ad reſpondēdum nō ſufficit mittere procuratoreꝫ inſtructū. ⁊ iudex pōt interrogare ꝓ inueſtigāda veritate de circonſtantijs quibuſcunqꝫ etiam remotis. Et qui examinat teſtes debet ſcribere trepidationem ⁊ conſtantiam. Et ſi non ſunt alia indicia an trepidatio. Variatio inconſtantia ſint indicium ad torturam: ibi. Secūdo. Quotuplex autez ſit fama: ibi. Pro declaratione. Et qđ ſit fama. ibi: Et primo. Et in quo loco debet eſſe fama ibi. Secondo A quo dꝫ oriri: ibi. Tertio. Et ex quo tempore debet oriri: ibi. Quarto. Et q̄liter probabitur fama: ibi. Quero. Et quid ſi teſtis dicat ꝙ audiuit a maiori parte: ibi. Quero quid. Et an teſtis debeat reſpondere cum interrogatur a quibus dici audiuit: ibi. Quero ſi. Et an fama poſſit negatiue ꝓbari: ibi. Quero vtrū. Et qđ ſi fama ꝯtraria diuerſo loco ē probata cui magis ſtetur: ibi. Quero quid ſi. Et quis ſit effectus fame: ibi. Vltio. Et ſtāte ſtatuto ꝙ maleficium poſſit probari per publicam famaꝫ qualiter intelligatur publica fama: ibi. Quero. Et an ſit differentia inter famam ſimpliceꝫ ⁊ publicam vide in fi.

**Plurimum.** No. ex hoc ſolēni. §. primo id qđ dicit vox ipſa. ex quo collige[c] ꝙ ſi iudex vult ꝙ pars veniat perſonaliter ad reſpondendum ꝙ non ſufficit mittere procuratorem quantumcunqꝫ inſtructum: q2 preſentia perſone ⁊ cognitio vocis requiritur. dixi in. §. ad crimen. ¶ Scđo no. qđ. j. dicit cognitionis ſubtiliſ diligentia. ex quo collige ꝙ iudex pōt interrogare ꝓ inueſtiganda veritate de circunſtantijs quibuſcunqꝫ etiaꝫ remotis: ad qđ facit qđ no. C. de teſti. l. teſtiū. Pōt etiaꝫ ſe fingere velle facere qđ nō vult: vt videat queꝫ actū facit reus vel teſtis qui examinatur: ⁊ qualiter ſe gerit. hoc etiā probatur ex̄ de preſump. c. afferte. ⁊ iſta eſt cognitionis ſubtilis diligentia. Itē ſequitur qua quis conſtantia[d] ⁊ trepidatōe loqtur: ⁊ ſic vides ꝙ conſtantia ⁊ trepidatio indicant aliquid iudici. Et ex hoc dicit Inno. ex̄ de proba. c. qm̄ ꝯtra. ꝙ ille qui examinat teſtes hoc dꝫ facere ſcribi in actis. hoc dicebat trepitādo ⁊ balbutiendo ⁊ ſimilia. Idē tꝫ ſpe. in tit. de teſte. nō recordor in quo. §. Et ex hoc etiā hēs ꝙ etiā vbi alia indicia extrinſeca nō precedunt ex eo ꝙ reus facit coram te loquēdo trepide pauendo ⁊ variando pōt hr̄e indicia ſufficiētia ad torturam: ita vides hic. ⁊ iō dꝫ iudex examiator eſſe cautus: vt faciat dicta eius ſic varia ⁊ diuerſa ſcribi in actis: ⁊ faciat ſcribere trepidationem ⁊ ſimilia: ne ei poſſit dici ꝙ fecit poni ad torturā nō ꝓcedentibus indicijs. ꝺ hoc dicā latius. j. e. l. fi. Itē dr̄. hic cui⁹ extimatiōis ⁊c. exponit gl. i. fame[e]. Ex hoc habes duo. Primo ꝙ fama alicuius ē idiciū ad torturā: vt hic. ¶ Scđo no. ꝙ dicit in ciuitate ſua. ex quo no. ꝙ vr̄ ꝙ debeat eſſe fama in ea ciuitate de q̄ ipē eſt: ꝺ q̄ fama dicā in hoc. §. ⁊ de alijs idicijs dicā. j. e. l. fi. q2 oīa iſta indicia faciunt ad illuminādā veritatem. vt hic dr̄. ¶ Veniamuſ ergo ad videndū de fama ⁊ de hac fama modicū tractat ꝑ gl. niſi quātum ponit in. l. iij. §. eiuſdē quoqꝫ. ſ. ꝺ teſti. De hoc etiā fecit vnū tractatū in quo dixit modicū ⁊ bonū. qdā q ē vocatus dñs Thomas de pipata ꝺ bononia. ⁊ vbicunqꝫ ipē aliqđ dicit ego dicam vobis. Spe. etiā in ti. de noto. crimine. etiā ponit de fama ⁊ modicū ⁊ nō clare. ¶ Pro declaratione ergo debetiſ ſcire ꝙ duplex ē fama. vna ē fama hoīs: alia ē fama inter hoīes. fama hoīs

e ¶ i. fame. an fama faciat indiciū ad torturaꝫ vide. j. e. circa fi. ⁊ idem tenet bal. in d. c. i. §. iniuria. i. v. col. ꝺ pa. iu. fir. vbi dicit ꝙ ſic. qđ qñ ē euidens fama. qđ bene no. q2 vtile erit tibi.

a ¶ Primo quero. De hoc vide p bar. i. l. i. C. de teſt. ⁊ ibi dixi: ⁊ p gl. in d. l. teſtiũ. §. i. đ teſ. ſ. b ¶ Ex ſuſpitione. Que aũt ſit differẽtia iter famã ⁊ rumorẽ. vide gl. i. c. ſup eo. de eo. qui cogno. cõſan. vxo. ſue. ⁊ i d. c. ſi duo. xxv. q. vi. quas alleg. cardi. in d. c. qualiter ⁊ qñ de accu. ⁊ ibi hoſti. ⁊ ad bart. hic adde bal. pꝰ bart. in d. l. i. C. đ infa. ⁊ fac ad ſtatutuʒ qđ hʒ qđ reqraſ pſona bone opi. ⁊ fame. đ qua opi. ⁊ fama intelligitur ⁊ qũo: ⁊ de quo p ia co. bo. ⁊ balduʒ in d. l. ĩprobũ. C. đ infa. ⁊ đ diffinitione fame p bal. in rub. C. de pba. in ii. col. ⁊ ibi etiã de differẽtia inter famaʒ ⁊ rumorẽ. ⁊ p bal. i. l. ea q dẽ. in i. col. C. de accu. ⁊ quid differat fama a cõi opi. per ſpe. in ti. de noto. cric. §. ſeqꝛ. v. i. ⁊. ii. ⁊ qđ ipſe no. in tit. de dona. §. i. v. illud autẽ ſciẽdũ cõſequenter. ⁊ ibi đ effectu cõis opini. Quid auteʒ differat notoriũ a fama vide bal. in auc. q ſemel i. iii. col. C. qũo ⁊ qñ iudex. ⁊ ſpe. in d. §. ſeqꝛ. ⁊ dũ. ſ. dixi đ differentia inter cõeʒ opinio. ⁊ famaʒ vide bal. in d. l. ea qdẽ in pe col. ⁊ adde etiã ꝙ clamo ꝛpopuli ẽ mioꝛ ꝗʒ fama. ⁊ i l. decurionibus: ⁊ ibi bal. C. de penis: ⁊ de cõi

dicitur in bona parte. in mala parte dicitur infamia. de qua fama ⁊ infamia habetis. ĩ. de va. ⁊ extraor. cog. l. cognitio. §. i. ⁊ in ti. de his q not. infa. C. ⁊. ff. ⁊ de illa nihil ad preſens. quedã eſt fama inter homines: ⁊ iſta eſt duplex. nam quedam eſt fama de vno homine in genere bonitatis vel malicie. nam fama eſt ꝙ eſt bonuſ vel malus: qđ eſt fur vel latro. ⁊ de iſta fama loquiꝛ iſte tex. ⁊ l. capitalium. §. famoſos. ĩ. de pe. ⁊ l. non omnes. §. a barbaris. ĩ. de re mili. cum ſi. quedã eſt fama de aliquo facto particulari: ⁊ ꝙ tale qd ſit vel non: de qua loquitur. l. iii. §. eiuſdem quoqʒ. ſ. de teſti. ⁊ alia iura multa que. ĩ. allegabo. đ iſtis duabꝰ videamus hic. ¶ Et primo quero[a] quid eſt fama? Reſpon. fama eſt cõmunis opi. voce manifeſtata ex ſuſpitione[b] prouenĩẽs: quare dico cõmunis opinio? Reſpondeo ad differẽtiam[c] opi. ſingularis: vt. l. cum quidam. §. qđ dicitur. ſ. de acquiren. here. ⁊ l. labeo. ſ. de ſupellec. lega. q̃re dico voce manifeſtata? Reſpõdeo q: alias non eſſet fama: ſed ſtaret in nomine generis ſui. ſcilicet opinionis cõmunis. nam quandoqʒ opi. cõmunis manifeſtatur vſu: vt. l. labeo. ſ. de ſupellec. lega. ⁊ rebus ipſis ⁊ factiſ: vt. l. đ quibus. ſ. de legi. in fi. tunc non dicitur fama: ſʒ dicitur extimatõ vel opi. communis. Fama eniʒ ſm Hug. dicitur a fando hoc eſt a loquendo: ⁊ hoc poſuit ipſe ſuper verbo famulor. vnde niſi ſit locutio non diceretur fama. illud ergo ꝙ dicũt multi doc. ⁊ Thomas de piperata: ꝙ fama ⁊ cõmunis opi. ⁊ communis extimatio ſunt idẽ eſt verum quando communis opi. ⁊ communiſ extimatio voce manifeſtãtur. alia ſecus: vt dictũ eſt. qđ dixi ex ſuſpitione prouenĩẽs. hoc dixi ad differentiam manifeſti. nam ſi diceretur communiter aliquid quod eſſet certum ⁊ viſum a populo illud eſſet manifeſtum: vel notorium non fama: vt. l. ciues. C. đ appel. ⁊ l. ſi vero. §. q pro rei. ſ. q ſatiſda. cogũ. ⁊ qđ dixi in. l. ab accuſatione. §. nunciatores. ſ. ti. ii. ⁊ hec ſufficiant circa diffinitioem. ¶ Quero ſecũdo in quo loco debet eſſe fama: reſpondeo fama đ aliquo homine in genere debet eſſe in loco ſui originis: vt hic. ꝑ ut dicit in ciuitate ſua: vel in loco illo in quo cõuerſatur: vt. l. ii. ⁊ qđ ibi no. C. vbi đ cri. agi oportet: ⁊ l. non omnes. §. a barbaris. ĩ. de re mili. ⁊ expreſſus extra de electi. c. iii. Sed fama alicuiꝰ rei vel facti. ⁊ ponamus exemplum in delictis quia in iſtis plurimum queritur de fama: videtur ꝙ debeat eſſe in loco delicti: vt. l. i. C. vbi de cri. agi oportet. ⁊ in auc. qua in prouincia. ⁊ l. ſi cui. §. pe. ſ. de ac. breuiter mihi videtur ꝙ fama non requirat locum de neceſſitate. naʒ illud qđ dixi. ſ. de fama: ꝙ fama eſt communis opinio debet intelligi communis opinio. ſ. eorum qui hoc ſcire debẽt: ⁊ ad quoſ ſpectat đ hac ſciꝛ: vt no. per glo. in. l. cum quidam. §. qđ dicitur. ſ. đ acquiren. here. ⁊ probabo ſtatim. nonne poſſemus dicere famaʒ alicuius rei in iſta vniuerſitate vtrum aliquis ſcholaris ſtudeat bene vel male: vel vtrum fecerit furtum alicuiuſ libri vel nõ: ⁊ tamen iſta vniuerſitas non habet certum locũ hoc probatur in. l. in ratione. §. quod vulgo. ſ. ad. l. fal. ⁊ l. filius. §. ſm vulgarem. ſ. de lega. i. ⁊ l. uulgaris in prin. ſ. de fur. vbi dicitur ꝙ uulgo dicitur ⁊ in quo uulgo dicitur illud? Reſpõdeo ꝙ inter ſapientes ⁊ ſtudentes qui hoc debent ſcire. Iteʒ eſt queſtio vulgaris. i. uulgi hoc eſt inter ſtudentes de neceſſitate: ergo non reqrit locum: ⁊ vbicunqʒ reperies locum: ibi non ponitur locus: vt ſignificet locum: ſed ut ſignificet vniuerſitatem que moratur in loco. unde cum dico fama eſt in ciuitate iſta hoc ẽ inter homines huius ciuitatiſ: uel fama ẽ in uicinia hoc ẽ inter homines illius uiciuieꝰ: ad qđ facit. l. inter omnes. in prin. cum ſua glo. ſ. qui ſatiſd. cogun. Item ex eo ꝙ dixi ꝙ debet eſſe cõmunis opinio inter eos inter quos ſpectat hoc ſcire nõ attento loco. apparet ꝙ ſi aliquis ciuis huius ciuitatis mortuus eſt ultra mare duʒ eſſet in exercitu contra ſarracenos: uel in aliqua militia in parte longinqua: ſufficit ꝙ ſit fama in terra ſua in qua ſunt homines ad quos ſpectat ſcire de morte ipſius: ut in auc. hodie. C. đ repu. ⁊. ſ. đ adulte. l. miles. §. pe. ⁊ l. ul. ſ. de here. inſti. Itẽ ex eodem uerbo qđ dixi communis opinio eoꝝ ad quos ſpectat hoc ſcire. habes quando requiratur fama totius ciuitatis: ⁊ quando requiritur fama uicinie. nam in negocijs magnis requiriꝛ fama totius ciuitatis: utpura ſi eſſet unꝰ magnus homo mortuus: uel quando ſit aliqd ualde magnum: ſed in negocijs paruis ſufficit fama uicinie ſeu contracte: ut. d. l. cum quidam. §. qđ dicitur in glo. ⁊ extra de preſum. c. illud: ⁊ hoc dixit Thomas đ piperata. licet. l. non alleget. Item in eo qđ dixit communis opinio eorum ad quos ſpectat habes aliud: ſcilicet quot homines faciant famam. nam debetis ſcire ꝙ illud qđ dicitur communis opinio debet intelligi omnium uel maioris partis illius uniuerſitatiſ ad quam ſpectat: ut. ĩ. ad municipa. l. quod maior. ⁊ l. aliud. §. refertur. ĩ. de reg. iur. ⁊ ideo conſiderato numero perſonarum illius vniuerſitatis tot homines requiruntur: quot homineſ faciunt maiorem parteʒ illius vniuerſitatis: nõ eſt ergo verum qđ dicitur ꝙ. x. homines vel. xx. faciunt famam non conſiderato numero perſonarum que ſunt in ciuitate caſtro villa vel vicinia in qua dicitur eſſe fama. Item ex eodeʒ verbo habes ꝙ non requiritur ꝙ dicat hoc maior pars omnium qui ſunt in ciuitate mulieruʒ: vel puerorum ⁊ ſimilia: ſed ſufficit ꝙ dicat hoc maior pars hominum: ſcilicet decurionum ⁊ conſiliariorum ad quos ſpectat regimen ciuitatis: vt. l. municipes. ĩ. ad municipa. ⁊ l. municipibus. eo. ti. Et iſtud videtur mihi ꝙ ponat Inno. extra de ver. ſignifica. c. veniens. in glo. miniſterium. puto tamen ꝙ in his que non ſpectant principaliter ad iſtos qui regunt ciuitatem: ſed magis ad alios particulares homines ꝙ ſufficiat eſſe famam in vicinia ſeu inter mulieres vel ad maiorem partem mulierum que conuerſantur ad quas ſpectat ſcire hoc: vt dicto. §. qđ dicitur. ¶ Tertio quero[e] a quibꝰ perſonis debet oriri fama. dicit decretalis ꝙ debet oriri a perſonis nõ maliuolis neqʒ maleficis: ſed a fide dignis: vt in. c. qualiter ⁊ quando: extra đ accu. el. ii. iſtud ego puto verum hoc videtur probari per tex. in. l. miles: §. penulti. ſ. de adulte. ⁊ ibi dixi vobis. hoc tamen intelligo quando fama habet originem ſolum ex dicto perſonarum: quia populus ideo credit. ⁊ ideo dicit: quia taleſ dixerũt. oportet eniʒ illos auctoreſ eſſe tales quibus debeat fides adhiberi: ut non reprobentur eorum perſone: ut. l. ſi quis decurio. C. de fal. ⁊. C. đ repu. auc. hodie. ubi debet explorari a magiſtro militum: ſed quando fama haberet originem ab aliquo alio actu ꝗ a dicto perſonarum: tunc poteſt habere originem etiam a uilibus perſonis: ut dicam. ĩ. proxi. q. ¶ Quarto quero[f] ex quo tẽpore debet oriri fama. quidam dicunt ꝙ fama debet oriri ex tempore commiſſi maleficij. alias

opinio. vide bal. in d. l. labeo. de ſup. leg. qđ no. hic. ⁊ differentiã inter notoriũ ⁊ famã vide hic p bar. ſed ꝙ vulgi opi. ſit idẽ ꝙ fama videꝛ tenere bar. in l. ſi conſtãte in pma. q. in prin. ſo. ma. ⁊ bal. i. l. vbi adhuc. C. de iure do. i. x. col. i. v. q̃rit gl. qũo pbeꝛ ꝙ vir ṽgat ad iopiã: qd ſit fama: notorium: rumor ⁊ ſimilia. plene p io. cal. i rep. c. noſtra. de cohabi. cle. ⁊ mulie. c ¶ Ad differẽtiã. Et pro hoc ẽ tex. cũ gl. i. l. apud iul. §. ſcio. ſ. đ le. i. ⁊ vide tex. i. l. ſi. C. ſine cẽſu vel reliqꝛ. d ¶ Illius vicinie. Adde bar. i. l. i. C. de teſta. ⁊ i. l. ſi qdẽ: i ſi. ſo. ma. ⁊ i glo. ibi. e ¶ Tertio q̃ro a qbuſ pſonis dʒ oriri fama. ⁊ adde qđ bal. i c. veniẽs đ teſt. diẽ ꝙ fama q̃ neſciꝛ a quo habuit originem idẽ opaꝛ qđ dictũ vnius teſtiſ allegat. l. mileſ. §. ſi mulier. ff. đ adul. hñ fac. l. pãthoniꝰ đ acq. here. adde ad barto. hic bal. i. l. teſtiũ. C. de teſti. adđ q̃ dixi i. l. iij. C. de fui. vbi diciꝛ ꝙ illud qđ diciꝛ a pſonis nõ dignis ẽ iuſta cã credulitatiſ qđ refert bar. i. l. đ pupillo. §. ſi qſ ipi p tori. i viij. q. ſ. đ ope. no. nũ. ⁊ cõis opi. viliſſimorũ ẽ nulliꝰ effectꝰ ſʒ ſpe. i ti. đ reo. §. ſeqꝛ. i ſi. qđ oino vide. f ¶ Quarto quero vide

fama eſt ſuſpecta. ſicuti eſt ſuſpectuſ teſtis qui ex interuallo reuertitur ad corrigendum dictum ſuū: vt no. in auē de teſti. §. q: vero. ⁊ dicam. j. e. .l. reperi. ⁊ dixi in. l. eos in pn. ſ. ď fal. ⁊ iſtud poſuit Ubertus de gan. hoc eſt truffa Ego dico ꝙ fama pōt habere originē tpe cōmiſſi maleficij. ⁊ poſtea añ accuſatōez ⁊ poſt accuſatōez hʒ ꝙ manifeſtatur cā ex qua populus vel vicinia in ſuſpitionem ⁊ credulitatez deducitur ex qua poſtea credulitate dicunt ꝙ dictum vocatur fama. dixi ꝙ poteſt habere originem tempore contracti maleficij. quid enim ſi contra furem inuentum in domo exiuit dñs vel famulus per plateam cridando. obuietis furi: ⁊ ex iſto actu. ſ. fuge illius ⁊ inſecutionis alterius oritur fama in ciuitate ꝙ talis fecit furtum. ⁊ iſto caſu vides ꝙ fama poteſt habere originem etiam a vili perſona. Sed vt verius loquar non a vili perſona habuit originez: ſed magis ab illo actu ex quo populus ī ſuſpitionē deducitur. hoc probatur. ſ. ad. l. acquil. l. itaqʒ. ſic poteſt intelligi. l. capite quito. ſ. de adul. vbi q: alius viſus ē ⁊ deprehenſus: ⁊ dicebatur ꝙ erat deprehenſus in adulterio: ex illo actu inſurgit fama in ciuitate ꝙ talis iuit ad adulterandū. poteſt etiam oriri fama tempore contracti maleficij ex cauſa antecedenti. exemplum: aliquis erat primo homo male conditionis ⁊ male fame ⁊ conſueuit furari ⁊ ſimilia facere: ⁊ quia habebat notā domuz vbi eſt factum furtum: ſtatim facto furto incipit rumor contra eum: ⁊ fama. poteſt etiā ex poſtfacto inſurgere fama ex aliquo actu manifeſtato ex quo incipit quis credere ꝙ fecit furtū: q: repertus cum rebus alicui⁹ defuncti ⁊ derobati. tunc ex illo actu cepit rumor ⁊ fama ꝙ talis occidit illum ⁊ eum derobauit. ⁊ hoc probatur in ſimili in. l. ſi adulterium: ⁊ ſimilibus nota. in glo. C. ď adul. ⁊ iſta eſt ꝑpꝛie fama ex ſuſpitione proueniens qñ iuſta cauſa ſuſpicionis preceſſit iſtam famaz: ⁊ iſtū rumorez. alias ſi iſta ſuſpitio nō preceſſiſſet modicum operaretur iſta fama: vt. d. l. miles. §. pe. .ſ. de adul. ⁊. j. dicam. iſta enim fama eſt illa q̄ dicitur vana vox populi quando non precedit iuſta cauſa huius credulitatis: vt. C. de pe. l. decurionū. ⁊ ꝙ ex iſtis actibus probentur indicia ⁊ fama probatur in. l. iij. ſ. ad mace. ibi: ſic agebat: ſic contrahebat: ſic muneribuſ fungebatur ⁊c. nam ex iſtis ibi preſumitur ꝙ ſit homo ſui iuris. ¶ Quero qualiter probabitur fama[a]. glo. in .d. l. iij. §. eiuſdem quoqʒ prin. dicit ꝙ ſufficit ꝓbari per duos teſtes qui dicant maiorem partez populi hoc ſentire. in eo ꝙ dicit per duos teſteſ hoc placet mihi: niſi per formam ſtatuti requirerentur plures: ſed illud qđ dicit glo. ꝙ teſtis habet deponere ꝙ maior pars populi hoc ſentit: intellige prout dixi. ſ. pars populi vel alterius vniuerſitatis: vt dixi. In eo ꝙ dicit ſentire an ſit verum poteſt dubitari. nam deponit ď eo qđ nō percipit ſenſu. qđ enim populus ſic intelligit nō percipitur ſenſu. ergo videtur ꝙ teſtimoniū nō valeat: vt. l. qui teſtamento. in ſi. ſ. ď teſt. ⁊ in. l. .i. in prin. ſ. de his que in teſta. delē. ⁊ qđ not. ꝑ Innocē. in. c. cum cauſam. extra de teſti. ſed per glo. videtur caſus in. l. ſi arbiter. ſ. ď proba. vbi videtur tex. dicere ꝙ teſtis debet deponere qđ eſt omnium opi. finaliter ego credo ꝙ teſtis debeat deponere aliquid qđ percipiat ſenſu. vt. d. .ll. ⁊ ideo vt teſtimonium prolatum ſm glo. ſolueretur oporteret. ꝙ reddat cauſaz ſui dicti ſcʒ dico maiorem partem populi hoc ſentire: q: audiui maiorem partem populi ſic dicere. ita intelligo. d. l. ſi arbiter. ⁊ qđ no. Inno. in. d. c. veniens alias non eſſet probata fama. nam maiorez partem populi hoc ſentire poſſum comprehēdi ex alio q̄ ex voce: ⁊ ſic non eſſet fama. vt dictuz eſt .ſ. ⁊ probatur in. l. labeo. ſ. ď ſupel. lega. ¶ Quero qd[b] ſi dicit teſtis ꝙ audiuit hoc dici a maiori parte hominū ſeu gētiū iſtius ciuitatis. certe eſt probata fama: q: ex hoc colligiť ꝙ maior pars populi hoc ſentit. nemo enī ꝑſumiť dicere niſi ꝙ agitauit ī mēte: vt. l. labeo. ſ. de ſupel. lega. ſʒ ſi nō adijceret illa ꝟba ciuitatis iſtius. ſed diceret: audiui a maiori parte populi: an ſufficiat: vř ꝙ ſic: q: dʒ intelligi in dubio ď populo illi⁹ ciuitatis in q̄ fert teſtimoniū: vt. l. q̄ ꝯditio. §. ſi. ſ. ď ꝯdi. ⁊ de. ⁊. l. ſi cū dies. §. ſi arbiter. ſ. ď arbi. Cōtrariū puto verū: q: dictū teſtis dʒ de neceſſitate concludere. vt. l. nō hoc. C. vnde legi. ⁊ extra de proba. c. in pñtia. ſed iſtud dictū non concludit de neceſſitate vbi eſt fama iſta. ergo. ⁊c. ſis ergo cautus ꝙ teſtis dicat ꝙ eſt publica vox ⁊ fama. interrogatus qūo ſcit: rñdit q: publice dř ꝑ ciuitatē vel a maiori parte populi huius ciuitatis. in ciuitate caſtro vel villa: vt dixi. Sed qd ſi teſtis dicit ꝙ eſt publica vox ⁊ fama. certe non ꝓbat: q: nō reddit cām ꝑ aliquod qđ ꝑcipiať ſenſu. nō enim dicit ſe audiuiſſe a maiori parte populi: ſed dicit ꝙ hoc dicitur. Sed qd[c] ſi dixit ꝙ

clarius ſal i. in. l. ea quidem. C. de accuſa. in materia de fama in ver. quero an fama. in penul. col. vbi tenet ꝙ ſufficit ꝙ ſuperueniat accuſatione pendente. de quo etiam vide Imol. ⁊ bal. no. in. l. is poteſt. de acquiren. here. vbi vide.

a ¶ Quero qualiter probabitur fama. Uide omnino. iiij. q. iij. itaqʒ. vide ſpe. ď noto. cri. §. famā. ⁊ ibi vid clarius. ⁊ adde ꝙ quis poteſt certiorari de fama ſi ne teſtibus minus ſolēniter recepꝉis ⁊ ſine ordine iudiciario ⁊ duo de fama deponētes an ſufficiant. ⁊ quid ſi vnuſ teſtis ꝓbat de veritate ex vna parte ⁊ vnus ď fama ex altera. Itez per litteras bonorum virorum probatur fama ſʒ Inno. in. c. cum in tua. de ſponſa. ⁊ ita refert bald. in. c. i. §. ſi duo fratres: de pa. tenen. ⁊ ibi no. gl. ⁊ gl. .iij. q. iij. ſciant. ⁊. xxxv. q. ij. c. ſi duo. ⁊ ibi ꝑ archi. ⁊ adde qđ Imol. in .c. licet. ď accu. dicit ꝙ fama bona vel mala ꝓbatur ꝑ cōmunem auditū. ⁊ pro hoc facit qđ no. dicit gl. .iiij. diſtin. ſane. ⁊ vide bal. in. l. conuenticulam C. de epiſ. ⁊ cle. Qualiter autē probeť infamia vide ꝑ ſpec. in tit. de inqui. §. nunc tractemus. ver. quid ſi ille. ⁊ Inno. ď accuſa. c. cum oporteat. Et quid ſi teſtis dicat aliquem eſſe male fame: ⁊ cōis opi. eſt in contrarium. vide per Imol. in. c. per inquiſitionē circa ſi. de elec. ⁊ in. c. qualiter ⁊ quando. de accu. vbi late. ⁊ bal. in. l. caſſius. §. ſi. ſ. de ſenato. Et quid ſi vnus teſtis probat de veritate que dicatur validior probatio etiā ſi duo per famam probarent. vide bal. in. l. ij. in prin. ſ. de excuſa. tuto. ⁊ qđ no. bar. in. l. i. §. item cornelio. ſ. eo. ⁊ quomodo probatur cōis opi. Bal. in. l. i. C. de teſta. in. iij. col. ⁊ no. ꝙ facto ꝓbato fama adijcit quandam qualitatem probationi veritatis. i. notorietatis ſm bal. in auē. quod locum. C. de coll. in ſi. qđ no. ⁊ adde qđ fama cum antiquiſſima poſſeſſione de qua in contrarium memoria non exiſtat habetur pro plena probatione vel cōi poſſeſſione. xxx. anno. ita dicit bal. in. l. at qui natura. §. cum me abſente. de nego. geſ. ⁊ in. l. bone fidei. in vlti. col. C. de reb. cre. adde qđ ſi probatur fama: ⁊ ex diuerſo probatur fama cōtraria non dicitur fama probata Bal. i. l. ſacroſan. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ in. l. qui accuſare. C. de eden. per bar. ⁊ bal. in. l. is poteſt. ff. de acqui. here. ⁊ bene facit qđ dixi in. l. de quibus. de legi. adde etiam qđ bal. in. l. cunctos populos. in. v. col. de ſum. tri. ſecutus Inno. in. c. ſicut. de ſimo. dicit ꝙ probatio fame eſt minus q̄ʒ probatio indiciorum. adde ꝙ teſtis etiam non interrogatus ſuper fama vel infamia debet reddere rationez dicti ſui: ⁊ ſufficienter. alias non valet. ita Bal. in. l. quid ergo. §. queſitam. ſ. de infa. ⁊ bal. in. rub. C. de proba. ⁊ etiā bar. hic ⁊ bal. in. l. iij. C. de teſti. adde qđ ad probandum infamiam debet dilucide probari factuz ex quo infamia orta eſt: vt dicit Bal. no. in. l. caſſius. ſ. de ſenato. ad quod vide bal. in. l. .i. ad ſi. C. de teſta. ⁊ ad Bar. hic adde Bal. in. l. heredes palā. ſ. de teſti. ⁊ ad purgationem infamie vide no. ꝑ ſpe. in ti de inquiſi. §. i. ver. hoc autē ſcias. ⁊ in ver. quid ſi reus. ⁊ ad bar. hic adde qđ Inn. in. c. lʒ. ď accuſa. dicit ꝙ fama bona vel mala ꝓbatur ꝑ auditū ⁊ rōnē. In quo autem differat fama ab opinio. habeť ꝑ Ioan. an. in addi. ſpe. in ti. de noto. cri. §. fama. ver. ij. ſ. e. i .i. q.

b ¶ Quero. quid Si teſtis dicat ꝙ audiuit. illō intellige a maiori parte eorum qui potuerūt intelligere ⁊ cognoſcere. vt dicit do. anto. de bu. in .c. qūo ꝑ noualē. ď ver. ſig. in. v. colū. refert tñ bal. i. l. i. C. de teſta. i penul. col. ꝙ ſi vnus teſtis deponit famā eē ī vna parte ciuitatis: alius in alia: qđ nō ē probata fama. ⁊ dicit abb. in. c. lʒ ex quadā. ď teſti. ꝙ teſteſ debet dicere ſe illō credere: ita dicit ꝑ illū tex. vbi dicit ꝙ etiam debet dicere ꝙ nō audiuit ab vno: ſed a plurib⁹. ⁊ quidem non ſuſpectis nec male fame. vbi omnino vide. qd ſi teſtis dicat ꝙ audiuit dici a maiori parte populi: nec dixit illi⁹ ciuitatis. Idē not. tenet Bar. in. l. iij. §. eiuſdē. de teſti. ſed contrarium tenet Bal. in. c. preterea. de teſti. q: dicit ꝙ dictū teſtis debet intelligi ſm ſubiectā materiam qđ videť contra. c. in preſentia. de prob.

ADDE fama qualiter probeť: ⁊ quid oriri debeat. Alex. cōſi. lxx. iij. lib.

c ¶ Sed quid. adde Bar. in. l. iij. §. eiuſdem. de teſti. ⁊ in. l. labeo. de ſup. lega. ſed contra tenuit bal. in. d. c. preterea. de teſti. ⁊ in. l. teſtium. in ſi. C. de teſti. ⁊ in. l. heredes palā. in prin. de teſta. ⁊ vide etiā ſaly. in. l. ea quidē in repe. C. de accu. ⁊ ibi ange. ⁊ vide ang. in. l. ij. C. ad mace. lʒ bal. in. l. ď quibus. de legi. in. xxv. col. videatur ſequi bar. ⁊ car. in. d. c. cām que. el ij. de teſ. Imo. ⁊ An. de bu. in. d. c. cum oporteat. de accu. ⁊ diſputat plene pro ⁊ contra Tācredus in ſua compēdioſa. in. xxv. car. q. x. ⁊ finaliter cōcludit idē qđ Dy. ⁊ vide Bal. in addi. ſpe. in ti. de ſentē. prola. in. xxiij. col. vbi videť tenere cum Bar. cū quo ſimpliciter trāſit Flo. in. l. ſi arbiter. ſ. de. proba. ⁊ cū bar. in. d. l. labeo. ⁊ in. l. iij. in ſi. ſ. de teſti. ⁊ Imol. in .c. cum oporteat. de accu. In contrarium cōſuluit do. Guil. de tremo. in ſuo quodā conſi. incip. in dei noie. in. q. predicta. ⁊ illud conſi. ſubſcripſerunt Saly. ⁊ do. Flo. ⁊ multi alij. ⁊ dicit ꝙ bal. dicebat ⁊ non refert vbi: ꝙ ſi adducātur. x. teſtes vel plures ſuper fama ſeu etiā infamia ꝙ fiet probatio ſufficiens etiā ſi nō ſufficiens cauſa reddať: lʒ alias ſi cēnt numero

paucioꝛes exigerentur rationes ⁊ cauſe ſufficientes. ⁊ ꝓ hoc ſm cũ facit q: tot faciunt populũ iuxta no. in. c. i. de elec. ⁊ bar. in. l. p̄etoꝛ in pꝛin. vi bo. rap. ⁊ ſic ex tanto numero ſermo publicus ⁊ popularis habet̃ ꝓ. hoc dicto allegat no. in. l. i. §. eiuſdē. ſ. de teſti. cũ glo. i. vbi vide ꝙ numerus ſupplet fidē. ⁊ ad iſtud adde qḋ no. bal. i auc. qḋ locum. C. de col. in fi.

a ¶ Un° hõ. Pro iſta oppoſitione adducit̃ tex. in. l. i. C. de his q ꝓ metũ iudi. non ap. iũcto. c. fi. de ap. vbi accipit̃ ibi publice co ꝛã bonis vi ris ⁊ boneſtis: nõ autē publice. i. co raʒ populo. tñ ſali. repꝛe hēdit bart. i. l. ea qdē. C de accu. vid̄ Ro. in. l. de pupillo. §. ſi q̄s riuos. ſ̄ ope. no. nũ.

b ¶ Quero ſi teſtis. Qñ teſtis interrogat̃ a qb° audiuiſti ⁊c. adde ſali. ad idē in. l. iiij. §. eiuſdē. ſ. de teſti. ⁊ barto. i. l. diffamari. circa pꝛin. C. de inge. manu. ⁊ hic dñ dicit teſtē debere deponere a qb° audiuit ⁊c. ſali. in. l. ea qdē. C. de accuſa. dicit ꝙ ſi teſtis ñ eſt iterrogatus a qb° audiuit: ſufficit ꝙ dicat audiui a maio ri parte populi. ⁊ ille ſ̄ quē dʒ ꝓbare p̄fert̃: q: hec famia p̄fert̃ iter nobiles pſo nas. ꝓ quo vid̄ qḋ dixi in. d. §. eiuſdem.

c ¶ Dicit ꝙ ſic videt̃ in ferri ꝙ teſtiſ dʒ iterrogari a quibus audiuit.

audiuit publice dici: reſpondeo non ſufficit: q: poteſt eſſe ꝙ vnus homo [a] publice dicebat. debet ergo dicere audiui publice dici a maioꝛi parte hominum huius ciuitatis. ¶ Quero ſi teſtis [b] interrogatur a quibus perſonis audiuiſti dici: vtrum debeat de hoc interrogari: ⁊ ipſe de hoc debeat reſpondere. Inno. dicit ꝙ ſic [c]: nam cuʒ fama debeat habere originem ab honeſtis perſonis. non poſſet ſcire an habeat oꝛigineʒ ab honeſtis perſonis vel non: niſi ille perſone manifeſtentur. Ita ponit Inno. in. c. qualiter ⁊ quãdo extra de accu. ⁊ Spe. in ti. de inquiſitione. §. nũc tractemus. vbi ponit verba Inno. ad litteram adeo ꝙ ſi teſtis neminem nominaret: ſed diceret ſe non recoꝛdari: eius teſtimonium non valeret: ſed debet teſtis nominare aliquem ⁊ poſtea dicere: ⁊ audiui a pluribus alijs de quibus dicit ſe non recordari cum memoria hominum ſit labilis: vt. l. peregre: ⁊ ibi no. in pꝛin. ſ. de acqui. poſ. Sed quid ſi teſtes diuerſi dixerũt ſe a diuerſis hoc ſciuiſſe: quia vnus nominat aliquos: alter nominat alios: vel quid ſi ipſi diuerſificant ĩ loco: q: vnus dicit ſe audiuiſſe in platea: alius ĩ burgo: vel quid ſi diuerſificant in tēpore: quia vnus audiuit tali die. alius dicit ſ̄ alia die: reſpõdeo propter hoc nõ viciatur pꝛobatio: vt. l. ob carmē in fi. ⁊ qḋ ibi no. ſ. de teſt ⁊ inno. ⁊ Spe. hoc tenent in locis. ſ. alle. ¶ Quero vtrum [d] poſſit fama probari negatiue: vtputa ticiũ non feciſſe: Reſpondeo ſic. nec dicoꝛ probare negatiuam: ſed affirmatiuam ꝙ publica vox ⁊ fama eſt ticium non feciſſe: vt. d. l. arbiter. ſ. de proba. Quid ergo ſi eſt pꝛobata fama ab vna parte affirmatiue: ⁊ ab alia parte negatiue. Reſpon. ſtatur teſtibus digniori bus. Uel ſi teſtes eſſent eq̄les ſtatur illi probationi ſeu illi fame que proceſſit ex veriſimilioribus preſumptionibus. ar. ſ. de teſti. l. ob carmen. in fi. cum ſua glo. ⁊ qḋ no. per Spe. ⁊ Inno. in p̄alle. locis: ⁊ in ti. de no. cri. §. fama. ⁊ qḋ no. extra de ſpon. c. cũ in tua. Sʒ quero predicta procedunt quando probata eſt fama eiuſdem loci ⁊ temporis. quid ſi probata eſt fama ab vna parte cõmiſſi maleficij vno tempore: ab alia parte eſt pꝛobata fama innocentie alio tēpore que preualebit. Rñ. fama eſt ex opinione [e]: vt. ſ. dictum eſt. ſed opi. poteſt mutari: ⁊ preualet vltima: vt. ſ. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus: ita hic preualebit fama vltima. ⁊ ē caſus. ſ. quis oꝛdo in bo. po. ſerue. l. ij. circa pꝛin. ¶ Quero qd ſi probata eſt fama contraria diuerſorum locorum: vtputa in caſtro comitatus vbi cõmiſſuʒ ē maleficiũ eſt fama ꝙ ſic: in ciuitate iſta ē fama ꝙ nõ: cui ſtabitur magis: Rñ. idē. debemus eniʒ inſpicere q̄litatē teſtiũ: ⁊ debemus inſpicere cauſas ex quibus fama ꝓcedit: vt ſciamus q̄bus ſit magis credendũ. alias ſi oia eēnt eq̄lia putarē ꝙ iſte ꝓbationes ſibi inuicē derogarēt: ⁊ neutri adhiberet̃ fides: vt. d. l. ob carmē. in fi. ⁊. C. de fi. inſtru. l. ſcripture. facit extra de ꝓba. c. lʒ. ¶ Quero [f] qd ſi teſtis interrogatus ē ſup articulis ⁊ ſup q̄buſdã eſt teſtificatus: ⁊ ſup q̄buſdã dixit ſe nihil ſcire. ſup vltimo articulo de fama dixit ꝙ erat publica vox ⁊ fama. vtrũ referat̃ ad ea ſ̄ q̄bus dixit ſe nihil ſcire. dic vt no. in. d. ti. de noto. cri. §. fama. ver. fi. ¶ Ultimo principaliter q̄ro q̄s ſit effect° fame [g]. de hoc habemus glo. varias quedã vident̃ dicere ꝙ fama faciat plenã fidē: vt no. ſ. de neg. ge. l. at q̄ natura. §. fi. ⁊. C. de proba. l. iiij. ⁊ de iure do. l. vbi adhuc. ⁊ alibi glo. videt̃ velle ꝙ faciat ſemiplenã ꝓbationē. vt. d. l. iij. §. eiuſdeʒ quoqꝫ ꝑncipi ⁊ ſ. de teſti. ⁊. l. admonendi. ſ. de iureiu. ⁊. l. in bone fidei. C. de iureiur. ⁊ extra de appel. c. i. ⁊ facit qḋ no. in. l. ij. §. i. ſ. de excu. tu. ⁊ qḋ ibi no. ꝑ Dy. [h] Alij vident̃ dicere ꝙ fama nullo modo ꝓbet: ſed probationes iã factas confirmat. vnde ſi ex vtraqꝫ parte eſſent probationeſ equales: ⁊ altera pars haberet plus famaʒ illam vinceret: vt. d. l. iij. §. eiuſdem quoqꝫ ꝑncipis. ⁊ ibi conſentiens fama confirmat. ⁊ ideo dicunt iſti ꝙ vnus teſtis ⁊ fama non faciunt plenam probationem: q: fama hʒ confirmare pꝛobationeʒ iam factam. ſed dictum vnius teſtis non eſt pꝛobatio. ideo non põt a fama cõfirmari. hoc tenebat Ja. de are. ⁊ An. de piſis: ⁊ Ja. bu. ideʒ preterq̄ in cauſis breuioꝛibus. ar. C. de ſen. experi. reci. auc̃. niſi breuiores. ſed Dy. in. d. l. excuſantur. §. i. ſ. de excu. tu. videtur dicere ꝙ fama cuʒ vno teſte facit plenam probationem in ciuilib°: non in criminalibus in quibus requiruntur pꝛobationes luce clariores. hoc ideʒ tenet Cy. in. l. fi. C. e. ⁊ idem videtur tenere in. l. iiij. C. de proba. mihi autem videtur ſic dicendum: quedam ſunt in quibus ſufficit ſic eſſe famam: licet in veritate ſic non ſit: tunc ſufficit probatio fame: vt. l. barbarius. ſ. de offi. p̄eto. ⁊. l. i. C. de teſta. ⁊

Aduerte q: Inno. in. c. cũ opoꝛteat. de accu. dicit ꝙ nõ interrogatus dʒ rñdere: alias nõ ꝓbat: q: nõ ſtat in arbitrio teſtis iudicare. an ille pſone ſint graues ⁊ bone vel fide digne. ⁊ iſtud tʒ ibi Jo. an. idē ſequit̃ do. an. ibi dicens ita ſeruari. ita etiã ſequit̃ abb. in. c. cũ cãʒ de teſti. ⁊ ang. in. l. ea qdē. C. de accu. ⁊ põt ratio aſſignari: q: teſtis dʒ deponere ea q̄ ſunt ꝑceptibilia intellectu etiã nõ interrogatus: vt in. c. cãʒ de teſti. vbi ꝑ Imo. ⁊ ꝑ bar. in. l. ſolã. C. de teſti. ⁊ ibi latius no. bal. ſed ꝙ aliq̄s ſit vir grauis ⁊ fide dignus ꝑcipit̃ intellectu ergo ⁊c. iſtã ptē dicit ang. in. d. l. ea qdē tenere ⁊ ſentire bar. ⁊ idē dicit Imo. i. d. c. cũ opoꝛteat. ⁊ ad idē allegatur Inno. in. c. qualiter el. ij. de accu. vbi dicit ꝙ aliquis dʒ interrogari. Idē tenet Spe. in ti. de inq̄ſi. §. nũc tractemus. vbi allegat Inno. in. d. c. qualiter. Idē Sali. i. d. l. ea qdē. in. vij. ſeu. viij. q. ⁊ Imo. i. d. c. cũ opoꝛteat. vbi ſequit̃ Inno. Adde ꝓ hac parte bar. ĩ tractatu de teſte. q ſing. dicit ꝙ in modico diſcurſu intellectus ꝑcipit̃ an aliq̄ſ ſit bonus: ideo nõ intellectu ꝑcipiunt̃ ita. dʒ ergo teſtis ſ̄ his deponere etiã nõ interrogatus q̄ ſunt intellectu ꝑceptibilia ⁊ in modico intellect° diſcurſu cõpꝛehēdunt̃. ſ̄ Inno. etiã cõſuluit Jo. calda. in ſuis conſilijs. ĩ ꝯſi. quodã ſub titu. de teſti. Aliq moder. ſequunt̃ Inno. in. d. c. cũ opoꝛteat. ⁊ in. l. i. in pꝛin. de ope. no. nun. allegant bal. in. l. quid ergo. §. queſitũ. de infami. qui reuera hoc ibi non dicit ſi bene conſideret̃.

d ¶ Quero vtrũ. Uide Bal. in. l. i. C. de teſta. ⁊ vide bar. in. l. in ſũma. §. labeo. in fi. verbis. de aqua plu. ar. bart. tñ in. l. ſi cõſtante. ĩ. i. q. i. ptis. ſ. ſo. ma. dicit ꝙ notoꝛiũ non põt eſſe ſup facto negatiuo. vide bal. in. l. ea qdē. in. xvij. col. C. de accu. Quid ſi probatur in ſpecie mala fama in ſpecie de adulterio. In contrariũ pꝛobat̃ bona fama in genere vide bal. in d. l. ea quidē. in. xvij. col. in ver. tertio q̄ritur. ⁊ an aliquis. ⁊ in ver. ſeq. ⁊ ibi etiã querit an vigore ſtatuti fama in maleficijs hēat̃ pꝛo plena ꝓbatione: ⁊ ſi pꝛobat̃ maleficiũ ꝑ famã reus ꝓbat ꝯñũ per famã: q̄ ꝓbatio p̄fert̃: ⁊ an fama ꝓbet̃ ꝑ ꝯtrariã famã: vide bal. plene ꝑ illũ tex. in. l. i. C. ex delic. defunc. ⁊ ad materiaʒ bal. i. l. q ac cuſare. C. de eden. ⁊ bal. in. l. ſi tutoꝛ. C. de pericu. tuto.

e ¶ Ex opinione. Uide bal. ꝑ illum tex. i. l. ſi mater. C. ne de ſta. defunc. ⁊ quid ſi cõcurrũt ĩ cõtpe due fame cõtrarie Adde bal. i. l. i. C. de teſta. i. vi. q. ⁊ qḋ no. bal. i. l. i. i. vi. q. C de epiſ. ⁊ cle.

f ¶ Quero. vide aliqd ꝑ abba. i. d. c. cũ in omni. in. ij. col. de teſti.

g ¶ Sit effectus fame. dixi in. l. celſus. ad fi. de vſuca. ⁊ qḋ no. Imo. in. c. fraternitatis. de teſti. i pe. col. ⁊ vide oino Jo. an. i ſpecu. de teſti. §. nũc vidē dũ. vſ. illud aũt. ꝑ do. anto. i. c. cum cãm. de teſti. in. ij. col. ⁊ qḋ no. Bal. in. l. ſi defenſoꝛ. §. qui interrogatus. de interro. actio. ⁊ bal. in addi. ſpe. in. ti. de ſenten. in. xxiiij. colum.

h ¶ No. ꝑ Dy. ⁊ dicit Bal. ⁊ imol. in. l. is põt. de acqui. here. ꝙ mala fama eſt ſufficiens ad inquirendũ: ⁊ ſi ſup̄uenit fama cõtraria nõ tollit inquiſitionē ſi ꝓp iſtã famã ꝯtrariã nõ poterat toꝛq̄ri de qua bal. i. l. ea quidē. in pe. col. C. de accuſa. Et vide Spe. ſ̄ noto. cri. §. fama. ver. fama. ⁊ ſ̄ teſti. in. §. reſtat. in ver. xxv. credit̃ vni teſti. ⁊ dixi. ſ. ⁊ ꝑ bar. in. l. admonendi. Et vide bal. de contro. inueſti. §. cũ aũt. vbi videt̃ velle ꝙ vnus teſtis ⁊ fama nõ faciat ꝓbationē: ſed p̄ſumptionē. Et vide bal. C. de teſta. i. l. i. ⁊ in. l. in bone fidei. C. de reb. cre. ⁊ iureiur. ⁊ i. l. cũctos populos. ⁊ in. l. ij. in pꝛin. ſ. de excu. tu. ⁊ ibi etiã dy. ⁊ vide in. c. ex litteris. de iureiur. ⁊ adde qḋ in factis antiquis ſufficit ꝓbatio ꝑ famã ſm bal. in auc̃. quas actiones. C. de ſacro ſan. eccle. ⁊ in. l. cõuenticulã. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ in. l. cũ ſup. C. de rei ven. ⁊ dixi in. §. preterea. ibi moderni inſti. de acti. ⁊ bal. in. l. iiij. C. de ꝓba. ⁊ in. l. in bone fidei. in vi. col. C. de reb. cre. ⁊ in. l. exēplo. C. de proba. ⁊ do. An. clarius in. c. veniens. de teſti. ⁊ do. Jo. in. c. cũ cãm. de pꝛoba. poſt Archi. xvj. q. iij. iter memoratos. ⁊ exp̄ſſe Cy. ⁊ bar. in. l. ſi quidē. C. ſolu. matri. vbi etiã tenet ꝙ in factis de longinquo loco ⁊ in antiquis ſufficit ꝓbare ꝑ famã. vt eſt glo. ſing. in. l. at qui natura. §. cũ me abſente. ſ. de neg. geſt. quã ita ponderat Ang. ſ. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. in. l. ticius. ⁊ dicit ꝙ ita de facto obtinuit. ⁊ ſic itelligit̃ glo. ſm cũ

in.l.ſiue poſſidetis.C.de proba.⁊ ita dixi.Et de effectu fame:⁊ de proba tione fame in criminalibus vide Bar.i.l.i.§.idē cornelio.i fi.ſ.eo.⁊ vi de no.dicta ꝑ bal.de effectu fame.in.d.l.proprietatis:qui dicit ꝙ ſi vn⁹ plene probauit ꝑ teſtes ⁊ alter probauit ꝑ teſtes⁊ famā iſte obtinebit.Et de effectu fame vide ꝑ bal.in.addi.ſpe.in ti.de ſenten.pro.in.xxiij.col.

a ⁋ Vana vox. Dicit tñ bal. in.l. prouidēduꝫ.C.de poſtu la.ꝙ quali.tas hoīs ꝓbaſ ꝑ famā: vtputa vir.tus in hoīe: ⁊ nobilitas ⁊ alia ſimi.lia. Itē ſuffi cit fama ad īpediendūꝫ matrimoni.uꝫ.c.ſup eo.de conſan.⁊ affi.quod be ne nota. Itē ad ſuſcipien dū infama.tū de vno ni ſi de vno ſe purgauerit .ij.q.v.pre.ſbiter.⁊ ſola fama ꝓbat iudiceꝫ eſſe cōſuetū tor.quere hoīeſ corā ſe con.q̄rentes ſꝫ bar.in.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.de ope.no.nū.in.viij.q.

b ⁋ Cauſis breuiorib⁹. Fama i cau ſis breuiori bus hꝫ vim plene proba tionis.Ex hoc dicto i fertur recte intelligenti ꝙ in ciuili.bus ꝓbatio ꝑ vnū teſteꝫ idoneū: itel ligitur d ple na ꝓbatiōe ita vt nō ſit neceſſario d ueniendum ad aliaſ ꝓba tiōeſ nec ad iuramēti de lationem.⁊ idē ſētit do. Anto. in.c. veniens.de teſti.⁊ in.c. .i.de appel. ⁊ vide bar.in.l.i.C.quo.bono.⁊ an dicatur fama iſta facere ꝓbationeꝫ.⁊ quomodo:vide bal.⁊ Imol.in.l.fi.ſ.de here.inſti.⁊ bal.i l.iubemus.C. eo.⁊ ibi etiam quid de notorio.vide in.l.cū quidā.§.qđ dicif.de acqui. here.vbi latius dixi.⁊ vtrum fama ſit ſufficiens indiciuꝫ ad torturā.⁊ cū bar.tranſit abb.ſiculus in.c.i.de depoſito.⁊ dicit bal.in.l.iij.ꝑ glo.ibi .C.de adulte.ꝙ vbi teſtes preſumūtur ſcire veritatem ⁊ eā nō dicūt poſ ſunt torqueri:vt ibi per eū qđ eſt no.⁊ dicit Cy.in.l.fi.C.eo.ti.de queſti. ꝙ fama non eſt ſufficiens indicium niſi coadiuueſ cū alia cōiectura:vel indicio.⁊ vide bar.in tractatu de queſtioni.⁊.j.e.l.fi.⁊ qđ ibi dixi i apo ſtilla magna.⁊ bar.in.l.i.§.idē cornelio.ſ.e.vbi vide.⁊ imo.ponit l.l.fi. .ſ.de here.inſti.⁊ bal.in.l.milites.C.de queſtio.⁊ ibi etiā qđ d notorio.

c ⁋ Quero ſtatutū. Adde bal.in.l.proprieta.C.de proba.⁊ Anto.de bu. in.d.c.veniens.de teſti.el.i.Et ex his dictis no.ꝙ non ſufficit probare famā ſimpliciter.ad qđ vide no.per doc.in.l.fi.C.eo.⁊ in.l.cū quidā.§. qđ dicitur.de acqui.here.⁊ Sali.in.d.l.ea quidem.C.de accu.bal.Ang. ⁊ ſali.in.d.l.ea quidem.in.x.q.tenēt ꝙ ſi teſtis īterrogetur ſuper fama: quare ſic opinatur de eo ꝙ ſic opinatur non tenetur reſpōdere per ea q̄ habentur in.l.ſolam.C.de teſti.adde que no.Bald.in.l.diffamari.circa prin.de ingenu.manu.⁊ adde bar.⁊ ſali.in.l.decurionum.C.de penis.⁊ ibi bal.⁊ cū Bar.tranſit bal.in.d.l.proprietatis.C.de proba.ſed Bal.in .l.vbi adhuc.C.de iure do.in.x.col.⁊ ſeq.in ver.queritur.glo.ſimplici ter videtur dicere ꝙ non ſit neceſſe interrogari vnde vel ex qua cauſa habuit ortū.ad qđ videtur concordare Sali.in.d.l.ea quidē.in.x.q.quē retuli.⁊ vide Sali.in.d.l.proprietatis.in fi.Adde ꝙ fama nō probat ali quē crimin oſum eſſe:qꝛ maior eſt probatio indiciorū q̄ꝫ fame:iuxta no. per imol.⁊ ſymo.in.c. ſicut.⁊ bal. in.l.cunctoſ populos.in v.colū.⁊ ibi aliqua vide in materia.

d ⁋ Vltimo quero. Ap pellatiōe fa me intelligi tur de legiti ma ⁊ publi ca q̄ trahit origineꝫ ex probabilib⁹ cāiſ ſꝫm bal. i.d.l.propri etatiſ.⁊ do. Anto.i.d.c. veniens el .i.de teſti.

e ⁋ Ex libe ro. que ro an liber. Que pſone ⁊ quā do poſſunt torqueri ſi ſint inducte in teſtes.ad de glo.⁊ ibi no.in.l.nul lam.C.d in fami.Et ad de itellectū ꝙ in ſubſi.diū queſtio.nis qñ habe ri non poſ ſunt teſtes i tegri ſeu ha biles admit tūtur teſtes non idonei ne veritas occultetur ſiue cauſa ſit criminaliſ ſi ue ciuilis ex crie vel ex ꝯtractu aut quaſi:vt ꝓ batur i.l.di uus.ſ.e.iū cta auc.ſi di catur.C.de teſti.⁊ in.c. ſoius de ꝟ. ſig. Idē ꝓba tur i.l.ex cō ſenſu.§.ſup plagijs.C.d repu.⁊ i.d. .c.veniens el.i.⁊ i.c.cū.i.⁊.a.de re iudi.⁊ in.c.fi.⁊ ibi no.C.de teſti.hoc tñ dꝫ intelli gi niſi teſtes idonei non eſſent ex defectu fame vel ſtatus:vt qꝛ ſunt cri minoſi vel infames de iure vel de facto vel ſerui:qꝛ nō debent tunc ad mitti ſine tormentis.l.ob carmen.§.fi.de teſti.ſ.canonizata.iiij.q.iij.§. itē in criminali.ver.ſi autē rei:⁊ in.c.cū.ꝑ.de accuſa.⁊ idē tenet Io.an. in.c.cū in cōtēplatione.de reg.iur.hic alleg.in antiqs lꝫ bar.uideatur te nere ꝯriū.ſ.ꝙ i cā ciuili nō erūt torquēdi liberi hoīes ꝓducti i teſtes:et ui les uel infames. Sec⁹ aūt qñ nō ſunt idonei alio reſpectu q̄ꝫ rōne īfamie uel crimis uel ſtat⁹:qꝛ lꝫ admittanſ i ſubſidiū admittūſ tñ ſine tortura. vt no.in.d.l.ex cōſenſu.§.ſup plagijs.⁊.d.c.ueniēs ꝓ hoc etiaꝫ facit rō. c.cū dilecti.de electio.⁊.c.euidēs.q ma.accu.poſ.⁊ hoc uidetur de men te do.anto.i.c.ſuper.⁊ in.c.a nobis.de teſti.lꝫ Inno.ſenſerit contrarium in.c.ex litteris.de trāſac.ubi ſenſit ꝙ aduocatus admittiſ in ſubſidium i teſtē ꝓ clientulo.ſed dꝫ torqueri.⁊ adde qđ no.bar.in.l.i.§.idem corne lio.ſ.e.uide q̄ no.Imol.in.d.l.ſi qs poſt d teſta.⁊ qđ dixi in.l.i.q̄nibuſ ad.l.iul.maieſt. De forma āt torquēdi teſtes.vide.j.eo.l.unus.§.iudex. per bar.⁊ per bal.i.l.data opa.in.xiiij.col.C.q accu.ubi dicit ꝙ ſufficit torquere duos uel tres teſtes factū ſcientes:qꝛ tortura eſt refrenanda. de materia plene per pau.de liaza.i cōmēto.c.grauis.de depoſito.ubi la te per eū.quiſ poſſit torqueri:⁊ quid i clericis.adde qđ dicit no.bar.hic

.l.arbiter.C.de ſen.nam in.d.l.l.non requiritur veritaſ:ſed ſufficit fama ꝙ ſic reputabaſ.ad idē .ſ.ad mace.l.iij.q̄nqꝫ requiritur probatio veri tatis ꝙ ita ſit.⁊ tunc quedam ſunt in q̄bus ipſa fama ſeu cōmunis opinio veritateꝫ facit ⁊ indu cit:⁊ tūc ſufficit ꝓbatio fame:vt.l.i.§.i.ſ.d ſiu. ⁊ facit.l.labeo.ſ.de ſuppel.le.⁊.l.cū ðlanionis .§.aſinam.ſ.de fun.inſtru.cū ſi.quedaꝫ ſunt in quibus ipſa fama ſeu cōmunis opinio nō indu cit veritatem.⁊ hoc dico ꝙ ſiquidem eſt fama ꝓ bata ſolum ex voce populi non probata aliqua preſumptione:ex qua dicta opi.⁊ fama origineꝫ traxerit.dico ꝙ iſta non probat:ſed dicitur ma gis vana vox[a] populi que non eſt exaudiēda:vt .l.decurionum.C.d pe.ſed licet non probet.tñ coadiuuaret probationem iam factam:vt.l.iij. .§.eiuſdem quoqꝫ princip.ſ.d teſti.Si vero iſta fama eſſet probata que traxit origineꝫ ex aliqui bus preſumptionibus legitimis precedētibus: tunc dico ꝙ in quibuſdam caſibus facit plenaꝫ probationē:vtputa in cauſis breuioribus[b]:vel modici preiudicij.ita intelligo glo.in.l.vbi ad huc.C.de iure do.vbi ſufficit probatio fame:qꝛ eſt cauſa modici preiudicij:vt plene dico in.l.ſi cōſtante.in prin.ſ.ſo.ma.in.i.ij.⁊.iij.queſtioni bus. ⁋ Idē dico ꝙ q̄nqꝫ habet effectuꝫ ꝙ trāſ fert onus probandi in aliam partem:vt in caſi bus in quibus cōmunis opinio ſeu fama conſti tuit aliquem in poſſeſſionem alicuius qualitatis vt libertatis:vel ſeruitutis ⁊ ſimilium:vt.l.ſi ma ter.C.ne de ſta.defūc.⁊.l.ij.C.ſi ſeru⁹ aut liber. ad decu.pue.li.x.vel aliter:iſta fama nō faſ ple nam probationem:ſed an faciat ſemiplenaꝫ.ita ꝙ probet cum vno teſte.dico ꝙ debemus conſi derare illa indicia ⁊ illas preſumptiones ex qui bus fama traxit originem qualiter vrgeāt:⁊ ſm qualitatem illarum dicam iſtam famam facere ſemiplenam probationem vel non facere.ita de bet intelligi glo.in.l.excuſantur.§.i.ſ.de excu. tu.⁊ dicta.l.iij.§.eiuſdem quoqꝫ.ſ.de teſti.⁊ ex hoc etiam habes perpendere vtruꝫ fama ſit ſuf ficiens indiciū ad torturam vel nō. ⁋ Quero ſta tutū[c] huius ciuitatis in quibuſdam caſibus di cit ꝙ ſufficiat probare maleficiū ꝑ publicam fa mam:qualiter intelligam de publica fama? Rñ. intelligā de fama q̄ traxit originē ex ꝓbabilibus cauſis que inducunt populuꝫ ad ſic credendū ⁊ dicendū:alias non eſſet fama:ſed magis va na vox populi que nō debet exaudiri:vt.l.decu rionum.C.de pe.⁊ ideo iudex ſit cautus.nā nō credo ꝙ ſufficiat probare famaꝫ ſimpliciter.nā debet intelligi de fama legitima. ⁋ Vltimo que ro[d] an ſit differentia inter famam ſimpliceꝫ ⁊ pu blicam. Tho.d piperata dicit ꝙ non:qꝛ eoipſo ꝙ dico famam intelligitur de fama publica:ali as non eſſet fama:vt patet ex diffinitione fame: quam.ſ.dedi.ſecus in cōmuni opinione ⁊ in cō muni extimatione que poteſt diuidi in publicā ⁊ priuatam:vt.ſ.dixi.

In cauſis. ⁋ Oppo.de.l.quicunqꝫ .§.fi.⁊.l.cum ſeruum.C. de ſer.fugi.huius timore dicit glo.ꝙ controuer ſia ſit quattuor modis.vide glo.

e **Etiam.** De intellectu huius.l. vidiſtis.ſ.eo.l.diuus.i fi.⁊ videbitis.j.e.l.vnius.§.ſeruus.

s **Si quis.** De intellectu huiꝰ.l. dic vt.ſ.e.l.i.§.ſi quiſ dicatur.

c **Certo.** Hic de hoc plene in.l.ſi poſtulauerit.ſ.d adulte:

s **Statuliber.** ⁋ Op.d.l.ſta tuliber a cete ris:in prin.ſ.de ſta.li.So.vt plene di cam de intellectu huius.l.j.ti.i.l.i.

Ex.l.ſequenti.

⁋ An liber hō productus in teſtē poſſit torq̄ri

e **Ex libero.** Hec ē bona.l.no. ꝙ quando non va cillat non poteſt torqueri liber homo. alias ſecus. ⁋ Quero vtrū hoc habeat locuꝫ in cā ciuili glo.dicit ꝙ ſic:vt.l.diuus.i.rñſo.ſ.e. ⁋ Pro huius declaratione quero[e] an liber hō productis teſtibus poteſt torq̄ri. Circa hoc de betis ſcire.quidam ſunt liberi hoīes poſiti in di gnitate clericali:⁊ iſti non poſſunt torqueri:ſed alias de falſo puniunſ:vt.l.preſbiteri.C.de epi. ⁊ cle.quidā ſunt alij poſiti in alia dignitate vel nobilitate vel officio ſeculari.⁊ iſti poſſunt torq̄ ri ꝓ teſtimonio in vno caſu tm̄.ſ.ſi vacillāt:⁊ ſic aures iudicis offendunt:vt.l.nulluꝫ in prin.C. de teſti.quidā ſunt alij teſtes in dignitate n po ſiti.⁊ tunc ſiquidem ſunt diuites ⁊ bone opini onis nō poſſunt torqueri niſi in duobus caſib⁹ primus eſt ſi vacillat:vt hic.ſecundus ſi conuin citur de mendatio eoipſo ꝙ aſſerat ſe non inter fuiſſe negocio:⁊ ab alijs conuincitur ꝙ interfu it:vt.l.vnius.§.teſtes.j.e.qdā ſunt liberi hoīes

viles artifices faciētes viles arteſ obſcuri ⁊ igno ti forſan: ⁊ iſti ſm̄ quoſdam nunq̄ admittuntur niſi cum tormentis: vt in auc̄. de teſti. §. ſi vero ignoti. ⁊. §. ſi vero huiuſmodi ⁊c̄. ⁊ ibi glo. qđ videtur tenere Azo in ſumma. C. de teſti. ⁊ in ſumma auc̄. Mihi videtur ꝙ hoc nō ſit bene dictū p. l. diuus. §. fi. ſ. e. vbi deportatus in inſulam: ⁊ etiam ſtatuliber non torquentur ſicut alij liberi homines: ⁊ ꝯſtat illos eſſe viles ⁊ obſcuros. preterea tex. in. d. §. ſi vero ignoti ad hoc vt torqueantur requirit duo ꝙ ſint viles ⁊ ignoti. Itez ꝙ tentet corrūpere veritatem tunc poſſunt torqueri. ⁊ ideo dico ꝙ iſti viles homines admittūtur ad teſtimoniuꝫ ſine tortura: non tamen adhibetur eis tanta fides ſicut alijs: vt. l. ij. ⁊. iij. ſ. de teſti. poſſunt tamen torqueri in caſibus. primo ſi vacillant: vt hic. ⁊. d. §. ſi vero ignoti. ſecundo ſi conuincantur de mendacio: vt. l. vnius. §. teſtis j. e. tertio quādo ſponte vadunt ad dicendū teſtimonium: vt. d. §. ſi vero ignoti. in verbo feſtinantes ⁊ probatur. v. q. v. §. hi qui.

**De minore.** ¶ Op. ſ. ad ſylle. l. i. §. impuberes. So. minor non poteſt torqueri: vt ex eiuſ dicto aliqſ cōdēnetur: vt hic. ſed vt ex eius dicto ſumatur indiciū ꝓp qđ veritas ingratur bene pōt torq̄ri: hoc eſt ferula vel habena cedi: vt no. in. l. talis in prima glo. C. ad ſylle.

Ex. l. ſequenti

¶ Teſtis reuerſi dictū qn̄ valeat.

r **Repeti.** ¶ Op. de. l. vnius. §. i. j. e. So. vt ibi dicam ⁊ ibi apparebit intellectus hui⁹. l. ¶ Vltimo inducit glo. hanc. l. in ar. ad reuerſionem teſtiū. vide glo. que incipit. no. ar. ad reuerſionē. ꝺ reuerſione teſtiū debes ſcire breuiter. qñqꝫ teſtis a iudice repetitur: vtputa: vt dictū ſuuꝫ declaret: vel ratōeꝫ ſui dicti reddat: ⁊ hoc pōt iudex[a] vt extra de teſti. c. cū clamor: ⁊ no. in auc̄. ꝺ teſti. §. q: vero: in glo. magna. ⁊ ar. huius. l. qñqꝫ teſtis reuertitur ſuo motu: ⁊ tūc ſi reuertitur incōtinēti auditur. ſecus ſi ex interuallo: vt no. i. d. §. q: vo ⁊ ex. ꝺ teſti. c. p̄terea: ⁊ dixi vobis. ſ. ꝺ fal. l. eos.

Ex. §. ſequenti.

¶ Qn̄ reus de ſocijs poſſit interrogari.

**Is qui.** ¶ Op. de. l. prius. ſ. ad ſylle. glo. dicit ꝙ hec eſt regula ꝙ nō dꝫ de alijs interrogari[b] qui ꝺ ſe confitetur: vt hic. ⁊. l. fi. C. ꝺ accu. fallit in caſibus q ponunt i. d. l. vl. C. de accu. ⁊ fallit i. d. l. prius. ſ. ad ſylle. ſed iſtud dicere fallit eſt leue. ſed mihi vr̄ ꝙ debeamus dicere ſic. q̄dā ſunt delicta q̄ nō cōmittuntur principaliter in offenſam alicuius ſeu odiū: ſed ꝓp cōmodū cōmittentiū: vt falſare monetā ſeu fabricare falſaꝫ monetā. Itē latrocinia facere: nā latrones nō odiūt aliquē: ſed diligunt ea alterius: ⁊ iſto caſu pōt interrogari de ſocijſ ⁊ ꝓbatur in. l. diuus. ſ. de cu. reo. ⁊. l. ꝓuinciaꝝ. C. de fe. ⁊. l. fi. C. de male. ⁊ mathe.[c] ita intelligo. l. q vltimo. j. ti. i. ⁊ ita intelligo. l. fi. ſ. ad exhi. q̄dā ſūt delicta q̄ cōmittuntur ꝑncipaliter in alterius iniuriā ⁊ odiū: ⁊ in iſtis ꝯfeſſus de ſe nō dꝫ interrogari de alijſ: vt hic. ⁊. l. fi. C. de accu. fallit in caſu. d. l. ſi prius. ſ. ad ſylle. Ex p̄dictis dico ꝙ fures pñt interrogari de ſocijs ⁊ de receptatoribus ⁊ ſimilib⁹. ar. d. l. diuus. ſ. de cu. reo. Rō p̄dictoꝝ ē qn̄ cōmittitur delictū in alicuius iniuriaꝫ q alios delinquētes pōt accuſare: ſed nō ē ita in delictiſ q̄ nō cōmittuntur ꝑncipaliter in alterius iniuriam ideo magis permittitur iudici inquirere.

**De queſtione.** No. ꝙ ſeru⁹ cōis torq̄tur ꝓ vno dño ꝯtra aliū dñꝫ. facit ad. q.[d] vtrū aliq̄ ꝯiūcta ꝑſona poſſit eē teſtis ꝓ ꝑſona ſibi ꝯiūcta ꝯtra aliā ꝑſonā eq̄ ſibi ꝯiūctā: ⁊ hic vr̄ ꝙ ſic. ⁊. l. hoc qđ placet. C. e. ti. ⁊ vr̄ tex. in. l. non ſolum. §. i. ſ. de ritu nup. ⁊ in Spe. de teſti. §. i.

**De ſeruo.** ¶ Op. de. l. i. §. itē nūmiſ. ſ. e. ſo. ibi deſijt eē dñi delicto ipſius dñi: hic delicto ſui nō ſunt alia.

v **Nius.** De hoc dic: vt. l. i. §. i. ſ. e. ti. Ex. §. ſequēti.

¶ Queſtio qn̄ poſſit repeti: ⁊ qn̄ animus ⁊ corpus dicatur durare in tormentis

**Reus.** Hic ē bonus. §. ¶ Op. ſ. e. l. repeti. in ꝑn. So. illa intelligitur ſꝫ iſtā: vt ita demū poſſint repeti tormēta ſi ꝺ nouo ſupueniūt indicia euidentiora ꝑmis. ita intelligit hāc. l. Ja. de are. ⁊ Cy. C. e. l. fi. in fi. ⁊ ita tenebat do. Rai. ſm̄ hāc lec. habeo caſuꝫ hic ꝙ ēt poſt publicationē teſtiū i cā criminali pñt recipi teſtes ad offenſam qđ appet. nā ꝑmo p̄cedebant indicia ꝓp q̄ fuit tortus illa indicia nō poterunt apparere niſi publicatis teſtibus cuꝫ ſup illis indicijs debuit diſputari: vt vidiſtis in. l. cuſtodias[e]. ſ. de publi. iudi. cū de nouo ſuperuenerunt indicia. ergo de nouo fuerunt teſtes examinati ad defenſam. non eſt dubiū ꝙ poſt publicationē teſtiū teſtes poſſunt de nouo recipi: vt vidiſtis. ſ. e. l. i. ⁊ videbitis ſtatim in. §. cogniturū

⁊ vide eundē in. l. i. in prin. ſ. e. ⁊ gl. no. xv. q. v. preſbiter. ⁊. c. fi. bal. C. e. l. iudices

a r Repeti. pōt iudex. An teſtis q vult repeti ſit audiendus. vide Bar. in. l. iiij. §. hoc aūt. ꝺ dā. infec. in. iij. q. ¶ Inquātū hec lex inducit ꝙ teſtis cogitur declarare dicta ſua. adde forti⁹ ꝙ ēt cogitur declarare declarationeꝫ dicti ſui ſm̄ gl. no. xxvi. q. vij. graue ⁊ no. bar. in l. ſi qs intentione. ff. ꝺ iudi. ⁊ in. l. inter ſtipulationē. in prin. de ver. ob. Et dñ bart. hic dicit de teſte qui ꝓprio motu reuertitur. vide glo. q̄ nō eſt alibi in auc̄. de teſte. §. q: vero ꝙ aptis probationibus non poſſunt teſtes repeti. ⁊ ipſam allegat ḃ bar. vide de hoc in. c. cū ioannes in glo. no. de fi. inſtru. Et vide qđ dic̄ bal. i. l. veluti. ff. e. Itē qn̄ teſtes repetūtur an debeant iterū iurare Bal. ꝙ non in. d. l. heredes palā. §. ſi quis in fi. de teſta. ff. i cōtrariū videtur caſuſ in. l. qui bona in. §. ſi quis ſtipulat⁹. ff. de dā. infec. ad hoc vltimū vide qđ dixi in. l. per hanc. C. de tempo. app. vide in ſpe. ꝺ inquiſi. §. nunc vero. ver. ſed nunqd publicatur ⁊ ante publicationeꝫ an poſſint teſteſ induci. dicit ſpe. ꝙ nō: niſi ex cā: vt ſi ſi fuit prius examinat⁹: vel ſi nō fuerit de oib⁹ recordatus: alias tanq̄ꝫ ſuſpectus repellitur in tit. de teſti. §. ſatis ſubſtantialis. ver. ſed nunquid. Et vide que dixi in auc̄. q ſemel. C. de proba. his adde etiā ſpe. in ti. de inquiſi. §. nunc. no. ver. ſꝫ nūquid publicatus ⁊c̄. Itē repetuntur de nouo teſtes ſi acta ⁊ atteſtatiōes ſint pempte: vt in. d. c. fi. de proba. cū materia. ⁊ bal. in. l. veluti. ff. ꝺ edē. ⁊ ꝑ bar. ⁊ ſaly. in. d. auc̄. at qui ſemel. ⁊ de materia repetitionis iſtius. vide q̄ no. Inno. in. c. tuas. de teſti. ⁊ an teſtis poſſet repeti vt reddat rōneꝫ dicti ſui. vide Bal. in dicta auc̄. q ſemel. in. iij. col. C. de proba. ⁊ ibi plene ꝑ cū de hac repeti. repetuntur etiā teſtes ſi redarguantur de falſo ſicut inſtrumen. l. fi. ⁊ ibi vide bal. in fi. C. de fide inſtrumento. ⁊ dicit Bal. in. l. fi. in. iij. col. de re iudi. ꝙ ſi iudex non plene interrogauit teſtem ſit repetitio. ⁊ hoc iudex pōt ex officio ſꝫ Bar. in. d. l. iiij. §. hoc autem. in. iij. q. de dam. infec.

b ¶ Is qui de alijs interrogari. An quis ſit interrogandus de ſocijs. vide etiā Ange. in. l. ſi filiū in fi. glo. magne. C. de lib. cau. ⁊ qn̄ quis poſſit interrogari de ſocijs adde tex. ⁊ que ibi habentur in cā de confeſ. vide ſ. e. l. i. §. qui queſtioneꝫ. ⁊. §. queſtionē. ⁊ facit an vnus ex delinquentib⁹ poſſit contra aliū teſtificari de quo in ſpe. de teſte. §. i. ver. quid ſi quattuor. ⁊ qđ no. C. de accu. l. i. ⁊ per do. Jo. de imol. in. c. ſignificaſti. de homici. adde qđ dixit Bar. in. l. ij. §. pe. ꝺ iure fiſci ꝙ quis pōt retineri: vt manifeſtet ſocios vel mandatores vel aliud quid faciat ꝙ eſſet iuſta cā carcerandi. ⁊ Ang. no. ⁊ in. l. ſi certus. C. ad ſylle. vide ꝙ dicit ſpe. in ti. de inquiſitione. §. ij. ⁊ dicit Sali. in. l. ea quidem. in. viij. char. C. de accu. ver. ſed q: ꝓp denunciantes. ꝙ licet dicto ſocij non credatur. l. fi. C. de accu. tñ ei⁹ dictū eſt ſolū ſufficiens ad inquirendum. l. §. ſi quiſ vltro. ſ. e. ⁊ vide glo. no. i fi. C. de accu. ⁊ an faciat indicium ⁊ poſſint teſtificari ſocij criminiſ no. glo. in. l. ſi filium. C. de liberali cau. ⁊ Bar. in. l. i. § ſi ſeruus. ſ. eo. ⁊ glo. in. d. l. ſi filium. dicit ꝙ non facit indicium. ⁊ Sali. in. d. l. fi. C. ꝺ accu. aliter diſtinguit ⁊ i alia materia: q: aut torquendus eſt ſeruus ⁊ pōt interrogari ꝺ ſocijs. l. quicunqꝫ. C. ꝺ ſer. fu. l. i. ſ. eo. aut ē ſūmus in criminalibuſ q̄ ſine ſocijſ regulariter ſi cōmittūtur: vt in falſificatione monete ⁊ in crimie leſe maieſtatis. ⁊ interrogari pōt. l. ꝓuinciaruꝫ. C. ꝺ ferijs. Item quando tendit ad ſalutē communeꝫ omnium. l. fi. C. ꝺ male fi. ⁊ mathe. qđ not. ſm̄ eū. ⁊ ideo dicit ipſe ꝙ in caſibus in qbus poteſt interrogari ꝺ ſocijs: tunc bene loquitur Barto. hic. vnde videtur ꝙ ſocius ꝑ iudicet ſocijs ⁊ probet: ⁊ indicium faciat. ad hoc faciunt no. in. l. marit⁹. ſ. eo. in. q. illa an teſtis q non poteſt examinari examinatus faciat indicium. de quo vide no. per ſpe. in ti. de accuſa. §. i. ver. item repellitur. qui fuit de ſocijs. ⁊ de materia per cano. not. in. c. i. de confeſ. ⁊ omnino vide que dixi in. l. i. §. ſi ſeruus. ſ. in apoſtilla. vbi allegaui Dy. in tractatu de queſtionibus.

c ¶ De male. ⁊ mathe. Ad hoc facit glo. qđ ibi bal. in. l. non ideo minus. C. de accu. ꝙ in aſſaſſinatu poteſt ſocius interrogari de ſocio. Pro cuius doctrina bar. doctrina hic non poſſet eſſe melior.

d ¶ De queſtione facit ad. q. De hac. q. vide no. per doc. in. c. poſtremo. de appella.

e v Nius. §. reus. in. l. cuſtodias. Quando dicantur noua indicia dic vt ſi ſuperueniant probationes diuerſi indicij non eiuſdē arg. eorum que habentur in. l. per hanc. C. de tempo. appel. ⁊ cum bar. hic tranſit Sali. in. l. ij. C. de cuſto. reo. vbi videas. ⁊ quid ſi reus eſt conuictus per varias probationes an poſſit a iudice torqueri ad hoc vt confiteatur ne poſſit appellare Bar. videtur tenere ꝙ ſic. in. l. i. C. de iura. calum. ⁊ ita dicit de facto nunc iudices ſeruare. Et ſic innuit iſto caſu reum in tormentis repeti poſſe. contrariuꝫ videtur tenere ang.

in.l.⁊ ſi certus.C.ad ſylle.⁊ Ang.i ſuo tractatu de queſtioni.⁊ vide bal. in.l.milites.C.eo.plene p Jo.an.in regula cum in contemplatione i antiquis.de regu.iur.per Dy.in tractatu de queſtio.adde ꝙ ſi reus eſt cōfeſſus in tormentis poteſt poſtea ſemper repeti in tormentis ſine indicijs nouis:qꝛ illa confeſſio facit ſemiplenā probationem:⁊ in ea cogitur ꝑſiſtere ſꝫ qđ no.bal .i.d..l.in bonefidei verſi.ita quero.C.đ iureiur.⁊ đ iſta materia etiam vide bar.i tractatu de queſt.⁊ per pau.đ liaza.in pre alleg.cōmēto.c.grauis đ depoſito.

a ℭ Non cōfitef.Sꝫ qd ſi quis nunq̄ꝫ confitef pp tormenta:⁊ tamē iudex hꝫ vehementia indicia ꝯ eum.quid debet facere iudex talis debebit ne eū abſoluere.Vide ſaly.in repeti.l.ea quidē.C.de accuſa.⁊ in.l.ſi quis adulterij.C.de adulte.⁊ in.l.quiſquis.C.ad.l.iul.maie.qui dicit ꝙ debet dari abolitio hoc eſt circunduci ꝓceſſus vel etiam abſolui in prima inſtantia ꝙ tene pro notabili dicto.Vnū tn̄ no.ꝙ ſi teſtibuſ ⁊ ꝓbationibus conuinceref dꝫ dānari lꝫ per tormēta nō cōfiteretur.caſus eſt ſingu.in.l.qui ſententiā.C.de penis.⁊ ibi dixi poſt bal.

b ℭ Judex ſi dꝫ haberi.No.bene ꝙ qn̄ torquentur teſtes ſi ſeruatur forma.l.cuſtodias.ꝟ.de pub.iudi.

c ℭ Cognitorū.dare terminū.Adde.l.i.§.ſi ad dicē.ff.de re mili.vide ēt bar.⁊ imol.in.d.l.cuſtodias.§.i.ꝟ.de publi.iudi.⁊ ſali.i.l.ij.C.de cuſto.reo.⁊ no ꝑ.gl.i.l.i.j.

.j.e.l.licet iſta lec.ſit no.tn̄ cōſuetudo nō obſeruat imo queſtio repetitur indiſtincte cum iudici videatur.⁊ ideo intelligo.l.noſtram alio modo ⁊ ita practicatur.quandoqꝫ apparent cōtra reū indicia leuia nō multum manifeſta ⁊ multū vrgentia:tunc queſtio de eo non debet repeti.Qn̄qꝫ contra reū apparent indicia manifeſta ⁊ euidentiora ⁊ multū vrgentia.tunc ſi in prima tortura reus nil dicit:⁊ ꝙ ſtat durus poterit iterum torqueri ⁊ repeti:vt hic:⁊.l.repeti.ꝟ.eo.ſꝫ hoc ꝙ hic dicitur euidentioribus argumentis.expono euidentioribus argumentis ꝗ̄ ſint alia argumenta leuia ꝗ̄ que conſueuerunt apponere contra reos.ſed ſm primam lec.expone euidentioribus argumentis.ſ.ꝗ̄ fuerunt prima argumenta cōtra reū habita.ℭ Quero dicif hic maxime ſi in tormentis animus corpuſqꝫ durauerit.quero qn̄ durat in tormentis anim⁹ ⁊ corpus.Reſpondeo qn̄ pp tormenta non hꝫ animū confitendi nec confitetur[a] ſed quando confitetur ⁊ non perſeuerat:tunc non durat anim⁹ ⁊c.⁊ tunc poteſt repeti in queſtione:qđ apparet ex eo ꝙ tex.dicit maxime.

**In ea cauſa.** Dicitur hic non facile:⁊ ſic innuit ꝙ quādoqꝫ ad tormenta procedatur non precedentibus indicijs qđ pōt eſſe in caſu.l.ſi prius.ꝟ.ad ſylle.regulariter contra:vt hic:⁊.ꝟ.eo.l.i.§.i.

Ex.§.ſequenti.

ℭ An in his indicijs que reqrunf ad torquendum teſtē debeat adhiberi illa diſputatio circa indicia q̄ requirunf ad torquendum reuꝫ.

**Judex.** Dicitur hic niſi in facto interueniſſe dicūtur.quero a quo iſtos teſtes debet dici interueniſſe facto:vt ſit locus torture.Reſpondeo dꝫ dici ab alijs teſtibus:vt .j.l.proxi.ℭ Sed quero vtrum ſufficiat dici ab vno tn̄ ex teſtibus:puto ꝙ ſic:ſi ille vnus ſit dignior iſto qui ſe interfuiſſe negabat:qn̄ vnus teſtis facit ſufficiens indiciū ad torturam.dic vt dicam.j.e.l.maritus.ℭ Secundo quero vtruꝫ in his indicijs que requiruntur ad torquenduꝫ teſtem debeat haberi illa diſputatio circa indicia que requiruntur ad torquendum reuꝫ:vt dixi in.l.cuſtodias.ꝟ.de publi.iudi.Reſpondeo quedam veniunt examinanda pro tortura teſtiſ que cauſam principalem de qua agitur nō tangunt:vtputa an ſit ſeruus vel liber.itē an ſit vn⁹ de litigatoribus an non.⁊ iſta indicia prius examinantur ⁊ excutiuntur:vt.l.ſi quis ne.ꝟ.e.tit.⁊.l.i.§.ſi quis dicatur.ꝟ.e.titu.quedam ſunt indicia que comprehenduntur ex dictis que cauſam principalem tangunt.tunc circa illa non debet haberi[b] diſputatio cum aduocatis:ſed committuntur iudici.ita debet intelligi hic.⁊.j.l.proxi.⁊ in auc.de teſti.§.ſi vero ignoti:⁊.C.đ teſti.l.nullum nō habetis hic alia.

**Seruus in caput eiuſ.**

Facit ar.ꝙ ille qui fuit domeſticus alicuius nō poſſit in cauſa eius eſſe teſtis ⁊ examinari lꝫ deſierit eſſe domeſticus.de hoc dic:vt dixi.ꝟ.e.l..i.§.ſi ſeruus.

**Cogniturum.** Judex debet dare parti terminū ad faciendum ſuam defenſionem licet poſſit fieri defenſio ſine terminis.h.d.ℭ Not.ꝙ iudex debet dare terminum[c] ad faciendas defenſiones ſeu ſtatuere diem ad audiendas allegationes.facit.C.đ iudi.auc.iubemus.Secūdo not.ꝙ defenſio valꝫ ſine termino:vt hic i ver.ꝗ̄uis.Tertio not.ex eo ꝙ dicit quocunqꝫ tēpore quo ad defenſam etiam poſt publicationē[d] poſſunt recipi teſtes:ut hic:⁊.l.i.in ſi.ꝟ.eo.

đ furi.balnē.⁊ ſali.i.d.l.ij.C.đ cu.reō.⁊ ibi bal.pōt tn̄ iudex ex cā tollere ſꝫ bal.i.l.a.ꝓcedēte.C.đ dil.qđ oīs no.⁊ vid bar.i.l.mem ierit.ꝟ.đ adul.

d ℭ Poſt publicationē.Et idem videtur ſentire glo.in.l.ij.C.de eden.⁊ iſtū tex.allegat bar.in.l.ſi.in pe.q.j.e.intellige ſi petatur.⁊ vide bal.in.l.nouerint.C.vt infra cer.temp.Itē pōt ex cauſa iudex tollere ſm bal.in.d.l.cū reis.C.de penis.Et quid ſi eſt confeſſus an audiaf reuocanſ vide bald.⁊ ſali.i.d.l.ſi.C.de ꝓba.in ſi.§.vide bal.in.l.militeſ.C.e.⁊.ꝟ.ea.l.in ꝓnc.

f **S cui.** Ibi niſi aliorum queſtionibus intelligo ꝙ per alios de mendatio conuincatur ⁊ dicatur interfuiſſe facto:ut dixi.ꝟ.proxi.§.teſtes.

Ex.l.ſequenti.

ℭ An teſtis qui non debuit examinari examinatus faciat indiciū:ibi.Vlterius.Et an in crimialibus ſit locus delationi iuramēti:ibi.Vltimo.

m **Aritus.** Teſtis qui nō debet examinari ꝓpter partis reuerentiam examinatus non facit indicium neqꝫ probat[e].h.d.No.tex.ibi:⁊ teſtimonium unius hominis ⁊c.ℭ Oppo.⁊ uidetur ꝙ debuit huic auctori deferri iuramentum qui habebat per ſe unum teſtem:ut.l.in bonefidei.C.de iureiuran.⁊.l.admonendi.ꝟ.de iureiuran.So.hic maritus non poterat ſcire ueritatem de negocio:qꝛ agebat ex perſona alterius.⁊ ex eo ꝙ erat factuꝫ eo abſente:ut dicit glo.qđ in ſe ſatis placet.alia ſo.eſt ꝙ hic loquif in criminalibus.ſed.l.contrarie in ciuilibus.hec nō placet quo ad.l.iſtam:qꝛ etiam hic loquitur in ciuilibus.ſed an in criminalibus ſit locus delationi iuramenti vel non dicam ſtatim.Tertia ſolu.ē ⁊ iſta eſt uera ꝙ ex dicto unius teſtis defertur iuramentum quando teſtis eſt idoneus:ſed filiuſ liberti nō eſt idoneus teſtis:quia poteſt reuocari in ſeruitutē:ut.l.ſi.C.de lib.⁊ eo.lib.⁊ ideo ex eius dicto nō poteſt deferri iuramentum.ℭ Secundo opp.⁊ uidetur ꝙ dicto unius teſtis ſtef ut.l.non omnes.§ a barbaris.j.de re mili.Sol.ſtatur ut faciat indicium non ut faciat probationem.ad idem.l.theopompus.ꝟ.de do.prele.Sed ad hoc opp.ergo debuit hic perueniri ad queſtionem ancille:qꝛ pro ſe habuit unum teſtē glo.dat plures ſolu.ſed ueritaſ colligitur ex duabus.ſ.ex prima ⁊ ultima.nam hic fuit reprobata queſtio propter duo.primo quia torta fuit ancilla pro domino.ſecundo quia nō precedebat indicium ⁊ illud quod dicitur ꝙ unus teſtis facit indicium eſt uerum in teſte idoneo[f].ſed hic non erat idoneus teſtis:quia erat filius liberti:⁊ ꝙ unus teſtis faciat indiciuꝫ ad torturam.habes glo.in.l.quiſquis.C.ad.l.iul.maie.facit qđ no.in.l.in bonefidei.C.de iureiu.⁊.l.admonendi.ꝟ.de iureiuran.⁊ hec eſt uera ſolu.ℭ Item ſol.glo.alio modo.quia hic fuit prius habita q̄ſtio poſtea fuit exbannitus teſtis.⁊ ſic indicium ſequitur ⁊ non precedit qđ no.nam indicia ſequentia[g] non confirmāt queſtionem ſeu torturam precedentem.ℭ Vlterius oppo.extra glo.ꝙ teſtis qui non debet examinari:examinatus faciat indicium[h]:ut.l.i.§.impuberes.ꝟ.ad ſyll.⁊ dixi.ꝟ.e.l.ex libero.§.i.Pro cuius declaratione debes ſcire ꝙ teſtis qui non debuit examinari propter reuerentiam perſonarū:⁊ tunc examinatus non facit indiciuꝫ:ut hic:⁊.l.diuus.ꝟ.e.⁊.l.i.§.diuus:⁊.§.idem ſeuerus.quādoqꝫ te-

e ℭ Aritus neqꝫ ꝓbat.Et ſic no.ꝙ pōt appellari a tortura ⁊ illicite torture.⁊ etiaꝫ eius confeſſioni nō ſtaf vt hic.⁊ no.bart.⁊ bal.i.d.l.milites in ſi.C.e.plene per pau.de liazar.in cōmēto pre allegati.c.grauis.đ depoſito.vbi omnino vide.

f ℭ In⁹ teſte.idoneo.⁊ ſic ſi torquetur ille qui non debet torqri dictū ei⁹ adminiculatur.de quo vide ꝑ bal.in.l.ſi.de accuſa.⁊ bart.in.l.i.§.iteꝫ cornelio.ꝟ.e.⁊ ibi dixi.

g ℭ Indicia ſequentia.Indicia ſecuta p⁹ torturā eam nō validant.⁊ vide Ange.in ſuo tractatu maleficiorū.ver.nūc videamuſ đ tortura.in.iij.colū.⁊ no.bal.in.l.ea quidē.in penul.colū.in ver.item quero.đ accuſa.⁊ late ꝑ bal.i.l.ſi.C.de accuſa.

h ℭ Faciat indiciū.An teſtis qui non debet examinari:examinatus faciat indicium cū nō debuerit examinari.l.lex cornelia ⁊ ibi no.barto.ꝟ.de iniuri.l.inuiti.ꝟ.de teſti.dic:vt per bar.in.l.ad

monendi in. xi. col. ſ. de iureiuran. vnum tamē tene mēti qđ dicit abb. in. c. de cetero. de teſti. ꝙ lʒ laicus non poſſit in criminalibus teſtificari contra clericum: vt eſt tex. ibi examinatus tamen facit indicium. qđ no. quia hic dicta videntur contra illum tex. in ver. aliquatenus non ſunt admittendi. iunctis his que habentur in. c. at ſi clerici. de iudi. in verbo aliquatenuſ condēnādi. ſed poteſt reſponderi ꝙ lʒ nō ſint aliqui admittēdi tamen admiſſi faciant indiciuʒ: vt colligitur ex doctria barto. hic. ſimiliter etiam ꝑ hoc facit ratio. nam ratio quare laici nō admittuntur eſt: qꝛ laici ſunt infeſti clericis ⁊ preſumūr eos odio habere: vt. ij. q. vij. laicus. ſʒ reſpōdeo ꝙ illa inimicitia ſeu illud odium qđ habetur i genere clericis: qꝛ laicus nō videtur eſſe ſufficiens ad repellenduʒ a iudicio. patʒ enim: quia licet teſtes inimici in criminalibꝰ exceptione repellantur: tamē inimicitia iſta generalis nō tollit qđ nō faciant aliqđ indiciuʒ. ita bar. in. l. ij. đ appel. reci. licet bal. ibi cōtra. ſic ergo dicamuſ qꝛ licʒ ſit laicus non repellitur tamē a iure ſʒ In no. in. c. cuʒ cauſaʒ. de teſti. ⁊ ad bar. hic vid bal. in. l. eos. C. de teſti. ⁊ dicit etiā bal. i c. ſacramētum. de conſuetu. recti ſeu. ꝙ teſtis non legitime examinatus non facit indicium. allegat bald. hanc. l. ⁊ dicit Bald. etiam ſi teſtis ſit legitimus: tamen modus examinandi non ſit congruus: vt quia non fuit interrogatus de cauſa licet duo teſtes non interrogati faciant plenum fidem: putat tamen ꝙ vnus non faciat ſemiplenam probationem. Item ſi vnus teſtis non dicit plene factum: vt no. ff. đ infami. l. lutius. qꝛ talis examinatio non caret quali quali boni viri ſuſpitione cū iudex nō laborauerit ad veritatem inquirendam. vnde not. ꝙ modicus defectus impedit ſemplenaʒ probationē vnius teſtis ut patet manifeſte per multa que ſuperius dicta ſunt q̄ not. reliqua aūt vide pꝰ bar. in. d. l. admonēdi. ff. de iureiu. ⁊ dixit no. bal. i. d. c. ſacramētuʒ. ꝙ teſtis inualidus ſicut nō facit ſemiplenā ꝓbationeʒ: nec etiā faciet indiciū. ⁊ intelligo hoc maxime. ſ. ꝙ adminiculetur ꝓbationi. nam quedā ſunt motiua indicia nō adminiculatiua que minus ſunt q̄ʒ ſemiplena ꝓbatio: vt no. ꝑ bal. in. l. cū ꝓbatio. ⁊ in. l. etiā matris. adde bal. i. l. ij. de epiſ. audi. vide oino bal. in. l. ſeruos ꝓ dño. C. de teſti. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. ii. ſ. de eden. ⁊ an quando ſequiꝛ tortura de aliquo qui nō debuit torqueri dictū eius faciat preſumptionē. vide bal. in. l. ſi. C. de accuſa. ⁊ no. ꝙ ad ꝓbandū Innocētiā. admittunꝛ teſtes dōeſtici vel minꝰ idonei ſm ſpe. in ti. de inquiſi. §. i. ver. ſed nunquid. ¶ Et dum dicit hic

ſtis non debet examinari propter etatem. ⁊ tūc examinatus nō facit indicium plenum ſed quale quale ut. d. l. i. §. ipuberes. ſ. ad ſylle. no. in. l. talium. in. i. glo. C. ad ſylle. Idem puto de teſte qui non debet examinari propter ſexum ut in muliere. eadem ratione quandoqʒ teſtis nō debet examinari propter infamiam: ⁊ tunc examinatus facit indicium quale q̄le: ut. l. qui ultimo ꝟ. ti. i. quandoqʒ non debet examinari propter inimicitiam: tunc examinatus facit indiciuʒ uel non facit ſecundum qualitatem inimicitie: ut ſ. e. l. i. §. pe. quādoqʒ teſtis non debet examinari ratione ordinis. quia ante lit. conteſta. uel parte non citata: ⁊ tunc puto ꝙ non facit indicium vt. l. ſi quis adulterium. ſ. de adulte. ⁊. C. de teſti. l. ſi quando. in ſi. facit quod dicam. ꝟ. eo. l. ſi. ¶ Ultimo q̄ro an in criminalibus ſit locus delationi iuriſiurandi[a]. glo. hic dicit ꝙ nō. contra tenet glo. in. l. iij. circa princ. ſ. de iureiuran. ⁊. C. de iureiuran. l. in bonefidei. breuiter quicquid dicant doc. ego dicam illud quod puto verum. Aduertatis quandoqʒ agitur de crimine ciuiliter: tunc ſiquidem eſt actio priuata eſt locus delationi iuramenti: ut. l. iij. in prin. ibi: penali: ⁊c. ⁊. l. ſi duo patroni. §. iulianus. ſ. de iureiuran. ſed ſi ageretur actiōe populari: dic ut. l. euʒ qui §. in popularibus. ſ. de iureiuran. ſi vero agitur criminaliter: tunc aut loquitur de iuramento deferendo a parte: aut de iuramento deferendo a iudice. primo caſu ſiquidem accuſabatur de aliquo iudicio publico non eſt locus delationi iuriſiurandi ante lit. conteſta. quia negocium non eſt adhuc proprium accuſantis: vt. l. ſi cui. ꝟ. de verbo. ſig. ſed poſt. lit. conteſta. idem quia non eſt locus delationi iuriſiurandi. ratio eſt. nam ſiquidem reus in lit. conteſt: fuerat confeſſus nō pōt ſibi deferri ad abſolutionē qa actor eſſet in manifeſta calumnia: ergo ⁊c: ut. l. eum qui. §. in popularibus. ſ. de iureiuran. Item ſi negauerit eſt uериſimile ꝙ iterum neget: vt. l. ſi cui. §. hiſdem. ſ. de accuſa. ⁊ ideo deferendo ſibi iuramētum videtur calumniari. preterea in iudicio publico quis videtur nomine publico accuſare et cauſam publicam agere. ſed ille qui agit cauſam alienam non poteſt deferre iuramentum niſi ei ſpecialiter ſit mandatum: ut. l. iuſiurandum qđ ex conuentione. §. fina. ⁊. l. tutor. ſ. de iureiuran. preterea ſi quis poteſt deferre iuſiurandum reo iam tota materia turpil. eſſet deſtructa: quia

daretur licentia accuſatori deferendi iuramentum reo ⁊ deſiſtendi impune. quod tamen non poteſt ſine abolitione: ⁊ hoc eſt uerum ꝙ non poteſt deferri reo ad abſolutionem vt dixi. ſed an reus poſſit deferre accuſatori ad cōdemnationem: vt quia dicit volo eſſe condemnatus ſi accuſator iurauerit. In hoc ſunt opi. iter Guil. de cu. ex vna parte qui dicit ꝙ non poteſt fieri: quia de domo accuſatoris non debet probatio recipi: ut. l. đ minore. §. tormēta. ſ. eo. ergo nō debet ſtari eius iuramento. preterea in criminalibus debent eſſe probationes luce clariores: vt. l. ſciant. C. de proba. ergo ⁊c. ſed iſte rationes concludunt in iuramento quod defertur ꝑ te inuita. ideo do. Ja. de bu. dicit ꝙ poteſt deferri iuramentum actori ad condemnationem rei etiam in criminalibus: quod patet quia ille qui defert iuramentum uidetur confiteri ſub cōditione ſi iurauerit: vt. l. qui iuraſſe. in ſi. ſ. de iureiuran. ſed cōfeſſio eſt probatio luce clarior. ergo ⁊c. ita dicebat ipſe quod ſatis placet. ſi vero loqueris in iudicijs priuatis: tunc anteq̄ perueniatur ad iudicium poteſt quis iuramentum deferre: ut. d. l. iij. in prin. ibi: penali ⁊c. ⁊ ar. l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. ſ. de pac. ſed poſtq̄ deuentuʒ eſt ad iudicium accuſator non poteſt deſiſtere: vt. l. ⁊ in priuatis ⁊. l. ſi quis repe. §. ſi. C. ad turpil. ⁊ ideo tunc dicerem ſicuti in publicis. ¶ Si vero queris de iuramento quod defertur a iudice in defectum probationis: tunc reo ad abſolutionem bene poteſt deferri: vt. l. preſenti. C. de his qui ad ec. confu. ⁊ dicitur iuramentum purgationis. actori vero ad condemnationem non poteſt deferri: quia requiruntur probationes luce clariores: vt. dicta. l. ſciant. ⁊ ita intelligatur glo. hic poſita.

Ex. l. ſequenti.

¶ Citatus ad ſubeundum tormenta ſi non uenit ita habetur pro confeſſo quēadmodum haberetur ante comparitionem

q Ueſtionis.[b] Iſta. l. legitur i glo. multis modis. nam primo ponitur caſus ꝙ ex cōfeſſione facta in tormentis quis nō damnatur: ⁊ tunc exponitur habende. i. habite. Iſta lec. ē vera in ſe: ut. l. i. §. idem diuus. ſ. e. ſed tamē iſta lec. violat tex. hic. ſecundo modo exponitur[c] habende. i. habite ſine indicio. ⁊ tunc dicit ꝙ ex cōfeſſione facta in tormentis nō precedēte indicio

bar. ꝙ teſtis infamis facit indiciū intellige ad inquirēdum. vt no. bar. in. l. cunctos populos. ⁊ ibi bal. C. de ſum. tri. ⁊ ſi. catho. in ver. ſed ⁊ alia infamia vide bal. in. l. ſi. C. de accu. ⁊ glo. C. de his qui. vt indi. in. l. ſi. c. veniens. ⁊ in. c. pñtium. de teſti. ⁊ quid iportet iſtud quale quale. de quo hic per bar. vide tex. in. d. l. itē apud labeo. §. pretor ait. la vltima. de iniur. l. ii. §. merito ne qđ in loco publico ⁊ iſtis adde bar. in. l. ii. i ſi. q. de app. recip. ꝟ. ⁊ qđ opaꝛ iſtđ quale quale. vide bal. in. l. ſi duo patroni. in pn. de iureiur. ⁊ de iſto vide bar. in. l. i. §. itē cornelio. ſ. e. ⁊ Bal. C. e. l. i mili tes. ⁊ in. l. ii. C. quo. appel. ſi recip. ⁊ doc. ⁊ gl. in. l. quiſqs. C. ad. l. iul. maie. ⁊ not. ꝙ qñ requiritur certus numerus teſtiuʒ minor numerus facit indiciuʒ.

a ¶ Delatōi iuriſiurādi. An in criali bus in defectū ꝓbatōis poſſit deferri iuramētū vide ꝑ bart. in. l. cū qui. §. in popularibus. ſ. đ iureiu. ⁊ i. l. admonendi. e. ti. qđ aūt in criminalibus deferaꝛ iuramētū in ſupplemētū ꝓbatōis qñ eſt vnus teſtis cū alijs indicijs. vide in. c. ſi. de iureiu. vide bar. i. l. lege cornelia. §. illud. ſ. de iur. ⁊ Jacobut. ⁊ bart. i. l. ait pretor ⁊ in. l. admonēdi. de iureiur. bal. in. l. iudiceſ. C. đ iudi. ⁊ bal. i. l. in bonefidei. C. de reb. credi. ⁊ ꝙ nō deferaꝛ aliquo mō facit qđ no. dixit bal. in. l. ſi. in prin. C. ſi mi. ſe maio. dixe. qꝛ vbi reqruꝛ ꝓbationes luce meridiana clariores nō deferꝛ ſacramentū in defectū ꝓbationis. ⁊ vide bar. in. l. cū qui. §. in popularibus. de iureiur. ⁊ bar. in. l. ſi. ff. de in lit. iuran. dicit tñ bal. ꝙ nō iuraꝛ in ſupplementū ꝓbationis. verū eſt ſup facto. ſed ſup facientibus ad cām bene iuraꝛ. plus dicit ibi Ro. ꝙ etiā in criminalibus iuraꝛ in ſupplementū ꝓbationis qñ eſt vnus teſtis cū alijs indicijs ⁊ vide oino do. abba. in. c. ſi. de iureiu. ⁊ Pau. de caſt. in cōſi. cexiiij. ⁊ bal. qui hoc ſentit in. d. l. in bone fidei. in ver. iij. iſpiciꝛ. ad ſi. l. ꝑ bar. poſt Ricar. ma. in. l. iij. ſ. de iureiu. ⁊ adde tex. in. l. nā ⁊ poſtea. §. ſi dāneꝛ. de iureiur. ⁊c. ⁊ vide oino abb. in. c. litteris. de teſti.

b q Ueſtionis. Iſta eſt no. l. ſm vnā lec. ſcđm quā ꝓbat ꝙ quotiens iudex aliquē illicite ponit ad torturā nō precedentibus indicijs eſt ꝑſumptio violētie: ⁊ etiā ꝙ ois cōfeſſio facta poſt tormenta ſit illicite extorta. ⁊ ideo reo nō preiudicat. quā etiā lecturā ſentit bar. hic.

c ¶ Secūdo mō exponiꝛ. Quā lecturā multi libri nō hñt. qđ tñ intellige qñ fuit cōfeſſus anteq̄ʒ fuit appoſitus i priſtinā libertatē: qꝛ eſt ꝑſumptio ꝙ ſicut iudex eū illicite extorſit: ita etiā qđ cū fecerit illicite ratificare ⁊ metu futurorū tormētorum vel preteritorū. arg. l. ſi cui. §. hiſdem. ſ. de

qs nõ dãnaſ. Et iſta ẽ no. lec. ẽt ĩtelligo iſtã lec. ſiue ſit cõfeſſio habita a teſte: vt. ſ. l. pri. ſiue ſit confeſſio habita a reo principali eadẽ rõne ⁊ intelligo ẽt ſi in tali ↄfeſſiõe pſeueret. tertio modo legiſ iſta. l. ut dicat ſic ille q vult venire ad ſcda tormẽta pp hoc nõ dʒ dãnari. ℭ Circa iſtã lec. quero aliqs citatus[a] cõparet ⁊ dat fideiuſſores: ⁊ negat maleficiũ. appẽt ↄtra eũ poſtea ſufficiẽtia indicia ad torturã iudex nõ põt euʒ habere: qd faciet iudex. glo. dat hic remediũ. ſ. ꝙ cogat eũ pignorib⁹ captis ⁊ mulcta ĩdicta. ita dicit gl. hic. domini iſtud eſt verum de iure cõmuni ſm ꝙ abſens nõ põt dãnari etiã vbi eſt pena pecuniaria niſi de maleficio cõſtet: vt. l. abſentem. ĵ. de pe. ſed ſm ſtatuta terraꝝ ſm que abſens contumax habeſ ꝓ cõfeſſo: dico ꝙ ſicut ante cõparitionem ſi fuiſſet cõtumax ⁊ patereſ ſe poni in bãno habereſ ꝓ cõfeſſo. ita qñ citatus eſt ꝙ veniat ad ſubeũda tormenta ⁊ eſt cõtumax ⁊ patiſ ſe poni in banno dʒ hñi ꝓ cõfeſſo. hoc ꝓbaſ i. l. ↄſentaneuʒ. C. quõ ⁊ qñ iudex. ⁊ l. ꝓperãdũ. §. ſin aũt reus. C. de iudi. in qbus dſ ꝙ ſicut ↄtra ↄtumacẽ añ lit. ↄteſta. ꝓcediſ ad miſſionẽ ĩ poſſeſſionẽ ex primo ⁊ ſcdo decreto: ita põt ꝓcedi poſt lit. cõteſta. ⁊ ita iam pluries practicaui: qḋ tene menti: q: eſt multũ not. alie lect. ſunt clare que ponuntur in glo.

Ex. l. ſequenti.

ℭ Qualiter fiat inqſitio gñalis: ibi. Et ad euidẽtiã. Et q̃ ſint indicia ſufficiẽtia ad torturã: ibi Veniamus. Et an reqraſ plura indicia vel ſufficiat vnũ: ibi. Sed. Et qualiter debeat ꝓbari indiciũ: ibi. Quero. Et qualiter de ĩdicijs debeat fieri copia: ibi. Quero utrũ. Et an indicia in inqſitione gñali ꝑiudicẽt reo in ſpeciali accuſatõe vel inquiſitione.

q **Vi ſine**[b]. ℭ Pone caſũ ↄtra aliquẽ ꝓcediſ p inqſitionẽ vtrũ poſſit torqueri. rñdeſ ꝙ nõ niſi ꝑcedentibus legitimis indicijs. h. d. ⁊ ſic hic loquiſ qñ ꝓcediſ p inqſitionẽ. dſ hic niſi aliqbus ſuſpitionibus ⁊c̃. ⁊ ſic innuit ꝙ ex ſuſpitionib⁹ qs dãneſ. ↄtra. ĵ. ti. i. l. abſẽtẽ. dicit gl. ꝙ ex ſuſpitiõibus qs torqueſ ad eruẽdã ṽitatẽ[c]. nõ tñ ex ſuſpitõe qs dãnaſ. iõ dico hic ꝙ ſunt qdã iudices ſtulti q ſtatiʒ cũ hñt indicia ↄtra reũ cogunt eũ ad cõfitẽdũ: certe hoc non dʒ fieri: q: cõdẽnarẽt eũ ex ĩdicijs ⁊ ſuſpitõib⁹. ſʒ dʒ adhibeſ tormẽta cũ moderamine: ⁊ ex iſtis ṽitatẽ inueſtigare. ⁊ ita iã feci pluries fieri. ſʒ ſi hĩta tortura nõ inueniebaſ veꝝ abſoluebã eũ. ⁊ hoc faciebã ſcribi ĩ actis hĩta tortura cũ moderamĩe nõ reperi euʒ culpabilẽ. ⁊ hoc ne tpe ſindicat⁹ poſſit dici: tu debuiſti eũ torq̃re. ſʒ q: hic ꝺ ſuſpitiõib⁹ ⁊ ĩdicijſ fit mẽtio. iõ circa ĩdicia aliq̃ videam⁹. ℭ Et ad euidẽtiã ſcias ꝙ qñqʒ ꝺ maleficio fit ĩqſitio gñalis nõ ↄ certã pſonã. qñqʒ ꝺ maleficio ꝓceditur ſpãliſ ↄtra certã pſonã. pmo cãu añq̃ ad ĩueſtigatiõeʒ aliq̃ ꝓcedat dʒ ↄſtare ꝺ maleficio vt. l. ſi is q. §. ſi tu ticiũ[d]. ſ. ꝺ fur. ⁊ iõ rectoreſ mittũt militẽ vel aliũ officialẽ ad uidẽdũ hoieʒ mortuũ ⁊ videndũ vulnera. ⁊ hoc faciũt ſcribi vt ſup hoc poſſit poſtea ĩqri. puto tñ ꝙ ſicut fama ẽ ſufficiens[e] ut poſſit ſpãliſ ĩqri ↄtra aliquẽ: vt dixi ĩ. l. ij. §. ſi publico[f]. ſ. ꝺ adulte. ita fama ꝺ maleficio ẽ ſufficiẽs ut poſſit ꝺ maleficio fieri ĩqſitio gñalis qd eñi ſi fama ẽ ꝙ fuit factũ magnũ furtũ ⁊ nõ põt cõſtare iudici directo ꝺ maleficio bñ ſufficit fama habita certitudĩe ꝺ maleficio uel fama iudex põt mittere ꝓ uicinis. nã vicini ꝺbẽt veriſimiliſ ſcire poti⁹ q̃ alij: vt. l. ſi ita. ĩ fi. ſ. ꝺ fũ. iſtru. no. in. l. iij. circa pri. ſ. de teſti: ⁊ ex̃ ꝺ preſump. c. quoſdã. ⁊ c. quãto. ⁊ ſiqdeʒ a vicinis reperierit aliquẽ ꝺ quo ſit ſuſpitio eum ad ſe adducet diligẽter ⁊ eũ ĩterroget ꝺ circũſtãtijs multiſ: vbi ſtetit illa nocte cũ quo cõedit vel cenauit. iſta ẽ eñi ſubtilis cognitio: ꝺ q̃ dicit. l. ꝺ miore. §. plurimũ ſ. e. ⁊ tũc ex ſmonib⁹ ⁊ ex voce ⁊ ex trepidatiõe ſeu ↄſtãtia poterit ↄtra eũ aliquã ꝑſũptionẽ habere vel nõ hẽre. nã ſi rept⁹ erit in mẽdacio erit maxia ꝑſũptio ↄtra eũ: vt. l. vn⁹. §. teſtes. ſ. e. ⁊ ex̃ ꝺ pſum. c. lfas. ⁊ ĩ hac inqſitione generali poterũt teſtes torqueri ſicut ĩ ſpeciali: vt vidiſtis ĩ. l. i. §. qui qõnẽ. ſ. e. ⁊ iſte eſt modus ĩueſtigandi maleficia. ℭ Veniamus ad indicia[g] ſpecialia contra aliquem. pone contra aliquem pro/

accuſa. vbi vero reus eſſet repoſitus in priſtinã libertatẽ ⁊ poſt rediret ad iudicẽ ⁊ corã eo delictũ fateretur eſſet puniẽdus ſine dubio: vt in. l. i. C. de cõfeſ. no. bar. in. l. ſi cõfeſſus. de cuſto. reo. qḋ no. ⁊ iſtud qḋ. ſ. notaui ⁊ qḋ hic habeſ reputat multũ no. Jmo. in. l. qui in aliena. §. celſus. ꝺ acq. here. ⁊ dic̃ ꝙ iſtud ẽt ſeqſ Gandinus ĩ tractatu ſuo maleficio. ⁊ poteris de hoc multũ luceꝝ facere: vt nota. bal. in. l. milites. C. co. ⁊ adde bar. ⁊ doc. p illũ tex. in. l. maritus. ſ. c. in prin. ſecus tñ eſſet ſi aliter q̃ʒ ĩ tormẽtis cõfitereſ: quia tũc etiã non ꝑcedẽtibus indicijs habeſ ꝓ cõfeſſo. c. i. ⁊ ibi no. de accu. in. vj. ⁊ iſta ẽt ſequiſ pe. de ancha. in cle. i. de homici. ſʒ bal. in. l. i. in. v. col. C. de cõfeſ. ſimpliciter tenet ↄtrium dicẽs ꝙ confeſſio extorta nõ precedẽtibus ĩdicijs ſi ĩ ea pſeuerat re⁹ cõfeſſus valet. ⁊ allegat glo. illius. l. ⁊ glo. in. l. i. §. illius ꝺ q̃ſtio. ſ. cũ q bal. videtur concordare pau. ꝺ liaza. in. d. c. grauis. ad fi. ⁊ ad ꝑdicta vide matheſ. in ſuis notabilib⁹. d. notabili. clx. vel. clxj. adde bar. ĩ tractatu ꝺ q̃ſti. vbi tenet id qḋ hic ipſe tʒ. ⁊ glo: ad de ꝙ tortura indebite facta a principio non viciat reliquum proceſſum valide poſtea factũ glo. eſt notabi. ⁊ ibi bal. in. l. i. in fi. C. eo. ti.

ADDE plenius p eũdẽ alex. cõſilio. v. i. lib. ⁊ cõſilio. i. lib. iij. ⁊ an cõfeſſio facta in tormẽtis ſi aliter nõ cõſtet de crie ſit ſufficiẽs ad cõdẽnationẽ vide oino pe. de anch. cõſilio. xxiij. incipiente videreſ prima facie.

a ℭ Quero aliquis citatus. No. ꝙ ſi qs citaſ ⁊ dat fideiuſſorẽ ſupuenientibus indicijs debẽt capi pignora. ſ. ſi nõ cõpet pſonaliter plus ſing. dicit bal. in. l. fi. C. de cura. fur. ꝙ dʒ capi filius eius: q: veriſimile tũc eſt ꝙ cõparebit ⁊ cõfitebiſ. c. afferte mihi gladiũ. de preſumptio. ⁊ faciũt q̃ habẽtur p bar. ⁊ ibi etiã dixi in. l. fi. §. i. de his q ſibi mor. cõſci. ⁊ vide p doct. in. l. q in aliena. §. fi. ꝺ acqui. here. aduerte: q: poſſet eſſe aliud remediuʒ qñ crimẽ eſſet intentatũ ciuiliter: q: ꝓcedeſ ad miſſionẽ in poſſeſſionẽ ſicut in ciuilibus. ar. l. abſentem. de penis. ſed do. An. in. c. tue. vt lit. nõ cõteſta. tenet glo. fi. Jo. an. ibi ⁊ vide bal. in. l. abſentẽ precalle. ij. col.

b q Vi ſine. Et no. ꝙ in ciuili nõ põt deueniri ad tormẽta niſi veritas aliter haberi nõ poſſet. nec in crimina vbi nulla ꝑcedit ꝑſũptio. iij. q. vj. nõ ſolet. ⁊. ſ. e. l. diuus. ⁊ in. d. l. ex libero. ⁊ ad primum dictũ vide. ſ. e. l. diuus. ⁊ no. in. d. l. ex libero.

c ℭ Eruẽdã veritatẽ. De his indicijs vide aliqua in. c. iij. loco de ꝓba. ⁊ vide bar. ⁊ ang. in tracta. de qõ. ⁊ qḋ no. do. Jo. de imol. i. l. ſi qs poſt. ſ. de teſta. ⁊. ſ. e. i. l. de minore. §. tormenta. ⁊ qḋ dicit bar. in. l. ex hoc. ad fi. ſ. furti aduer. nau. cau. ſtab. niſi ſint indicia dubitabilia: vt p bar. i. l. ſciẽtia. C. de ꝓba.

d ℭ. §. ſi tu ticiũ. Adde qḋ dixit bar. in. l. fi. in fi. de ĩ lit. iur. ꝙ ſi aliqs modus eſſet ꝓbãdi p iuramẽtum ꝙ faceret ſemiplenã ꝓbationẽ in ciuilibus illud enim faceret indiciũ ad torturã. qd ſi aliquis cõfeſſus eſt ſe ꝓmiſiſſe ticio centũ vt eũ de morte patris ſui nõ accuſaret. vtrũ exñte tali cõfeſſo ne poſſit poni ad torturã. bar. ĩ trac. ꝺ qõ. bal. i. c. i. §. ĩiuria. ĩ ṽ. ſeu. furtũ ꝺ pa. iu. fir. dic̃ ſe putare ꝙ ſi taliſ laborat ĩfamia poſſit põi ad torturã. nã vehemẽſ ĩfamia: ẽt ſine aliq̃ ĩdicio ſufficiat ad torturã: vt hẽſ ex̃ ꝺ pur. ca no. i. c. ſi qs p Jnn. ad hoc. ſ. ꝺ ꝓba. cũ ꝓbatio. ⁊ ꝺ edil. edi. l. q̃ro. §. fi. ⁊ dicit Jnno. in. c. cũ. i. ⁊. a. de re iudi. ꝙ etiã admittunſ teſtes viles contra valde diffamatũ. ⁊ ad ĩtellectũ hu⁹. q. vide que dixi in. l. e⁹ q delatoreʒ. ſ. de iure fiſ. i prin. ſʒ bar. vbi etiã ſubdit bald. ꝙ ſi qs mandauit ſeruo vt interficeret gayũ: ⁊ ĩterficit. ſʒ tñ ſeruus dicit ꝙ hoc nõ fecit exequendo mandatũ: ſed fecit motu ꝓprio q: erat eius inimic⁹. nõ aũt tãq̃ʒ mãdatarius ei⁹ an ei credaſ ⁊ dic̃ ꝙ multi doct. mouent hãc. q. ex̃ de homi. in. c. ad audiẽtiã. ⁊ nõ aliter clare rñdent. ſed in. d. §. iniuria dicit ꝙ ꝑſumenduʒ erit ↄ mãdatorẽ: ⁊ recurrẽdũ erit ad cõiecturas: q: ſi ẽ bonũ teſtimoniuʒ delinquẽtis l. fi. C. de accu. allegat ẽt glo. in. l. penul. C. de fideiuſ. dic vt p eũ in. d. §. iniuria. ⁊ i. l. qcunqʒ. C. de ſer. fugi. ⁊ no. qḋ ſin. dicit bal. in. l. fi. in vlti. col. C. de ꝓba. ꝙ vbi ꝓbatio ſit ĩdicatiua: hoc eſt indiciũ qḋ eſt minus q̃ʒ ſemiplena ꝓbatio. tũc eſt verũ ꝙ põt deueniri ad torturã: ⁊ ita demũ deueniſ ſi talis eſt vilis pſona. ⁊ ita intelligit glo. in. d. l. cũ ꝓbatio. ſecus ſi eſſet vir grauis ⁊ bone fime: quia qualitas precedẽtis vite elidit hmõi indiciũ. l. nõ oẽs. §. a barbaris de re milit. c. cũ in iuuẽtute. de preſumptio. qḋ no. ⁊ an iudex ex vera ⁊ infallibili cõſcia deficientibus alijs ꝓbationibus torquere poſſit. vide bal. in. l. ampliorũ. C. de appel. ⁊ dicit bal. in. l. ij. in. i. col. C. quo ap. poſt Jo. an. quẽ ipſe refert qḋ eſt in arbitrio iudicis an indicia ſint ſufficiẽtia. de quo vide bar. in tracta. de qõ. in fi. qui ſibi eſt cõtrarius hic dictis. vide plene circa hoc pau. de liaza. in. d. comẽto. c. grauis. de depoſito. ⁊ adde qḋ in occultis iudex dʒ eſſe facilior ad tormẽta ſm bal. in. l. iij. C. de epiſ. audi. ad qḋ facit qḋ no. in. l. fi. C. de ꝓba. ⁊ in. l. ſi qui adulterij. C. de adul. ꝙ in his que cõiter ſecrete fieri cõſueuerũt ꝓcediſ ex cõiecturis ⁊ preſumptionibus: vt tradiſ in. l. fi. C. de peri. tuto. vbi glo. no. ⁊ p bal. in rub. C. de ꝓba. ⁊ de mate. que indicia requiranſ no. pau. de liaza. in comẽto. c. grauis. de depoſito. ℭ Et no. qualiter dari dʒ tortura ad purgationẽ ĩdiciorum dicit ẽt ang. in. l. milites. C. de qõ. ꝙ ꝓbatio bone fame purgat indiciũ. ⁊ vide bar. in. l. iij. §. ſed ſi ex improuiſo. ĵ. de re mili. ⁊ dicit bal. in. c. i. §. iudices vero. de pa. iur. fir. ꝙ iudices nõ teneñ aliquem ponere ad torturã niſi petaſ p eũ cuius intereẽt. allegat glo. in. l. cũ ſeruũ. C. de ſer. fugi. retuli poſt bar. in. l. iiij. §. in eũ. ſ. de dam. infec.

ADDE qualia debent eſſe indicia ad torturã eundẽ cõſilio. v. i. lib.

e ℭ Eſt ſufficiens. Et vide no. in. l. lege cor. ff. ad ſylla.

f ℭ. §. ſi publico. Adde bar. p illũ tex. in. l. i. §. itẽ illud. ad ſylla. ⁊ vide tex. qui eſt bonus in. d. l. lege cornelia.

g ℭ Veniamus ad indicia ſpãlia. Et ſcias in materia ꝙ nulla alia indicia ſunt ſufficientia ad ponẽdũ clericũ ad torturã: niſi ſit ĩfamatus ꝺ crimĩe

ita dicit do. An. ⁊ cōiter oēs in. c. i. de poſt. ⁊ q ſunt q nō pñt torqueri ꝑ cedētibus indicijs. vide poſt bar. in. l. i. C. eo. Et de iſta materia vide aliqd ꝑ ſaly. in. l. ſciāt. C. de ꝓba. ⁊ vide multū no. bar. in. l. ij. ſ. de fur. ⁊ ꝑ bal. in. l. metū. ff. qđ me. cā. poſt bar. ⁊ que ibi dixi. ⁊ glo. in. l. fi. C. fa. her. in. l. fi. ſ. de here. inſti. ⁊ in. l. fi. C. de ꝓba. ⁊ qđ no. bal. in. l. excuſatōi. i pn. de excu. tu. Cy. in. l. de tormētiſ. C. de qō. bal. i. l. neqꝫ naturales. C. de ꝓba. ⁊ in. l. i. C. de collu. detegē. ⁊ in. l. ij. C. ꝺ ſentē. q ſiñ cerquā. ⁊ in. l. data opa. C. q accu. ⁊ in. l. ij. C. quorū appel. i. l. ſeruos. C. ꝺ teſti. ⁊ q ibi dixi pº bar. ⁊ in tracta. de queſtio. bal. in. l. exercitunf. ad ſylle. qđ not. ⁊ adde qđ ſtat in arbitrio iudicis. q indicia dicuntur ſufficientia ſm bar. i. l. ij. C. quorū appel.

ceditur de aliquo crimine que ſunt indicia que poſſunt eſſe ſufficiētia[a] ad torturā. doc. cōiter dicūt ⁊ bñ ꝙ de hoc nō pōt dari certa doctrina: ſꝫ relinquiſ arbitrio iudicis: vt. l. iij. §. eiuſdē quoqꝫ. ſ. de teſti. ita no. ꝑ doc. in. l. vlti. C. e. ti. ſꝫ ego dabo doctrinā quā potero: ⁊ pone in terminis. aliquis accuſaſ de furto ꝯtra eū pñt eſſe indicia ꝙ eſt hō male cōditionis ⁊ fame: ⁊ cōſuetus facere ſimilia: ut. l. de minore. §. plurimū. ſ. e. l. nō oēs. §. a barbaris. j. de re mili. ꝙ ipſe erat vicinº ⁊ habebat notā domū illā: q꞉ cōuerſabaſ ibi. hic eſt caſus in. l. dñs horreoꝝ. circa pn. ſ. loca. ⁊ ꝙ ipſe poſt furtū factū aufugit ⁊ ſe abſcondit: vt. l. lege cor. ⁊ ibi de fuga plene dixi. ſ. ad ſylle. ⁊ pº furtū reptus ē expendere pecuniā cū añ eēt pauper hō: ⁊ nec reperiſ vnde habeat: vt ar. l. quintus. ſ. de dona. inter vi. ⁊ vxo. Itē ꝙ illa res ſubtracta cedebat ad comodū ſuū ⁊ nō alteriº. verbi gratia inſtrm qđ ad eū ꝑtinebat nō reperiſ: . l. i. §. ſed ſi qs inſtra. C. de lati. liber. tol. Itēꝫ ꝙ res furtiua eſt repta penes eū: vt. l. inciuileꝫ. ⁊. l. ciuile. C. de fur. Iſte tñ ꝑſumptiones que ſūt cōtra reū pñt elidi[b]. verbi grā ſi res furtiua repiatur penes me oſtendo eū a quo habui: vt dictis. ll. ⁊ idē eſſet reperire in alijs indicijs ſimilibus. Itē ſi cōfeſſus eſſet extra iudiciū: vt. l. capite quīto[c]. ſ. de adult. Itē ſi fuiſſet fugatus cū rumore ꝙ hoc eſſet ꝑꝑ furtū ſeu ꝑꝑ tale maleficiū: vt. l. itaqꝫ. ſ. ad. l. acql. ⁊ dixi in. l. de minore. §. pe. ſ. eo. poſſumus ēt ponere caſuꝫ[d] in alio maleficio vt in homicidio. reptus eſt hō mortuº in aliquo loco de quo aliqs inculpaſ pñt ꝯtra eū apparere idicia ꝙ erat ſuº inimicus: vt. ſ. e. l. i. §. cuꝫ aliqs. Itē ꝙ fuit viſus faceſ ꝑparamēta ad hoc: vt emere gladiū ⁊ ſimilia. fuit viſus illo ſero ꝑ aliq loca ibi vicina cū nō cōſueuerit ire: ⁊ ſic de ſimilibus: q iudex arbitrio ſuo ſciet inquirere: vt. d. l. iij. §. eiuſdē quoqꝫ. nō inſiſto. ¶ Sꝫ quero[e] vtrū requiraſ plura indicia: an ſufficiat vnū indiciuꝫ ad torturā. ll. oēs videnſ loqui in plurali: vt. l. i. circa prin. ſ. e. ibi: alijs argumentis ⁊c. ⁊. l. vnius. §. i. ſ. e. ⁊ hic. ⁊. l. militē. ſ. eo. glo. videſ loqui ī ſingulari dū dicit: ſed ꝓcedēte ſuſpitione. ⁊ ēt in. l. ſi qs. C. ad. l. iul. maie. vbi gl. dicit indiciū dñi lꝫ. ll. loquanſ ī plurali: tñ hoc nō cogit vt debeamus intelligere de pluribº indicijs: vt. l. iij. §. homines. ſ. vi bo. rap. tñ vtrū ſufficiat vnū indiciū uel plura: vt dixi hoc ſtat in arbitrio iudicis: vt. d. l. iij. §. eiuſdē quoqꝫ ꝑncipis. ſ. ꝺ teſti. nā pñt eē qdā indicia generalia ⁊ remota. ⁊ iſta nō ſufficerēt ſine alijs. vtputa eſt hō male cōditionis eſt indiciū quale quale: vt. l. de minore. §. pe. ſ. eo. Iſtud puto nō ſufficere ad torturā ſine alijs idicijs. ſed ſi eſſet vnitū iſtud indiciū cū alio: vt q꞉ eſt hō male cōditionis ⁊ cōuerſabaſ in domo illa certe iſta duo generāt ſuſpitionē: vt. d. l. dñs horreoꝝ. ſ. loca. ſed ſi eēꝫ vnū indiciū nō remotū ſed ꝓpinquū ⁊ tangēs negociū: de quo queriſ vt vnus bonus teſtis de viſu. de quo dixi. ſ. e. l. pri. vel cōfeſſio extra iudiciū[f] vel captus ibi ⁊ dſ ꝙ ē ꝑꝑ hoc: vt. l. capite quīto. ſ. de adult. vel ē res repta apud eū. pōt enꝫ indiciū vnū eſſe ita ꝓpinquū ꝙ erit ſufficiēſ ad torturā. ita intelligo hāc glo. dū dicit ſuſpitiōibus ⁊ glo. l. ſi quis. C. ad. l. iul. ma. ¶ Quero qualiter debeat ꝓbari[g] indiciū. Rñdeo. ꝙ ꝑ duos teſtes. glo. eſt in. l. fi. C. fami. her. Illud enꝫ qđ dixi ꝙ vnus teſtis facit indiciū eſt verū de vno teſte qui teſtificaſ de maleficio ipſo. ſꝫ qñ nō teſtificaſ de maleficio: ſꝫ de indicio quodaꝫ dicēs: ipſe fuit tali nocte repertus in loco ibi vicino qñ fuit factū furtū. iſtud indiciū dꝫ ꝓbari ꝑ duos teſtes. nec ſufficit ꝓbare ꝑ vnum: vt no. in. l. fi. C. fami. herc. facit ad hoc. ſ. de teſti. l. vbi numerus. ¶ Quero vtrū[h] de indicijs debeat fieri copia parti. Rñdeo ꝙ ſic. nā ſuꝑ his dꝫ diſputari. merito dꝫ fieri copia parti: vt. l. vnius. §. cogniturū. ſ. e. ⁊ qđ dixi in. l. cuſtodias. ſ. de pu. iu. ¶ Quero[i] an idicia habita ſuper generali inquiſitione preiudicēt reo: vt poſſit torqueri qñ ſit inquiſitio vel accuſatio ſpālis

a ¶ Eſſe ſufficiētia. Et vide bal. i. l. non hoc. C. vñ legit. vbi dicit ꝙ vbi aliqd freqñter ⁊ facile ab alio cōtigit abeſſe tē eſt leue indiciū. ſecus ſi frequēter ⁊ facile cōtingit adeſſe: q꞉ tūc eſt graue indiciū. ⁊ indicia ſpālia que ſūt ꝯ aliquem vt poſſit poni ad torturā. vide in. l. fi. C. fami. herciſcun.

b ¶ Poſſunt elidi. Et qualiter purganſ indicia ⁊ ad ſeq. q. vide ang. in. vij. charta. ⁊ faciūt no. ſ. e. in. l. maritus. ⁊ vide poſt bar. in. l. ij. §. ſi publico. de adult. ⁊ ad. q. de qua hic adde bal. in. l. ij. C. de decur. ⁊ i. l. ij. vt lit. penden. ⁊ vide ꝑ Inno. in. c. ꝑ tuas. de teſti.

c ¶ l. capite quīto. qd ſi reperiſ hō mortuus ante domū tuā an ſit ꝓſūptio cōtra te. vide qđ no. bar. in. l. i. ſ. de via publica. Itē an ꝓſumaſ interfectº a ſuo inimico. vide ſpe. de ꝓſumptio. §. i. ⁊ romanus ponit in. l. i. §. hoc reſcriptū. ſ. ad ſylle. ⁊ bar. in tracta. de qō. ⁊ ſi aliqs reperiatur mortuus in ſtrata ꝓſumiſ mortuus ab illo q multū frequētabat ibi ſm doc. i. l. iuſto. in prin. de vſucapi. ꝑ illū tex. ⁊ vide qđ no. ang. in. l. i. C. ſi qs imperatori maledixerit. bal. in. l. i. C. de proba. ⁊ an fama ſit ſufficiēs indiciū ad torturam. vide in. l. de minore. §. tormenta. ſ. eo.

d ¶ Ponere caſuꝫ. vide etiā ꝑ do. meū. in. l. metum. C. qđ me. cā. ⁊ vide bar. circa hoc in. l. ij. in prin. de fur. ⁊ vide bar. in. l. ediles. de via publi. ⁊ qd ſi reperiſ homo mortuus ⁊ neſciſ a quo: ſed ꝓbaſ ꝙ ſuus inimicus dixit ſe ſuā iniuriā vindicaturū. an iſta verba ſint ſufficientia ad ꝓbandum homicidiū factū ab iſto. Sali. tenet ꝙ nō i. l. i. C. de his qui. vt indi. vide bar. j. pri. col. Cy. ⁊ bal. in. l. metū. C. qđ me. cau. ⁊ Bal. ⁊ Imol. in. l. fi. ſ. de here. inſti. Itē quid ſi aliquis fuit minatus ⁊ poſtea reperiſ occiſus de quo dic vt ꝑ bal. in. d. l. metum. C. qđ me. cau. ⁊ ibi Alexan. ⁊ Io. an. ⁊ ſpec. in ti. de preſump. §. i. ver. ſed pone. per Anto. ꝺ but. in. c. tertio loco de ꝓba. ⁊ in. l. fi. dicit Bal. ⁊ Imol. an ſi quis viſus eſt exire cū gladio ſāguinolēto de domo alicuius ⁊ ibi reperiaſ homo mortuus: an illud ſit ſufficiens indiciū. ⁊ vide bal. in. l. fi. C. de ꝓba. vbi vide oīno.

e ¶ Sed quero. ⁊ dicit glo. in. l. ij. §. ſi abſens. in ver. cā. ſ. ſi ex noxa. cau. aga. ꝙ indiciū faciens ſemiplenā ꝓbationem eſt ſufficiens ad torturā. ad qđ facit qđ diciſ de confeſſio extra iudiciū vel coram incōpetēti iudice: vt no. glo. in. l. capite quinto. ⁊ ibi dixi. ſ. de adult. an ſufficiat vnū indicium vel plura. Io. an. ⁊ ſpec. de preſump. §. ſpecies ver. violenta. ⁊ iudices maleficioꝝ practicant ꝙ ſufficit vnum ad torturā ⁊ cōſitentium. ⁊ Io. an. de ꝓba. §. fi. ver. xiij. ꝑ Iaco. de bel. in. d. auē. de exhiben. reis. in. §. ſin vero. in fi. Bal. ⁊ Imol. in. l. fi. de here. inſti. ⁊ no. ꝙ quedā ſunt indicia leuia quedā que quomodo cognoſcanſ ⁊ quid opereſ. vide bal. i. l. nō ob hoc. C. vnde legitimi.

f ¶ Cōfeſſio extra iudiciū. Et no. glo. ⁊ bar. in. d. l. capite quinto. ⁊ not. ꝙ cōfeſſio extra iudiciū vel corā incōpetenti iudice: eſt ſufficiēs indiciū ad torturā vide bar. ⁊ notaui ibi pº euꝫ i. l. capite quīto. de adult. Itē ſi reperitur res furata penes aliquem an ſit ſufficiens indiciuꝫ vide bal. in. l. ciuile. C. de fur. ⁊ do. Io. de imol. ⁊ bal. i. l. fi. ſ. ꝺ here. inſti.

g ¶ De beat ꝓbari. Qualiter probaſ indiciū vide ꝑ bar. in. d. l. fi. C. fam. her. qualiter teſtes debēt deponere vide in. l. non ob hoc. C. vnde leg. itē adde ſꝫ do. Io. ꝺ imol. in. d. l. cū ꝓponereſ. j. ꝺ leg. ij. ꝙ qñ ex cōiectura vel indicijs ſurgit plena ꝓbatio: tūc tot reqruns ad hoc ꝓbādū ꝗt teſtes requirūtur ad probādū pricipale negociū factū ſed vbi ꝑ indiciū nō inſurgeret plena ꝓbatio: tūc dicas ꝙ ſi teſtis deponēs deponat ſuper facto directo ſufficit vnus teſtis idoneus: hoc eſt ꝙ facit indicium ad torturā dictum vnius deponentis directo ſuꝑ maleficio. l. iij. cum ibi no. C. ad. l. iul. ma. ⁊ bar. hic. ſi aūt nō deponat ſuꝑ maleficio: tunc requiruns ad probanduꝫ indicium duo: vt in dicta. l. fi. fami. her. ⁊ barto. hic ita dicit ibi Imol. lꝫ bal. ibi ſm cū ſimpliciter dixerit ⁊ male. tot teſtes requiri ad probandū cōiecturā vel indicium: quot requiruntur ad probādū ipſuꝫ factū principale ⁊ ipſam principalē diſpoſitionē ꝑ glo. ibi ⁊ adde bal. poſt glo. in. l. excuſationē. in prin. ſ. de excuſa. tuto. ⁊ ibi habes differentiam inter indicium ⁊ preſumptionem. ⁊ ꝑ eum in rub. C. de proba. in. ij. col. qbus adde bal. in. l. nō hoc. C. vnde legi. ⁊ ꝙ cōferat probatio ſuſpitionis. vide Cy. in. l. ſi quis decurio. C. de fal. ⁊ ponit Io. an. in addi. ſpec. in ti. de teſte. §. reſtat. ver. ſed pone ecce iudex.

ADDE qualiter indicia ad torturā debeāt probari eūdē cōſilio. i. iij. lib.

h ¶ Quero vtrū. An debeat fieri de indicijs parti copia: hic habes ꝙ ſic ⁊ ſeqtur Ang. in. l. ſi vacātia. in. xxviij. col. C. de bo. vacan. li. x. Itē dicas ꝙ debet fieri copia inquiſitionis: put no. plenius ꝑ illum tex. in. l. ij. C. ꝺ eden. ⁊ ibi vide q dixi in. l. ij. §. i. de iure fiſ. ⁊ ad iſta adde bal. in. l. ij. C. vt lit. pen. ⁊ vide Inno. in. c. ꝑ tuas. de teſti. dicit Ang. in. l. milites. C. eo. ꝙ probatio bone fame facit purgare indicium: ⁊ qualiter purgenſ indicia vide ang. in. d. l. ſi vacantia. in. vij. charta. ⁊ ꝑ bar. in. l. ij. §. ſi publico. ſ. de adul. ⁊ qd de copia diffamationis ꝑ ang. in. d. l. ſi vacātia. ⁊ dum dicit bar. ꝙ debet dari copia indicioꝝ. an interim ſuſpendaſ tortura vel differaſ. vide ipſum bar. in tractatu de qōnibus. ⁊ pau. de liaza. in. d. c. grauis. de depoſito. ⁊ no. ꝙ adminicula dicunſ vehemētia indicia c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſ. ⁊ ꝑ bal. in. l. fi. in. iij. col. fami. her. ⁊ qd ſit adminiculū. ⁊ qd ꝯiectura: ⁊ qd vīſimilitudo. ꝑ bal. i. l. ea qdē. i. iij. col. C. ꝺ ac.

ADDE vt plene ꝑ eundem alex. cōſilio. v. lib. i.

i ¶ Quero an. Et an indicia habita ſuper generali inquiſitione preiudicēt reo. adde ang. in. d. l. ſi vacantia. in. vij. charta. ⁊ faciūt no. in. l. maritus. ſ. eo. ⁊ qđ dixi poſt bar. in. l. ij. §. ſi publico. ſ. de adult. ⁊ iſtis adde bart. in. l. i. §. qui qōnem. ſ. eo. bal. in. l. iubemus. in. iii. col. C. de proba. ⁊ Inno. in. c. ꝑ inqſitionē. de elec. Bal. tñ in. l. obſeruare. §. proficiſci. in. vi. q.

.ff.de offi.ꝓcon.videt dicere ꝯtra Bar.hic.ſed mihi plus placet opinio Bar.adde etiã Barto.hic.ſaly.in.l.fi.ad fi.C.de qõ.⁊ an teſtes recepti ſup fama ad inquiſitionẽ formãdam ꝓſint ad cõdemnationẽ.vide bal.in addi.ſpe.in ti.de ſenten.in fi.⁊ vide an teſtis faciat indiciũ.ff.in.l.marit⁹ in appoſtilla.⁊ an ad examinationẽ teſtiũ dʒ pars adeſſe.vide bart.in.l.i. §.qui qõni.ff.e.⁊ bal.i.d.l.iubem⁹ in.iij.col.C.de ꝓba.⁊ ꝑ Inno.in.c.ꝑ inqſitionẽ de elec.ꝑal.leg.

puto ꝙ nõ:q: illi teſtes nõ fuerunt examinati ipſo citato ⁊ ipſo exiſtente cõtradictore.ergo non preiudicat ſibi:vt.C.de teſti.l.ſi qñ.vnde debebãt iterũ examinari poſt lit.cõteſta.facit ad hoc quod dixi vobis in.l.ſi quis adulteriũ.in princi.ff.de adulte.⁊ hec ſufficiant.

℄De penis Rubrica.

℄De penis[a]. Rubrica.

℄Querit glo.quid eſt pena.Rñde vt in glo.

Ex.l.ſequenti.

℄Qñ in penis debeat inſpici tẽpus delicti:ibi. Oppo.Et cũ aliqs eſt effectus clericus poſt delictum:a quo debeat puniri:ibi.Iuxta.

a ℄De penis.Qñ ex vno delicto imponat pena duplex.vide bar.in.l.qd ergo.§.pena grauior.de his qui no.infa.⁊ vide poſt bar.in.l.ſenatus.ff.de accuſa.

b Voti q ens. Scdo op.Vide in.l.ſi qs i ſeruitute.ff.de fur.⁊ vide d hoc ꝯtrario no.ꝑ bar.in.l.oẽs populi.in.v.q.ꝑncip.ff.de iuſti.⁊ iure in v.iuxta ꝑdicta qro ⁊c.⁊ iſtud qd dicit ꝙ in delictis inſpicit tps delicti.vide no.i.l.i.§.an bona.ff.de iure fiſci.⁊ ponit bal.i.l.i.C.an ſeruus ex ſuo facto.⁊ bart.in.d.l.oẽs populi.ver.iuxta ꝑdicta quero qd i dilectis ⁊ in.l.ſi qs i ſeruitute.in pri.ff.d fur.⁊ do.Benedic.de plũbi no.i.l.ſtatuliber a ceteris.in prin.⁊ ibi dixi.ff.de ſtatulib.bal.in.l.pp.C.de adul.

c ℄Arbitrio iudicis.dʒ iſtud videt cõtra.d.l.iniuriarũ iuncto eo qd no.bar.in.l.fi.ff.de iniur.

Q **Votiens**[b] ℄Hec ẽ no.l.i ipo nẽdis penis tps delicti nõ tps ſentẽtie inſpicit.hoc dicit.ꝓinde.ff.dixit in genere:hic in ſpecie.℄Op.de.l.ſtatuliber.ff.ti.i.glo.dicit fallit in ſtatulibero.tu dic qñqʒ mutat cõditio ⁊ tpe delicti nulla ſuberat ſpes mutationis:tũc loquit hec.l.qñqʒ tpe delicti ſuberat ſpes mutationis ſtatus.⁊ tũc debemus inſpicere ſtatũ mutatũ ſi hoc ꝓdeſt reo.vt.d.l.ſtatuliber.⁊.j.eo.l.mors.§.fi.ſecus ſi reo obeſſet:vt ar.l.interpretatione.j.eo.Et ideo puto ꝙ ſi aliquis eſſet electus prior:lʒ nõ intraret adhuc officiũ nec intraſſet adhuc ⁊ delinqueret ⁊ ſibi prodeſſet officiũ prioratus ad minuendaʒ penam haberet vt prior.alias ſecus ꝑ.d.ll.facit ad hoc.l.ſtatuliberi a ceteris in prin.⁊ qd ibi nota.ff.de ſtatuli.℄Scdo op.⁊ iſtud cõtrariũ eſt multum difficile.⁊ oppo.de.l.pe.ff.ſi ex no.cau.agat.dicit glo.hec.l.corrigit illã qd nõ placet:q: euitãda eſt legũ correctio.vel aliter dicit glo.i.l.ꝯtra.ibi loquit in publicis iudicijs.hic vero loquitur in priuatis.iſta ſo.videt ꝯtra tex.l.cõtrarie.ibi dũ dicit iniuriaꝝ ꝙ cõſtat eſſe priuatũ iudicium.ſed gl.intelligit crimẽ iniuriaꝝ eo caſu quo eſt crimẽ publicũ:vt.l.ꝙ ſenatus.ff.de iniur.ſed vt dixi vobis in caſu.d.l.ꝙ ſenatus:nõ eſt crimẽ publicũ eo reſpectu quo dicit publicũ iudiciuʒ:vt.l.i.ff.de publi.iudi.⁊ ibi.preterea iſta ſo.ẽ falſa.nã ibi loquit de actione noxali.ſed ꝓ publico iudicio nõ dat actio noxalis:vt.l.qs ſit fugitiuus.§.noxalis.ff.de edil.edic.⁊.l.hec ſtipulatio.ff.de ver.ob.ꝑterea ibi nõ ẽ veriſimile ꝙ iuriſcõſultus hic loquat in priuatis delictis cũ ſimus i materia publicoꝝ iudicioꝝ.qre Dy.ſoluit alio modo:⁊ dicit ꝙ ibi inſpicit mutatio pſone quãtum ad cuſtodiã vt in eadẽ cã ſiſti nõ videat quãtũ ad cuſtodiã:q: aliter ſeruus:aliter liber:vt.l.ij.C.de cuſto.reo.iſta ſo.Dy.eſt ꝯtra tex.l.ꝯtrarie.ibi eniʒ dicit de vĩdicta nõ dicit de cuſtodia.Guil.de cu.dat aliã ſo.⁊ dicit totũ cõtrarium a glo.Rñdet ꝙ ibi loquit de priuatis delictis:hic loquit de publicis:rõ eſt q: delicta priuata non habent penã limitatã:ſed imponit extra ordinẽ vt.l.fi.ff.de priua.delic.⁊.l.fi.de fur.⁊.l.fi.de iniur.ſed delicta publica hñt penas limitatas:iõ in eis inſpicitur tps delicti.ita dicit Guil.Huic ſolu.videbatur applaudere Iac.de but.⁊ etiaʒ do.Rai.iſta ſo.videt cõtra.l.iniuriaꝝ.extimatio.ff.de iniur.⁊ cõtra text.in auc.vt iudi.ſine quo.ſuffra.§.pe.preterea illud ꝙ ipſe dicit ꝙ i criminibus publicis eſt pena ordinata nõ eſt verum ſemꝑ:vt.l.lege.§.hodie.ff.ad.l.iul.repe.⁊.l.in anno.nã.ff.de extraor.crimi.ideo ego putarem ſic dicendũ ꝙ nõ diſtinguamus crimen publicũ a priuato.ſed in omni crimine dicamus.aut imponitur pena ordinaria ⁊ limitata a lege:⁊ loquitur hec.l.aut imponit pena arbitrio iudicis:⁊ tũc iudex in arbitrando imponit penaʒ ſm tps ſnie.hic eſt caſus in.l.pe.ff.ſi ex noxa.cau.agat.rõ eſt in promptu.nam cũ pena eſt certa ⁊ ſtatiʒ cũ deliquit fuit aſtrictus ad illã penam.ſed qñ i ponit pena arbitrio iudicis[c] nõ põt dici aſtrictus ad illã penã niſi cũ iudex fuerit arbitratus:vt.C.de ꝯtra.emp.l.fi.⁊ iſtã puto verã.℄Iuxta ꝑdicta quero de illa.q.[d] cũ aliqs poſt delictũ eſt effectus clericus a quo dʒ puniri vel a iudice ſeculari vel a iudice eccleſiaſtico.Iſtã qõnẽ ponit Dy.in.l.itẽ vulpianus.ff.de excuſa.tu.Gui.de ſuza.ponit in.l.ꝑalleg.ſi ex noxa.cau.aga.Spec.ponit eã in ti.de reo.dñs Io.an.ponit eã multũ late.extra de obli.ad rõ.c.i.⁊ q: iſta qõ eſt multuʒ vulgata nõ inſiſto in alleg.ſed venio ad deciſionẽ.Dy.vr diſtinguere ⁊ ꝑdicti doc.videt cõcordare.aut fecit ſe clericũ in fraudẽ:⁊ tũc iſta allegatio ꝙ eſt clericus ſibi nõ ꝓdeſt:vt.l.ſi marit⁹.§.legis.ff.de adult.ibi ſine detractatione ⁊c.⁊.l.hos accuſare.circa prin.ibi:ſi nõ detractandi ⁊c.ff.de accu.aut eſt certũ qd fecit hoc ſine fraude ⁊ ꝓdeſt ſibi iſta exceptio:vt.l.hos accuſare.§.hoc bñficio.ff.de accu.aut eſt dubiũ:⁊ tũc ſi quidẽ erat accuſat⁹ vel diffamat⁹ de crimine preſumit hoc facere in fraudẽ:vt.l.fi.in princi.j.de bo.eo.q mor.ſibi cõſci.ꝓ hoc vide.l.ſi adulter.§.ſi eo tpe.ff.de adult.⁊ qd ibi dixi.alias ſecus vt ibi pʒ.Iſta eſt determiatio Dy.cõcludit Dy.[e] ꝙ ſi in fraudẽ hoc fecit nõ ꝓdeſt ſibi hec allegatio.ſed qliter poterit iudex ſecularis punire clericũ:dic Guil.⁊ Ja.bu.ꝙ degradari dʒ ab epo ſuo:vt.l.q cũ vno.§.reus.j.de re mili.⁊ auc.clericus.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ iſta determiatio Dy.tota loquit anteꝙ ꝓceſſus ſit inchoatus ꝯtra euʒ ſed ſi ꝓceſſus eſt cõtra eum inchoatus qd iuris vel qd ſi eſſet lata ſnia ⁊ poſt ſniam efficiat clericus.videt tex.cũ glo.ꝙ nõ proſit[f] iſta allegatio:vt.l.ſi quis poſtea.ff.de iudi.vbi glo.exponit de clerico.⁊.l.cũ quedam puella.ff.de iuriſdi.om.

d ℄De illa.q.Qñ poſt delictum qs eſt effectus clericus a quo dʒ puniri.vide bar.in.l.adulter.§.i.ff.de adult.⁊ vide bar.⁊ doct.in.l.cũ quedam puella.de iuriſ.om.iudi.⁊ faciunt hic dicta:an ſi aliquis eſt effectus furioſus poſt delictũ cõmiſſum qñ debeat puniri.vide bal.in.l.furioſuʒ.C.q teſta.fa.poſ.⁊ de hac.q.etiã qd ſi nõ efficit clericus.ſʒ alia pſona eccleſiaſtica.vide Fede.de ſenis.in cõſilio.ciij.⁊ qd legit ⁊ no.in.c.ꝑpendimus de ſen.excõi.maxime ꝑ do.cardiñ.⁊ qd ſi intrauit religionẽ nõ tñ fuerat religioſus:vt q: erat infra annum profeſſionis.dic ꝙ incõtinenti eſt exẽptus a curia ſeculari nec etiã punit vt clericus:⁊ ſtatus ei⁹ ẽ i ambiguo:an ſit futurus clericus:vnde id qd ſibi ſecurum eſt inſpicere debemus quo ad penam.l.ſtatuliber.ff.de ſtatulibe.ſm ange.hic.⁊ qd de laico debitore qui per ſtatutũ ciuitatis quinquẽnio preſcripſerit nunqd ꝯtra creditorem ſi poſt iſtud factus eſſet clericus conueniat in eccleſiaſtico foro:ita ꝙ nõ poſſit ſe tueri iſto ſtatuto.vide Io.an.in.d.c.i.de except.li.vj.in nouella.⁊ ad predicta adde Bal.in.l.crimen.C.de ordi.cogni.dicit tamẽ bal.ſingulariter in.l.i.an ſeruus ex ſuo facto.ꝙ ſi quis voluerit ingredi religionem poſtea cõmiſit maleficium:deinde ingreſſus eſt religioneʒ ꝙ certe indiſtincte tunc poterit puniri a iudice layco ſʒ opinio.Dy.⁊ ꝙ nõ proſit aſſumere clericatum poſt delictum eſt tex.⁊ ibi baldus.in.l.ſi quis decurio.C.d fal.⁊ ibi no.bal.quid ſi clericus poſt illd delictũ amiſit priuilegium clericatus:quis cognoſcet.vid bal.in.l.affinitatis.i fi.C.cõia de ſucceſ.quid ſi iudex excõicauit ticiuʒ ſub cõditõe deide ꝑdẽte ꝯditõe ticius efficit de foro alterius.demuʒ venit conditio.an ſit excommunicatus.vide io.an.i regula cũ ſint ptiũ in mercur.

ADDE an delinquens factus clericus debeat per laycum cõdemnari.Oldra.conſilio.iiij.incipiẽte quod laycus.

e ℄Concludit Dy.Vide bonũ textuʒ in argumentũ.in.l.auia.§.fi.ff.de mune.⁊ bono.⁊ in.d.l.ſemper.§.diuus.j.de iure immunitatis.

f ℄Qd non proſit.⁊ iſta faciunt an ꝑuilegiuʒ ſupueniens trahat ad liteʒ pendentem dic aut eſt ꝓcuratũ ⁊ nõ extendit vt in.l.cum quedaʒ puella.hic alleg.in.c.dilectus.vt lit.penden.ſecus ſi nõ fuiſſet procuratum:vt eſt tex.bonus in.l.i.§.qui autem.in prin.⁊ ibi no.ff.ſi quis cautio.⁊ facit.d.l.tutor.in princi.⁊.l.idem vulpianus.in fi.de excu.tuto.hic alleg.⁊ ibi no.bar.⁊ per hoc patet ꝙ ſi dicat ſtatutuʒ ꝙ poteſtas ſit iudex hoc idem videt ꝙ procedat ſummarie ⁊ de plano.pone ꝙ eſt inchoata cauſa cõtra mulierẽ.⁊ cauſa pendẽte maritus eſt mortuus certe quia ſuperuenit priuilegium ⁊ nõ fuit procuratum:tunc extendit ad ipſam cã pendente nõ obſtante.d.l.cum quedam:q: ibi fuit procuratum recipiendo virum alterius domicilij.⁊ vide extra vt lit.penden.c.fina.dic vt ibi dixi poſt Pe.⁊ Cy.⁊ imol.in.l.ſi rem meam.de verbo.ob.per bar.in.l.ij.C.vt lit penden.⁊ in.l.adulter.§.ſi eo tempore.ff.de adul.⁊ in.l.deo nobis.C.de epiſco.⁊ cle.no.ꝙ dicitur hic de degradatione de qua in propoſito noſtro.vide no.in.l.preſbyteri.la.ij.⁊ ibi bar.C.d epiſ.

⁊ cle. ⁊ in auc. ea que fit cū mo. ꝑ glo. ⁊ Bar. in. l. qd ait. §. ignominie. ſ. de infami. vide ibi.

a ℂ Milites gaudentes. Adde ꝙ no. bal. in. c. i. de eo q ar. belli. depoſuit in vſib. feu. vbi dicit ꝙ nō mutat ſtatū ſed de loqꝛ ibi de militibus gaudētibus qbuſdā imunitatibus. ⁊ vide in. l. ſemꝑ. §. i. de iure imuni. idem bal. i. d. l. officiales. C. de epiſ. ⁊ cle.

b ℂ Illis inſignijs. Adde ſaly. in. d. l. iij. i. iij. col. C. de infa. vbi not. loqtur.

c ℂ Generaliter ē maior quauis. Sʒ qd ſi ptē pene pecuniarie ſoluere pōt: an ⁊ qſi luat penā in corpꝰ. vide bal. in. l. cuʒ ſit. C. de ſepul. vio. ⁊ de hac materia vide bal. in. l. fi. ſ. de in ius vo. ⁊ i. l. qcunqʒ. C. de ſer. fugi. in. ij. col. in ver. ⁊ ꝓpter ea ſcias ⁊c. ⁊ i. vij. col. i ver. ſed dubitaꝛ cū ſequenti. ⁊ an ſit opus ponere in libello ꝙ ſi non pōt ſolluere luat in corpus. tʒ Cy. ꝙ nō in. l. i. i. xvij. q. C. de iniu. quē ſeqꝛ do. Fede. in. l. fi. ſ. de inius vocā. ⁊ iſtis ad de ſaly. in. l. iij. i. iij. colū. C. de iſa. ibi quelibet corporalis ē grauior. idē tʒ ſaly. i. l. ⁊ ſi ſeuerior. C. de infa. ⁊ ang. in. l. ſi qs id qd. de iuriſ. om. iu. ⁊ facit optime tex. i. d. l. decuriones. de infa. qd no. bñ.

d r Ei capitalis. §. eū. Vide bar. i. l. iudex i pn ci. de re iu. ⁊ vide in. l. ſi qs filio exheredato. in. §. irritū. ſ. de iiuſto rupto ⁊ irrito teſta.

e p Regnātis. Et rō huius. l. eſt q: magis naſcitur rei publice ꝙ̄ʒ pene: vt i

iudi. quod eſt verum niſi ad illum clericatum ꝑuenerit non ſuo motu ſed forte tractus a ſuperiore: vt. l. qui autem. in principio. ſ. ſi quis cau. ⁊. l. iuriſperitos. ſ. de excuſa. tuto. ⁊. l. tutor petitꝰ. eo. titu. ⁊. j. de excuſa. mu. l. pretor. in princip. ⁊. d. l. ideʒ vulpianus. de excuſa. tuto. do. Jo. an. in dicto. c. extra de oblig. ad rō. dicit ꝙ iſtud eſt verum quantum ad executionem faciendam in rebus. ſed ꝙ perſona poſſit capi ⁊ detineri i carceribus vel decapitari hoc fieri non poteſt cum perſona clerici omnino eſt exempta a manu iudicis ſecularis. Et que de clerico dicta ſunt ipſe idem dicit de monacho ſeu alio qui regularem profeſſionem fecerit qui quantum ad mundum eſt mortuus: vt. l. deo nobis. C. de epiſco. ⁊ cle. ſed vt ego dixi vobis concedo ꝙ iudex non poteſt facere niſi prius degradetur vt dictum eſt: quia epiſcopi ipſam degradationem non facerent. ex iſto incōuenienti ſequitur aliud inconueniens ꝙ iudices ſeculares: licet contra iuſticiam faciant iuſticiam de eis ⁊ eos puniunt. predicta vera niſi faceret profeſſionem exiſtens in carceribus. ita dicit ibi glo. Jo. an. ℂ Iteʒ predicta puto vera in illis qui efficiuntur clerici: vel faciunt profeſſionem ita ꝙ efficiuntur religioſi. ſed in iſtis qui mutant habitum ⁊ efficiuntur beccheti ſeu milites gaudentes[a] poſito ꝙ habeant priuilegiuʒ ꝙ ſint exempti a curia ſeculari: talis habitus mutatio non prodeſſet ſibi: quia illa regula non facit eum clericum nec facit eum religioſum: ſed dat ſibi quendam modum viuendi. nā retinent proprium ⁊ retinent vxorem ⁊ filios. ⁊ in illis proprie habent locum. ll. que dicunt ꝙ propter ꝑmutationē fori ſeu propter priuilegiū ſuperueniens ad ſui procurationem quis nō excuſatur: vt dicta. l. ſi quis poſtea. de iudi. ⁊ ita fuit obſeruatum de facto: tamen debet exauctorari idest priuari illis inſignijs[b] illius ordinis: vt dicta. l. qui cum vno. §. reus. j. de re mili. ⁊ iſta ſufficiant ſalua ſemper ſnīa canoniſtarum.

**Generaliter.** ℂ Vides hic qui non poteſt ſoluere in pecunia punitur in corpus. Sed contra hoc oppo. ſm hoc punietur maiori pena: quia quelibet pena corporalis eſt maior quauis[c] pena pecuniaria: vt. l. in ſeruorum. in fi. j. e. Huius timore dicebat Martinus ſyll. ꝙ hec. l. ⁊ ſimiles q̄ dicunt ꝙ pena pecuniaria conuertitur in corporalem ſunt vere quando iſte qui cōmiſit delictū ſcienter commiſit ſciens ſe non poſſe ſoluere pecuniam: vt hic dicit tex. ibi: egentes deludunt. hec ſua opi. eſt contra caſum. l. qui edes. ſ. de incen. rui. nau. vbi contra euʒ qui non deliquit dolo pena pecuniaria conuertitur in corporalem: ⁊ ꝙ hic dicitur penam deludunt. dicit glo. deludere dicuntur eoipſo ꝙ non poſſunt ſoluere. Ad hoc quod dicitur ꝙ quelibet corporalis eſt grauior quauis pecuniaria: dico ꝙ in perſonis vilibus hoc non contingit: vt. l. hoc opere. i fi. ſ. de ope. liber. ℂ Item oppo. de. l. illicitas. §. fina. ſ. de offi. preſi. ſolu. ibi loquitur in mulcta. hic in pena.

r **Ei capitalis.** ℂ Habuiſti in. l. ij. ſ. de publi. iudi.

Ex. §. ſequenti.

. l. i. §. ſi ea. ff. de ven. in poſ. mit. ⁊ ibi vide oīno Bar. Limita tñ vt ꝑ bal. in. l. excuſaꝛ: que eſt. l. ij. §. munerū ꝑ illū tex. no. ff. de excu. tuto. nō habere locū vbi eſſet effecta pregnās poſt capturam. qd nō puto verū: quia pur. hʒ locū huius tex. rō. ſ. ꝓpter ꝑtū. ⁊ ꝑ no. ꝑ bar. in. d. l. ij. ⁊ ibi dixi in. d. §. munerum. tertio q: ſi poſt partū differꝛ executio dum ſtat in cōcubitu ergo tāto magis ante. ⁊ rō huiꝰ. l. eſt: q: magis naſcitur reipublice ꝙ̄ʒ pene. l. i. §. ſi ca. de ven. in poſ. mit. vbi vide oīno barto. vtrū mulier iacēs in ꝑtu debeat puniri. ideʒ tʒ do. Alex. in. d. l. ij. §. ſi nō ꝓpter. ⁊ facit in materia. l. inter ſtipulātē. §. ſi. de ver. obli. qñ tū differꝛ pena vide ꝑ Ludo. roma. i rub. in ſi. ff. de re iudi. ⁊ vide vnū no. in. l. i. ⁊ ibi not. bart. de bodam. ⁊ vide glo. ordi. in. l. is q reus i gl. magna. de accuſa. ⁊ ibi bar. ⁊ domi. Abb. in. c. niſi ſpālis de offi. dele. in pe. ⁊ vlti. col. ⁊ not. ꝙ vbi equū videꝛ iudici ꝓpter veritatē alterius criminis indagādaʒ poterit ſemper differri pena ſm bart. in. d. l. is qui reus. Item hoc itellige verum niſi iudici videreꝛ ꝙ eēt calūnioſa illa dilatio: quia tūc nō debʒ ſuper ſedere ita no. voluit bar. in. d. l. pe. ſ. de accuſa.

f ℂ Velit nutrire. An differaꝛ executio pene: vide i. l. iperator. ff. de ſta. ho. vide de materia qd dixi poſt bart. j. co. l. ſi quis forte. i prin. ⁊. j. ꝑ bar. ⁊ de dilatione executionis ſententie criminalis poſuit Bar. in. l. ii. §. ſi. ſ. de cuſto. reo.

ℂ Damnatus ad morteʒ ab eo qui damnare nō poterat non efficitur ſeruus pene.

**Conſtat.** ℂ Quomodo ꝓcedat hoc ꝙ pſes poteſt damnare ad mortem ⁊ damnare in metallum quod plus eſt ⁊ non poteſt deportare in inſulam: quod eſt minus. tangit glo. in. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ſ. de offi. pre. Dy. ponit in. c. cui licet. quod plus eſt. extra de regu. iur. in. vj. dicam in. l. relegatorum. j. de interdic. ⁊ rele.

**Eum.** ℂ Nota hunc text. ꝙ iſte qui eſt damnatus ad mortem ab eo qui damnare non potuit non efficitur ſeruus pene. ⁊ ſic teſtamentum eius valeret ⁊ quelibet eius vltima voluntas. habetis in. l. ſi quis exheredato. §. irritum. ⁊. §. ſe. ſ. de iniuſto rup. teſta.

Ex. l. ſequenti.

ℂ Mulier pregnans nō debet torqueri. Et an īfra illoſ. xl. dies purgatōis debeat differri pena. Et quid ſi non reperitur qui pueruʒ nutrire velit etiam debeat differri.

p **Regnantis**[e]. ℂ Nota ꝙ nō debet fieri executio ad mortē de muliere pregnāte nec debet torqueri. ⁊ ſic partus prodeſt mulieri. contra de. l. qui in vtero. ſ. de ſta. ho. Solu. ꝓdeſt alij per quandam conſequentiam non principaliter. ℂ Quero vtrum debeat differri pena infra illos. xl. dies in quibus mulier iacet recens de partu. videtur ꝙ ſic: vt. l. ij. §. ſi nō propter. ſ. ſi quis cau. glo. non ſol. Dy. ſoluit valde bene. dicit Dy. in hac. l. ponuntur duo caſus. primus ꝙ differtur executio ⁊ in hoc non debet differri executio infra illos. xl. dies: quia ceſſat ratio que hic ponitur propter partum. alius caſus eſt de tortura: ⁊ tunc debet differri: quia tunc cum ſit debilis moreretur. ⁊ ideo iudex excedens moduʒ puniretur. debet ergo differre donec ſit fortis ad torturam. ℂ Quero quid ſi pariat nec reperitur qui puerum velit nutrire[f]: Reſpondeo ſiquidem non reperitur propter defectuʒ pecunie: quia non eſt qui velit ſoluere nutrici. nutrix non reperitur gratis: tunc debet ſolui nutrici de publico nec executio differatur. argu. l. i. C. qui pro premi. li. accip. ⁊. l. lege. ſ. ad ſylle. ſed ſi non reperitur nutrix aliqua propter defectum perſone: tunc debet ſeruari mater ad nutrienduʒ donec nutrix reperiatur: quia eſt ratio eadem in cōſeruando eo iam nato que erat in conſeruando eo dum erat in ventre. argu. l. ſed ſi is. §. an aūt. ſ. ad car. ⁊ ita tenet Old. ⁊ ita dicit fuiſſe obſeruatum padue.

Ex. l. ſequenti.

ℂ Damnatus ad mortem ſi aufugit peccat. Et eadem pena punitur qui iuit ad confinia: ⁊ non ſeruauit qua punitur qui non iuit. Et cui incumbat onus probandi cum dico ꝙ aliquis nō ſeruauit confinia ⁊ ipſe dicit ꝙ ſic. Et an iudex bānito poſſit dare licentiaʒ redeundi. ⁊ quid de ciuitate non cognoſcente ſuperiorem. Et quid ſit dicere cōmeatum remeatumue. ⁊ an ille cui data eſt poteſtas vtendi videatur data ⁊ recedendi.

r **Elegati** ℂ No. tex. ibi. ⁊ hoc ita ⁊c. ⁊ ibi: ⁊ nemo poteſt ⁊c. Opp. ⁊ videtur ꝙ debeat du-

a r Elegati.ad confinia.De pena non ſeruantis confinia.vide Bal. in.l.ſi poſſidonium.C.de infami.⁊.j.e.l.aut damna. per Barto. ⁊ hic plene de pena relegati vel confinati quod de pena banniti quando reperitur in locis vbi bannum habet dic ꝙ hodie punitur pena deportationis.tex.eſt multum notabi.in.l. mathematicos. in fine de epiſco. ⁊ cleri. an duplicet tempus vide i.l.ita ſtipulatus. in antepenultima colum. .j.de verborum obligatio.

b ❡ Omnibus. Ciuitates non recognoſcentes ſuperiores ſunt loco principis ⁊ poſſunt dare licentiaȝ bannito redeũdi in patriam.idem Barto.in.l. is qui reus .ſ.de publi. iudi. ⁊ iſtud ſingulariter limita niſi bannitus alios bannitos multos i fortiam ciuitatis de qua bannitus eſt poneret: qꝛ tunc etiam alius iudex poteſt dare licentiã tex. eſt notabi. i .l. non omnes.§.finali .j.de re milita.vbi Barto.⁊ no.barto.in.l. ambitioſa.l.iij. colum.j. de decre. ab ordi.faci. ideȝ notat. Barto.i.l.i.§.de qua re.ſ.de poſt. ⁊ facit ad nota.per Barto.in.l. .v. vel. iiij. in fine cum ſimilibus ꝺ verborum obligatio. ꝓ hoc qꝺ not. Baldus in .l.ij.C.ꝺ cõſtitu.pecu. ⁊ in.l. penultima.C.ꝺ donatio. inter viruȝ ⁊ vxorem.Barto in .l.i.§. penultimo .de poſt. ⁊ in.l. ꝯtinuus .§. cum quis ꝺ verborum obliga.⁊ adde ꝙ ſi aliquis eſt bannitus ob contumaciam ipſo purgante contumaciam debet rebanniri.tex.eſt nota.in.c.ex litteris. de conſti.cum ſimilibus.⁊ in ſimili illum tex.allegat not.barto.in .l. ſi quis adulterij.§.i.ff.de adulte.per archi.vj.diſtin.lapſis.not. bal. ⁊ Roman. in.l.puto.§.ſi quis.ff.de poſtu.⁊ facit tex.in.l.i.§.ſi frater. de col. bono. vide pro huius declaratione quod.no.barto.in.l.centeſimis. in vltimis verbis.ſ.de verborum obligatio.que autem contumatia requiratur ad quem banniendum vide bart.in.l.i.§.fi.ſ.ſi quis ius dicen. nõ ob tempe.vide glo.valde not.in cle.paſtoralis.de re iudi.de eo qui relaxatus iurauit redire quod non eſt periurus ſi non redit do. Pe.de floren.ponit in ſua diſputa.incipien.inquiſitus ⁊c.⁊ no.ꝙ per hanc.l. dixit bal. in.l.i. .C.de nundi.ꝙ banniti non dicũtur affidati in nundinis ẽt ſi iniuſte ſunt banniti:adde predictis quod dixi in.d.l i.§.fina.ſ.ſi quis ius dicen.non obtempe.

plicari tempus non in perpetuum damnari. vt .j.eo.l.aut damna.§.quiſquis.Solu. hec intelligitur ſecundum illam quia hoc eſt verum quãdo duplicatio excederet decennium.❡ Ultimo nota.hanc.l.ad queſtionem.primo dicunt theologi ꝙ ſi aliquis eſt damnatus ad mortem ⁊ ipſe aufugit ꝙ peccat.hic videtur eſſe tex. nam ille qui aufugit penam ſibi impoſitam punitur acrius.ergo apparet ꝙ peccat.❡ Ulterius nota. ꝙ equalis ẽ pena nõ accedẽtis ad ꝯfinia q̃ ẽ ei⁹ q poſtq̃ iuit nõ obediuit. ❡ Circa hoc quero. ego dico contra aliqueȝ ꝙ ipſe non ſtetit ad cõfinia[a] ipſe dicit ꝙ nunq̃ rupit confinia ſed obediuit cui incumbit onus probandi. videtur ꝙ illi relegato.nam cuȝ ab initio eſſet in ciuitate ꝑſumitur ibi ſemper fuiſſe niſi probet ſe exiuiſſe. vt.l.ſiue poſſidetis.C.de probatio. ❡ In contrarium probatur qui dicit eum non ſeruaſſe cõfinia ſeu rupiſſe confinia arguit contra eum delictum vt hic patet. ergo ei incumbit probatio. vt.l.ei qui.ſ.de probatio.⁊.l.in executione.§. q dolo.eodem titulo.breuiter dico hic ſicut dicimus de minori etate.aut enim qs dicit ſe obſeruaſſe vel non rupiſſe confinia:ſed ad fundandam ſuaȝ intentionem:⁊ ipſe debet probare aut aliqs dicit ipſuȝ rupiſſe ſeu nõ obſeruaſſe ꝯfinia ad fundandam ſuam intentionem vel exceptionem:ille debet probare:vt.l.ſi minorem.C. de i integ.reſti.mi.quod nota.in.l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate.ſ.qui ſatiſd.cogan.⁊ dicta.l.ei qui .ſ.de probatio.Item dicitur hic in fine.⁊ nemo poteſt ⁊c.Nota hunc tex.ꝙ relegato ſeu miſſo in exilium non poteſt dare iudex licentiaȝ veniẽdi ⁊ ꝙ reuertatur. ſed ſolus princeps poteſt ⁊ non alius.⁊ ꝙ hic dicit ex aliqua cauſa:intelligatis quia cauſa iuſta eſt voluntas principis. ⁊ idẽ intelligo in iſtis ciuitatibus italie:quia ipſi ſunt principes ſibiipſis:quia poſſunt exuli dare licentiã reuertendi. Idẽ puto de oibus ciuitatibus[b] que habent licentiam condendi ſtatuta in iſtis negocijs magnis.nam ipſi poſſunt facere leges vt exules reuertantur.tunc habebunt licentiam reuertendi auctoritate.l.⁊ auctoritate principis qui ſibi conceſſit ꝙ poſſint facere.l.⁊ ſtatuta.argumen.l.quod vi aut claȝ.l.prohibemus.§.plane.❡ Item dico ꝙ quilibet iudex poteſt dare licentiam reuertendi exuli ex cauſa iuſta.vtputa ſi eſt accuſatus de maleficio propter quod preſentia accuſati requiritur:vt plene habuiſtis in.l. is qui reus.ſ.de publi.iudi.❡ Ultimo not.ex hac .l.ꝙ hic dicitur:nemo poteſt comeatum remeatumue.quero quid eſt hoc dictum.glo. exponit commeatum ſcilicet eundi ſpaciatum per mundum vel remeatum.ſcilicet redeundi ad domũ. vel poſſumus exponere aliter:vt dicamus commeatum remeatumue dare.hoc eſt habeat licentiam eundi ⁊ redeundi.⁊ ſecundum hoc faceret ad queſtionem. an ille cui eſt conceſſa licentia eundi:videatur habere licentiam redeundi. qꝺ tetigi vobis in.l.i.in principio.ſ.ad.l. iul. maieſta.dicam.ſ.de ſepul.viola.l.vtimur. ⁊ ita remiſi ibi.

### Ex.l.ſequenti.

❡ An in criminibus capitalibus abſens damnari poſſit ſiue ſit abſens ante litem conteſtatam ſiue poſt:ibi.Quero. Et an abſens ante liteȝ cõteſtatam in quibus eſt pena a relegatione infra poſſit damnari:ibi. Quero. Et an contumacia ſit plena probatio de delicto:ibi.Tertio. Et an ſtantibus duobus ſtatutis quorum vno caueatur ꝙ contumax habeatur pro confeſſo . altero ꝙ teſtes examinati contra magnates non poſſint redargui de falſo. Si contingat ꝙ teſtes ꝓducti contra magnatem accuſentur de falſo ⁊ iudex procedat ꝯtra eos tanq̃ ꝯtumaces ⁊ illos ponat in banno debeant haberi pro confeſſis: ibi.Quarto.

a **Bſentem.** Hec eſt bona.l. ꝑmo.ponit vnũ dictum . ſecundo ponit aliud dictum quod videtur primo dicto contrariuȝ. tertio contrarietatem ſoluit.Secunda:ibi.Sed nec de ſuſpitionibus.Tertia:ibi. Poteſt quis. ❡ Nota textum.ſanctius enim eſt ⁊c.nota abſentem in criminibus non dannandum.contra .C.de iudic.l.properandum.§.primo.ſolut.ibi in ciuilibus in quibus abſens dannatur poſt lit. conteſta.hic in criminalibus grauioribus in quibus etiam abſens poſt lit.conteſta.non dannatur ſecundum veram opinionem.quod tamen infra recitabo per queſtiones.❡ Secundo oppo.de lege ſeruum quoque.§.publice.ſ.de procuratoribus.ſolutio illa intelligitur ſecundum iſtam. Item contra.C.e.l.ne diu.ſolutio ibi ſpeciale.alia ſpecialia dixi in.l.prima in ꝑcipio.ſ. de requiren.re.❡ Item oppo.C.de adulter.l. quamuis indubitati.ſecundum veram opinionem ſolutio ſic ibi accuſatus erat preſens:⁊ contra eum crimen erat probatum:ſed accuſator erat abſens vnde ibi non profertur ſententia in abſentem.ſed pro abſente iam liquidato negocio.❡ Item oppo.ſ.titulo primo.l.finali.ſolu. vt ibi. Ulterius opp.C.de requiren.re.l.prima. reſpon.libellus bene poteſt dari contra abſentem non ꝙ procedatur contra eum ad condennationem:vt hic. Item oppo.C.de accuſatoribus.l.abſentem.ſolu.libellus non datur.ſcilicet vt procedatur:ſed vt requiratur ſic.⁊ hoc modo intelligi debet dicta.l.abſentem. Uenio ad ſecundum hic habetis[c] ꝙ nemo debet dannari ex ſuſpitionibus ⁊ preſumptionibus[d] contra Codice de adulterijs .lege ſi quis adulter.

c ❡ Hic habetis. Hunc tex.in.l.abſentem.in princi.allegat bal.in.l. ſi tutor.C.de periculo tuto. ꝙ dicitur liquidiſſima ꝓbatio preſũptio.l.vt eſt glo. etiaȝ in dicta.l. ſi tutor. de quo ibi vide bal. ⁊ q̃ ibi ſcripſi:nam probaſ hic:quia in criminalibus ſola ſuſpicio nõ ſufficit: vt hic dicitur: ⁊.l. finali .C. de proba. ⁊ tamen ſufficit preſumptio iuris.l.ſi qs adulterij.C. de adulte. ⁊ eo.modo dicit eſſe de ꝓbatione apparẽte ex cõiecturis per .l. imperator.ff. de lega.i. ⁊.l. ſi qs locuplex de manu. teſta.ad ſcđm hic habetis not. ꝙ quis nõ debȝ dãnari ex preſumptionibus vel indicijs:vt habetur per bar. in .l. admonendi. in.ij. col. de iureiur. Sed videtur cõtra tex.in.l.lege aquil.ſi delectum. ibi: ad ſuſpitionem ad.l.aquil.ſȝ ibi non dãnatur:ſed ſolum fit quo ad examinationeȝ ad ꝑpetuam rei memoriam. ⁊ ꝺ materia in.c.afferte. ꝺ preſumpt. ⁊ in .c. cum cõtin. de here.vide bar. in.l.qꝺ nerua.in. vj. q. .ſ. depoſiti.

d ❡ Et preſumptiõibus vide in.c.ex cõicam⁹. cũ glo. in ver. condemnes. de her.iõ dicit Nico.de mathe.bal.⁊ Saly.in.l.fi.in princi.C.de ꝓba. ꝙ ex indicijs indubitatis dãnari quis põt.ad ꝙ facit qꝺ no.bal. ⁊ Imol.i d.l.ij.de here.inſti.⁊ bar.in.l.ij.ſ.ꝺ fur.in prin.ꝑ Jonn.in.c.qꝛ veriſimile.de preſumpt.⁊ adde qꝺ no.bal.in.l.ſiue poſſidetis.maxime in fi.de ꝓba.⁊ vide omnino bar.in.d.l.intra accuſatorem.ꝺ. de pub.iudi.alle.in.l. fi.ꝑ bal.in.l.fi.C.de ꝓba.in vi.col.vbi ſm eũ qñ iudex.cõdẽnat ex nõ plena ꝓbatione ſed nõ põt cõdẽnare puniſ corporaliter:ſm eũ q allegat Inno.in.c.qꝛ veriſimile.de p̃ſum.⁊ qꝺ no.bar.in.d.l.qꝺ nerua.depo.in.vj. col.⁊ etiã bal.in.l.nõ ob hoc.ad fi.C.vnde legiti.⁊ bal. in.l. ſiue poſſidetis.maxime ad fi.l.C.de ꝓba.⁊ in.l.fi.co.ti.in vlt.col.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

a ¶ Eſt differētia. Itē adde aliā differētiā inter iudicia ciuilia ⁊ criminalia poſitā p bar. multū ſing. in. l. qđ ꝗ. §. ſꝫ ſi ſeuerioꝛ. ff. de infami. vbi in criminalib⁹ nō reqriť litis ꝯte. ꝯcluſio libelli ⁊ ſimilia. ⁊ bal. in. l. cū mulier. in. iiij. ⁊ in. x. col. in repeti. ff. ſo. ma. Aliā ponit bal. in. l. i. in. i. col. C. de li. ꝯte. videlꝫ ꝙ in ciuilib⁹ abſente pte lis nō ꝯteſtať. ſec⁹ in criminalibus ⁊ qđ redigať ad ſimilitudinē ciuiliū. vide bal. in. l. i. in. v. col. C. ex delic. defūc. ad materiaꝫ vıđ omnino bar. in. d. l. inter accuſatorē. ff. de publi. iudi. ⁊ in qb⁹ ꝯueniūt pceſſus ciuiles ⁊ criminales. gl. no. iſti. ff. de publi. iudi. in pnc.

b ¶ Hoc ſit vex. An abſes poſſit dānari. ⁊ vide vnuꝫ caſum qñ abſñs poſſet damnari in. l. iij. ⁊ ibi bar. ff. de ſic ca. idē tenet Bal. in. l. abſentem. ff. de pe. in ꝟ. viij. qro. diciť h ꝙ i crimina lib⁹ in qbus eſt pena. an abſñs poſſit dānari ante li. ꝯteſta. vel poſt. viđ dominū an. de bu. magiſtraliter loquentem in. c. tue fraternitatis vt li. nō ꝯte. vbi idē tꝫ. et vide bar. in extrauag. ad reprimē. in. ꝟ. conteſtatur. Utrū aūt ꝯ abſītē contumaceꝫ poſſit inquiri. vide angel. in. l. ſi vacantia. C. de bo. vac. ⁊ vide in. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. ⁊ adde Ioan. an. in Spe. de accuſa. in. ij. pte. in. §. ſequiť. in ꝟ. ſꝫ pone fuit accuſatus ⁊ ꝯdēnatus capitaliter: ⁊ fuit pro ꝯfeſſo hitus p cōtumaciam ſm formā ſtatuti ſi capiť pōt innocētiā ſuā purgare: qꝛ non potuit vltra relegationē dānari: ⁊ accuſatus pbare pōt oppoſituꝫ: nec diciť inſtantia perēpta per lapſum longi tpis. facit qđ dixi in. l. ij. §. qđ obſeruari. C. de iura. calū. ⁊ qualiter ꝯtra abſentē in criminali dꝫ pbari ē bōa glo. de dolo ⁊ ꝯtumacia. in. c. ꝟitatis. in glo. ⁊ hūc caſuꝫ in quo qs abſens dānare. vide in. l. eo. titu. ⁊ ibi vide bar. Et in ppoſito vide oīno bal. in. l. pe. ff. de qōnibus. ⁊ Saly. in. l. ſi abſentē. C. de accuſa. h allega. ⁊ vide bar. in. l. intra. ff. de publi. iudi. ⁊ in. l. ij. in ſi. de requi. reis. ⁊ in criminalib⁹ an pcedi poſſet ad diffinitiuā li. nō ꝯte. vide glo. in. c. i. vt li. nō ꝯteſta. in. vj. ad diffinitiuam ſniam. vide que habentur in. l. queſtionis. ⁊ que ibi dixi. ff. ti. i. Et ad hoc no. ꝙ abſens per ſolam cōtumaciam dānari poſſet: vt per dominum Ioānem. in. l. inter abſentem. de publi. iudi.

c ¶ Habeať pro cōfeſſo. Adde ꝗ no. bar. in. l. ſepul. ad ſi. de ſepul. viol. in. q. vtrū ꝯtumax habeať pro ꝯfeſſo. adde tñ qđ in caſu habeť pro ꝯfeſſo: vt in. l. ij. ⁊ ibi glo. j. de iure fi. imo dicit Bar. ⁊ Cy. in. l. diuus. de cuſto. reo. ꝙ imo nec bānitus habeť pro ꝯfeſſo. ⁊ no. bal. in. iij. col. i. l. i. C. quō ⁊ qñ iudex. ⁊ vide Imol. in. d. l. inter accuſatoreꝫ. ff. de publi. iudi. ⁊ ad ſtatutū ꝙ ꝯtumax habeať pro ꝯfeſſo. adde qđ valet ſtatutū: lꝫ rigoroſum ꝙ ꝯtumax puniri poſſit ad mortē. eſt glo. in auč. de leno. §. ſi autem ſm ſpe. de fideiuſ. §. i. ver. ſꝫ pone. ⁊ ibi Io. an. ⁊ p Inno. de do. ⁊ ꝯtu. in. c. ꝟitatis. ⁊ uide Bal. in. x. col. qui ſucceſ. tene. in. c. i. ad ſi. ⁊ dixi in. l. ij. C. quo. appel. ⁊ uide de iſta ficta ꝯfeſſiōe ꝗ no. bal. in. l. erroꝛ. C. de iur. ⁊ fac. igno. ad ſi. ⁊ in. l. ita demū. C. de pcu. ⁊ in. l. ij. §. ſi. de iura. calū. ⁊ ꝗ no. bar. in. l. cius q. j. de iur. fi. ⁊ bal. in. l. i. C. vbi de crimi. agi opoꝛte. ⁊ an ſtāte dcō ſtatuto ſit op⁹ ꝙ pars accuſet contumaciā abſentis Bal. ꝙ non in. l. ſi tutoꝛ. C. de interdic. ma. bar. in. l. inter. de publi. iudi. ⁊ dič bal. in. l. ij. §. pe. ff. de iura. calum. ꝙ qñ iudici apparet maleficiū nō fuiſſe cōmiſſuꝫ nō pōt ꝯ abſītē qui habeť p ꝯfeſſo procedere: idē ſi libellus nō ꝯcluderet vel eēt ineptus. in hoc idem ēt tꝫ bal. i. l. certi condictio. in pnc. ff. ſi cer. pe. ⁊ expꝛeſſius bal. in addi. ſpec. in ti. de accuſa. §. i. i ver. no. ꝙ accuſatio. ⁊ in verſic. no. ꝙ vbi libellus. ⁊ bal. in. l. erroꝛ. C. ď iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ibi ēt tenet ꝙ non ualet ſnia ꝯ iſtā fictā ꝯfeſſiōeꝫ ex qua tñ reſultat notoꝛiū. ⁊ ſic iducit in. q. an ualeat ſnia ꝯ notoꝛiuꝫ iuris ⁊ facti. ď quo p Ioſ. an. in. c. romana. ď ſen. excōi. in. vj. ac ēt ibi per Inno. ⁊ bal. tꝫ ꝙ ſic in. l. i. in. iij. col. C. ne ſi. pro pa. ⁊ ꝗdā de iſta. q. ficta vide p doc. ⁊ maxime Pe. de ancha. in. c. ij. de ꝯfeſ. ⁊ no. in. c. ſi. e. ti. in nouella poſt Inno. ibi: vbi qriť nūqd ſi añ ſniaꝫ ſup ficta ꝯfeſſiōe ferēdā expiret inſtātia iudicij an poſſit pncipaliter agi: vt ferať ſup dicta ꝯteſtatiōe ſnia ꝙ iſto caſu ualeat ſnia ſup materia ꝯfeſſionis. tꝫ bal. in. l. pperandū in pn. C. de iudi. Cōtrariū videť tenere bal. in. l. generatio. ff. de infami. ⁊ bar. ibi. ⁊ de iſta ficta ꝯfeſſiōe. uide gl. in. c. nullus. ď pſūp. Itē no. ꝙ iſtud ſtatutū itelligiť ꝙ habeať pro ꝯfeſſo quo ad aliquā qualitatē grauātē rōne perſone. uel aliter ſm Pe. de anch. in ꝯſi. ccclxxxij. incip. in xpi noīe pbata certi iur. ſcientia in ſi. bal. ꝯ in. l. ij. §. pe. C. de iura. calū. ver. an pncipaliter pōt agi: ut ferať dicta ſnia. de hac ficta ꝯfeſſione uide glo. in. c. null⁹. de pſump. ⁊ an iſta ꝯfeſſio ficta infamet. uide bal. no. in. l. tutoꝛ ſi. C. de iterdic. matri. p illū tex. ⁊ iſtis adde qđ no. bal. in. l. ſi qs nō dicā rapere. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ in. l. trāſigere. in. iiij. col. C. de trāſac. ⁊ no. in. l. i. C. de poſtulā. ⁊ uide bar. in. l. nō uideť. de iudi. iſtis adde bar. no. in. l. ij. de requirē. reis. ubi dicit ꝙ bānito cōparēte infra terminū bāni bānum extinguiť. ⁊ iſtis adde bar. in. l. ſi ideo. ff. de euic. ⁊ adde qđ glo. iiij. diſtin. dicit neminē ex ꝯtumacia damnari debere. ⁊ adde qđ allegat bal. in. l. data opa. ⁊ in. d. l. qui crimē. in. v. col. C. qui accuſa. ⁊ dū. ff. dixi ꝙ talis ꝯfeſſio ſup libello inepto nō piudicat

⁊ in auč. vt li. ma. ⁊ auie. § his illud. dicit glo. ibi eſt preſumptio. l. nō hois. bona ſo. eſt ⁊ eſt pſūptio iuris ⁊ de iure. Ulterius hētis h ꝙ ꝯtra cōtumaces pcediť more priuatoꝝ iudicioꝝ ꝯtra. aliter dať dilatio in puatis iudicijs. aliter in criminib⁹: vt. l. inter accuſatorē. ff. de pu. iu. ſo. dic vt ibi: qa eodē mō ſiūt citationes ⁊ danť dilationes ad veniendū: vt ibi dixi. Itē op. ad idē de. l. ſi. ff. de ferijs. rñ. ibi loquiť de dilatiōe ꝗ dať ad pbādū in qbus plures danť in criminalibus ꝗ̄ in ciuilib⁹. Itē op. de. l. i. §. diuus. ff. ti. i. cōiūcta. l. i. C. de cōfeſ. ex qb⁹ apparet ꝙ aliter pcediť in ꝯfeſſuꝫ in ciuilib⁹ ꝗ̄ in criminalib⁹. rñ. ꝙ h dicit more priuatoꝝ iudicioꝝ itelligatis nō p oīa qa in multis eſt dria[a]: vt pꝫ ex pdictis. ⁊. j. dicā. Uenio ad. q. glo. circa. l. qro duas. q. in glo. ⁊ duas alias ex glo. pma eſt. dr h ꝙ in criminib⁹ capitalib⁹ non pōt dānari abſñs. ¶ Quero vtrū hoc ſit vex[b]. ſiue ſit abſñs poſt li. ꝯte. ſiue añ. qdā dicūt poſt li. ꝯte. poſſet dānari abſñs: pro hoc facit. C. de adulte. l. adulterā. ⁊. l. ſi qs adulterij. p hoc ꝙ dr h in tex. ſm morē puatoꝝ iudicioꝝ: ſed in puatis iudicijs hoc eſt: vt. l. pperādū. §. i. C. de iudi. igiť ⁊c̄. Azo ⁊ Hug. dicūt idiſtincte abſentem nō dānādū ēt li. ꝯte. p hūc tex. qui generaliter loquiť ⁊ per. l. i. C. de re. eo. nō ob. l. adulterā qa ibi nō dr ꝙ dāneť: ſꝫ ꝙ iter reos recipiť. Nō ob. l. ſi qs adulterij: qa ibi reus erat pſens ꝯtra quē ſnia pferebať: lꝫ accuſator eēt abſñs. ¶ Itē nō ob. h tex. qui dicit ſm morē puatoꝝ iudiciorū: qa eſt verū in iudicijs nō grauib⁹ in quib⁹ eſt pena a relegatōe. j. ⁊ hoc de iure nřo. canoniſte ꝟo dubito ne aliter dicāt de iure eoꝝ. qđ dic vt in ſpe. de accu. §. ſequiť. ꝟſi. porro. ¶ Scđo qro dr h ꝙ in criminib⁹ in qb⁹ eſt pena a relegatiōe. j. abſñs pōt dānari. ¶ Quero vtrū hoc ſit vex ſi abſñs eſt ante li. ꝯte. dicit glo. ꝙ ſic: ſiue ſit abſens ante li. ꝯte. ſiue poſt li. cōte. ita dicit glo. h. ꝯtra glo. habemus. C. de digni. l. quotiēs. li. xij. Ia. de are. tenet glo. ꝯtra p hūc tex. q dicit more puatoꝝ iudicioꝝ: hoc eſt ciuiliuꝫ iudicioꝝ. ſꝫ in ciuilib⁹ non pcediť ad ſniam lite nō ꝯte. ergo ⁊c̄. ita dicit ipſe. C. de accu. l. abſenteꝫ. ⁊ ibi Cy. refert. Ia. de ra. Pe. ⁊ oēs moderni tenent iſtā glo. ⁊ ego ſemp eā tenui. rō in ciuilib⁹ ꝯtra ꝯtumacē ſunt pdita remedia primi ⁊ ſcđi decreti. in crīalib⁹ grauib⁹ ſūt pdita remedia ānotatōis bonoꝝ. i crīalib⁹ ñ grauib⁹ iſta remedia ānotationis bonoꝝ nō ſūt prodita: vt. ff. de requi. re. l. i. merito cū alia remedia non hēamus pueniť ad ſniam etiā li. non ꝯte. nō ob. hec. l. que dicit more priuatoꝝ iudicioꝝ: qa intelligas nō per oīa: vt. ff. dixi. ¶ Tertio ex glo. quero. diciť h ꝙ abſens ꝯdemnať vtrū ſola ꝯtumacia ſit plena probatio de delicto: an ꝟo alia pbatio requiratur. Rñ. ꝙ dꝫ de crimine ꝯſtare per pbationes legitimas ſicut in ciuilib⁹ qñ ꝯtra abſentē procediť ad diffinitiuā: vt in auč. qui ſemel. C. quō ⁊ quādo iudex. ibi: pquiſita ꝟitate ⁊c̄. ⁊. l. pperanduꝫ. §. i. C. de iudi. qñ ꝟo fuga ſeu cōtumacia faciat quē haberi pro ꝯfeſſo vel nō dico hic. dixi plene in. l. lege cornelia. ff. ad ſyl. ⁊ hoc de iure cōmuni. ſed ſm ſtatuta italie ex ſola cōtumacia habeť pro ꝯfeſſo ⁊ habeť ꝯtumacia pro pbatione legitima: vnde vbi ſunt ſtatuta: ſtatuta ſeruabis. ¶ Quarto circa hoc formo qōnē quā habui de facto duo ſtatuta ſunt hic. vnū ꝙ ꝯtumax hēať pro ꝯfeſſo[c]. ſcđm ꝙ teſtes examinati contra magnates non pñt redargui de falſo. ꝯtingit ꝙ teſtis examinatus eſt ꝯtra magnatē ⁊ ꝯtra eū fuit de falſo pceſſuꝫ: ⁊ ipſe fuit ꝯtumax: ⁊ paſſus eſt ſe poni in bāno: vnde habitus eſt pro confeſſo. an poſſit ꝯdēnari. videť ꝙ ſic. primo qa valet pceſſus. nā lꝫ agēs careat accuſatione: tñ pceſſus de ſe valet: qđ patet qa ex eo pōt ſequi ꝯdemnatio lꝫ indebite: vt. C. de cōdi. inde. l. i. ⁊. ff. mā. l. ſi fideiuſſor. §. oīb⁹. ⁊ eſt tex. ff. fami. her. l. cū putarē. ⁊ ex de re iudi. c. abbate ſane. ꝟ. qñ ⁊ ſi petitū ⁊c̄. li. vj. Preterea lꝫ ſit preſūptio iuris ⁊ de iure ꝙ talis teſtis nō dixerit falſum ꝯtra dictum magnatē ex forma dicti ſtatuti: tñ ꝯtra hāc preſumptionē haberi pōt pbationi ꝯtrariū per cōfeſſionem: vt in auč. de equali. do. §. aliud. ⁊ ibi no. ⁊ per Azo. in ſum. C. de dona. ante nup. ⁊ p Cy. in auč. ſed iam. e. ti. qa iſte patiēdo ſe poni in bāno videtur ꝯfiteri: ergo ⁊c̄. Preterea quādo accuſatio eſt extincta pōt pati qs ſe cōueniri ⁊ ſe cōdēnari de facto: vt. ff. ad exhi. l. ſi quis. §. ꝗ̄tū aūt. de rei ven. l. ſi poſt acceptum. ⁊ qđ dixi vobis in. l. ſi ticius. ff. de ver. obli. ergo h patiendo ſe poni in bāno poterit ꝯdēnari. In ꝯtrariū iudex dꝫ qrere defenſiones rei: vt. l. i. ff. ti. i. in ſi. ⁊. l. ſi non defendať. j. eo. ergo ⁊ h debuit qrere defenſiones iſtius. ¶ Preterea videť tex. in dicta auč. qui ſemel. ibi: pquiſita veritate ⁊c̄. vbi videť ꝙ ſemp qñ procediť ad diffinitiuam ſniam ꝯtra abſentē iudex dꝫ qrere defenſionē abſñtis. facit ad hoc qđ no. Inno. in. c. veniēs. ex de accu. Quid dicemus. aduerte qa iſta qđ eſt multū notabilis: ⁊ dic ſic. qñqꝫ liquet iudici quē nō cō

tenet bal.in.l.certi ꝯdictio in ꝑn.ſi cer.pe.⁊ expreſſe bal.in addi.ſpec.in ti.de accuſa.§.i.ver.no.ꝙ accuſator.⁊ in ver.no.ꝙ vbi libellus dicit ꝙ talis ꝯfeſſio ficta ꝑ ꝯtumaciā procedēs nō ꝓdeſt.idē bal.in.l.error.ad fi. .C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ de hac ꝯfeſſiōe vide qđ ſingulariter no.bar.in.l. eius qui delatorē in fi.prin.de iure fiſ.⁊ no.ꝙ ſtatutū quo cauet ꝙ cōtumax habeat pro ꝯfeſſo i. telligit ſi ter fuit citatus nec ſufficit vna ꝓ oib⁹ ſm bal. in.l. pe. ad fi. de ꝯſti.pec.vbi ēt dicit ꝙ requirit ꝙ fiat mentio in ſnia de ꝯtumacia.⁊ ſm bal.in auc.ꝗ negātem. in vlti.col.C.đ nō nu.pecu. poſtq̄ꝫ quis habet ꝓ cōfeſſo ſi audit volēs aliter rñdere: vel ſe emendare vel corrigere.

a ¶ Qñq̄ꝫ cōſtat. Adde bal.in.l.non dubiū.C.de legi.⁊ iſtud etiam ſequit ang.in.l.i.đ excep.in illo articulo. an exceptio notoria dꝫ proponi.ad hoc allegat.l. ſi plures.đ accuſa. qđ tñ intellige ſꝫ cū ibi:vt maſculus ⁊ femina ſimul ab eodeꝫ de adulterio accuſātur:quo caſu ſi lapſum eſt tp̄s accuſandi:lꝫ non ꝓcedit iudiciuꝫ. allegat pro caſu.l.ſi marit⁹.la.ij. .§.fi.de adulte. vide tex. nota.in.l.ſi vni⁹.§.ſi añ de iiur.queꝫ in propoſito noſtro bal. allegat in.l. genero. de his q no.infa.videlꝫ qñ cōſtat iudici de maleficio Adde eūdeꝫ bar.i.l.error de iur.⁊ fac. ignorā.C.⁊ bar.in.l.i.§. accuſationeꝫ ad turpil.đ. ⁊ vide quod no. bal.in.l. q̄relaꝫ.ad fi. .C.de fal.et

miſiſſe delictū vel euꝫ nō eſſe culpabilem.⁊ tunc iudex abſentē nō poterit ꝯdemnare.qđ enim ſi viderit viuū hoīem queꝫ abſens occidiſſe dicit. certe nō ꝯdemnabit eū etiam ex vera cōfeſſione nō ſolum ex ficta:vt.l.inde neratius in fi. ⁊.l.ſe. .đ.ad.l.acquiliaꝫ.⁊ hoc eſt qđ dicit iudicē debere querere defenſionē rei:vt.đ.ti.i.l.i.in fi. Qñq̄ꝫ ꝯſtat[a] iudici de maleficio per hanc fictā cōfeſſionē.ſed ꝯſtat iudici pro reo ꝙ poterat ſe tueri propter preſumptionē iuris ⁊ de iure:vt in queſtione ꝓpoſita:tūc puto ꝙ iudex poſſit eum cōdemnare ꝓpter fictam cōfeſſionem:qa iſta ficta cōfeſſio tollit preſumptionē iuris ⁊ de iure:que inducebat per ſtatutū:vt.ll.đ.alle.dꝫ ergo reus cōparere ⁊ maleficium negare.⁊ tūc ꝯtra ipſum non admittet probatio.qñq̄ꝫ ꝯſtat iudici maleficium eſſe cōmiſſum.ſed cōſtat ꝙ reus poterat ſe tueri aliqua exceptione:vtputa exceptione tēporis ſeu preſcriptionis.iſto caſu dico ideꝫ.ſ.ꝙ iudex poterit ꝯtra eum ꝓcedere ad ꝯdēnatiōeꝫ ex hac ficta ꝯfeſſione.naꝫ exceptio preſcriptiōis non facit maleficiū non eſſe cōmiſſum ⁊ nō eſſe punibile qđ apparet:qa puniet iſta exceptione omiſſa:vt.l.ſi maritus.§.ꝑſcriptiōes.đ.de adulterijs. Item poteſt pati ſe ꝯueniri de facto:vt dictum eſt.ſed patiendo ſe poni in bāno hoc patitur ergo ⁊c. Cōcludo ergo ex oībus iſtis ꝙ cōtra abſenteꝫ qui habet pro ꝯfeſſo non poteſt ꝓcedi ad ꝯdemnationem quando iudici liqueret aliquid per quod apparet illud non eſſe maleficium.ſecus ſi ei apparet aliquid per quod poterat ille ſe tueri.maleficium tamen remanet commiſſum:vt ex predictis apparet.

**In accuſatorem.** Dic đ hoc vt dixi.đ. ad turpil.l.i.§.ſi quis autem.

**Refert.** De hoc.§.dic vt dicaꝫ in.l.reſpiciendum.§.delinquūt.j.e.

a **I quis.** Nota hoc principiuꝫ. Contra hoc op.ꝙ pena debeat differri:vt.l.is qui reus in fi. .đ.de publi.iudi.cū ſua glo.So.ibi differt propter accuſationē ante ſniam inchoatam:nō aūt differtur propter id quod allegabat poſt ſniaꝫ. ¶ Itē op.C.de bo.dam.l.i.So.pena differtur ad poſtulationē alterius ſcilꝫ dñi:vt ſibi reddat rōnem non ad poſtulationē dānati. ¶ Iteꝫ ad ideꝫ oppo.đ.ti.i.l.i.in fi. Rñdeo pena differtur motu iudicis:vt ibi.non ad poſtulationē ipſius damnati:vel aliter.ibi allegabat aliquid ꝓpter quod oſtendebat delictum non eſſe cōmiſſum: hic allegabat quedam extrinſeca.

Ex.§.ſequenti.

¶ An poteſtas poſſit cognoſcere de delicto cōmiſſo in eius famulum vel officialem.

**Si quos.** [b] Nota bonū caſum cōtra iſtum tex. habetis glo. de verbo ad verbum.đ.de offi.prefe.l.ſenatus.vbi dicit glo.ꝙ ſi officialis cōmittit delictum preſes

cū bar.hꝫ trāſit Pe.de ancha.in.c.canonū ſtatuta.de ꝯſti.in.v.circa iſta ꝯtra.⁊ ꝯſuluit bar.in ꝯſilio incip.dño Cy.de caſtro ſancti petri.vbi etiā tꝫ ꝙ vꝫ ſtatutū ꝙ teſtis nō redarguat ꝯuictus de falſo.⁊ ſequit ācha.in in.d.c.canonū ſtatuta.v.vlterius q̄ro vtrū valeat ſtatutū.⁊ vide do.an. in.c.vitatis.de do.⁊ ꝯtu.⁊ ad bar.h adde bal.in.l.ij.in.v.col.ff.ſi qs in ius voca.⁊ in.l.ſi eū in ꝑnc.maxime in lectu.antiqua.đ.ſi qs cautio.vbi limitat niſi ex forma libelli appareat de ipoſſibilitate accuſandi.l.ij.C.vt

nemo ꝑua.⁊ eius qđ nō.in.l.i.de offi.aſſeſſo.⁊ ſequit Pe.de ancha.in .d.l.ſi eū.in.v.ꝓterea.lꝫ ꝑſumptio iuris ⁊ de iur.⁊ cū deciſione bar.hic tranſit Pe.de ancha.in.d.c.canonum ſtatuta in fi.

b I qs.§.ſi qs.Circa dilatiōes executiōis ſnie criminalis.vide qđ

a no.bar.in.l.ij.§.fi.de cuſto.reo.⁊ glo.magiſtra.in.c.cū apud theſalonicaꝫ.xj. .q.iij.⁊ oino Saly.⁊ pau.de ca.i.l.ꝓ inſidias.C.q accuſare.et oino Bal.⁊ pau.de ca.in .l.addit⁹.C.de ap.⁊ ro.ſigula.⁊ āg.in.l.i.C.de bo.ꝓſcrip.⁊ are.in.§.penales.inſti.de acti.⁊ āg.in .l.ſi vendicari.ꝑ illū tex. .C.de pe.⁊ i auc.vt determinatus ſit nume.cleri.⁊ flori.in.l. .iiij.§.ſed ſi qs.ff.finiuꝫ regū.⁊ bal.in.c.i.i ti.an qui iterfecit fratrem dñi ſui vide q̄ dixi in.l.ꝑgnātes.đ.e.ti.⁊ ro.in rubri.de re iu.i fi.ſup gl.ordinaria in.l.is qui reus.de publi.iu.An ptās poſſit cognoſcere de officialibus ſuis delinquentib⁹. bar.ēt tāgit in.l.lex cornelia.ff.de i. iur.⁊ vide i l.magiſtratibus.de iiur.⁊ vide bar.⁊ bal.in.l.i.§.familie.ff.de publi.ēt ibi no.ꝙ qñ rector cognoſcit in cā ſui officialis ab illa ſnia non pōt appellari.h eſt tex.ſm vnā lec.⁊ doct.oēs i .d.l.ij.C.q.ap.

c ¶ Ptās. Adde quod no.bar.in.l.ſi quis obꝛepſerit.circa fi.đ.de fal. bene fac qđ habet i.c.i. in tex.⁊ glo. de penis.in .vj.⁊ per cano.in.c.cuꝫ veniſſet.de iudi.⁊ ibi qđ in ꝓlato an

nō poteſt cognoſcere.ſo.qñq̄ꝫ officialis delinq̄t in officio:⁊ tunc rector poteſt euꝫ punire.caſus eſt hic:⁊.l.ij.C.de ſpor.facit in auc.de mā.prin. .§.feſtinabis.⁊ de queſtore.§.maximū.Si vero delinqueret extra officiū in alium:tunc non poſſet iudex de eo cognoſcere:vt no.in.d.l.ſenat⁹. quia eſſet ſuſpectus iudex.ſed ſi crimen eſſet notoriū:ita ꝙ rector non haberet niſi punire:tūc poſſet.⁊ ita poteſt intelligi hec lex que nō loquitur niſi de puniendo.nō enim dicit de ꝓcedēdo aliquid.facit ad hoc quod no. Spe.in ti.de cōpe.iudi.adi.§.ſequitur.ver.item no. ¶ Quero quid ſi aliquis delinqueret ꝯtra officialeꝫ ⁊ etiā famulum:vtrū poteſtas[c] poſſit ꝓcedere.hāc.q. diſputauit Iaco.de are.quā ponit Cy.de vbo ad verbum.C.ne quis in ſua cauſa ius ſi.di.l.i.⁊ ponit determinationē ſuā in his verbis. Breuiter ſi quidem crimen eſt notoriū ipſe poteſt punire:qa ceſſat tunc ratio ſuſpitionis.ſicut enim ab executore nō appellat.eadem ratione executor non poſtulat vt ſuſpectus: vt.l.fi.C.de ſen. ita hic cū ſolam executionē habeat facere de notorio crimine.ar.ad hoc.l.ea quidē.C.de accuſa.⁊ canoniſte habent plene materiā de notorio crimine.qđ dic vt in Spe.de noto.crimi.ſi vero crimen non eſt notoriū:tunc ſi quidē delictū cōmittitur circa officiū principaliter non circa pſonam ſuā:tunc poteſt ꝓcedere ⁊ punire:vt hic ⁊ alijs.đ.allega.ll.ſi vero delinquit circa pſonaꝫ: tunc nō poteſt ꝓcedere:vt.l.ſenatus.đ.de offi. preſi.⁊.l.legē cor.đ.de iniur. Iſta fuit determinatio Innocen.extra de penis.c.fi.⁊ de ſen.exōmunica.c.ex parte.⁊ ibi plenius.

a **Ut damnum.**

**Hoſtes.** Ibi quāuis plene quādo aliquis moritur in tormētis:an iudex puniatur.dic vt dixi in.l.queſtionis.đ.ti. .i.⁊.l.gracchus.C.de adul.per Cy.

¶ Ex.§.ſequenti.

¶ Rumpens ꝯfinia debet ſtare duplicato tp̄e.

**Quiſq̄ꝫ.** Nota tex.ibi.ſed duplicare.⁊ ibi.ſ.ne illud ⁊c. No.ꝙ ille qui rumpit cōfinia debet ſtare duplicato tēpore[d].⁊ duplicatur illud qđ ſupereſt.qđ facit ad id quod dicit.inſti.de excep.§.tēporales.vbi dicit ꝙ ille qui petit ante tēpus duplicant inducie.⁊ intellige ꝙ duplicant inducie que ſupererant ꝑ hunc tex. ¶ Secundo nota ꝙ tēpus quo quis ſtetit in carcere nō duplicatur.ex quo potes notare ꝙ tēpus quo quis ſtat in carcere non cōputatur in tēpore exilij.ſed illud tempus cōputat a tempore quo acceſſit:vt.l.relegati.đ.e.

**Solent.** No.tex.ibi:carcere enim ⁊c. ſed cañ.ſeruant contrarium.

Ex.§.ſequenti.

¶ Seruus poteſt effici plus ſeruus ⁊ excōmunicatus plus excommunicatus ⁊ infamis plus infamatus.

poſſit eſſe iudex ⁊ teſtis in cā eccleſie.⁊ Imol.in.c.ſup.de teſti.⁊ in.c.venerabilis.de cēſi.⁊ vide glo.no.xviij.q.i.fi.c.ſicut alterius.quā no.allegat Imol.in.c.cū ꝯtingat.de fo.cōpe.⁊ ſpe.in ti.de cōpe.iudi.adi.§.ſequitur.verſi.Item no.⁊ in ti.de iudi.delegato.§.i.ver.ſed nūquid poſſit legatus.vide in.c.ex parte.el.i.de verbo.ſigni.

d Ut dānū.§.q̄ſq̄ꝫ.duplicato tp̄e.Rūpēs ꝯfinia đbet ſtare duplica

a to tp̄e.⁊ facit ille tex.ad q̄ōnem bar.in.l.ſenatus.§.fi.ad turpil.vi

de qꝺ dixi poſt bar. in repe. l. ſi pecunia. ff. ſi cer. pe. ⁊ adde Jmol. de rũpẽte ꝯſinia in. l. ita ſtipulatus. in antepe. col. de ṽ. ob. ff. ⁊ Jmol. in. d. l. ſi pecuniã. ⁊. l. ita ſunt ⁊c. ⁊ iſtis adde bar. ff. co. l. relegari. ⁊ bal. in. l. ſi poſſi doneũ. C. de infa. ⁊ adde qꝺ rũpẽs ꝯſinia dʒ capi ⁊ carcerari quouſqꝫ finitũ eſt tp̃s quo cõfinatus fuit. l. oẽs. ⁊ ibi bal. C. co. ti. de penis. ⁊ tẽpus quo qs ſtetit carcerat⁹ nõ duplicaẽ ⁊ vide q̃ dixi poſt bar. i. d. l. ſi pecuniã. ff. ſi cer. petatur.

**Deniqꝫ.** No. ex hoc. §. ſm gl. ꝙ ſuus efficitur plus ſeruus. ſic excõmunicatus poteſt plus excõmunicari: ⁊ infamatus infamari. ſimilem glo. habes in. l. ij. C. vt infra certum tempus queſtio cri. ter. ſic exbãnitus poteſt iterum bãniri[a]: vt no. in Spe. de accu. §. ſequitur. ver. qꝺ ſi aliquis. ¶ Ultimo vide glo. que incipit: vt ⁊. C. de ſen. paſ. ibi. §. ſi ſuus ſciẽte. ſed ibi fauore religionis: hic ex delicto. vnde ſic ſtatuitur in odium domini patientis vel tenẽtis talem ſeruum.

Ex. l. ſequenti.

¶ Clauſula has cõdemnationes proferrimus ſm formam ſtatutorũ ⁊ eatenus quatenus eſſet vltra formam caſſamus ⁊ annullamus ⁊ ad formam reducimus nihil operatur.

m **Oris.**

**Iſte fere.** Hic dicitur ꝙ̃ ſententia tenuit nec iudex poteſt liberare. ſed remittit ad principem. contra. ff. de iniuſto rup. teſta. l. ſi quis exhere. §. ſi qs fuerit. So. vt ibi. ¶ Ulterius op. de. l. ij. in fi. ff. e. ti. Sol. ibi loquitur in eo qui nullaʒ habebat iuriſditioneʒ cognoſcendi de cauſa illa. hic vero in eo qui habebat poteſtatem cognoſcẽdi. ſed in impoſitione pene exceſſit quã ipſe poſtea mutare non poterit: vt hic vides tex. ſed hoc non poteſt efficere ⁊c. ex hoc no. hic caſum ꝙ iudices in fine ſententiarum apponunt cõmuniter vnã clauſulaʒ[b] huius tenoris. has cõdemnatiões proferrimus ſm formam ſtatutoꝝ: ⁊ eatenus quatenus eſſet vltra vel preter formam ſtatutoꝝ caſſamus ⁊ annullamus: ⁊ ad formaʒ ſtatutorum reducimus. certe non poſſunt hoc facere poſt iaʒ latã ſñiaʒ: vt hic vides. cum ergo preceſſerit verbum[c] condemnamus eum in tantuʒ: illa clauſula nĩl operatur. preterea illa clauſula eſt incerta ⁊ incertitudinẽ continet. ergo non valet: vt. l. i. C. de ſen. que ſi. cer. quanti. ⁊ ita diſputauit Ja. de bel. de hac clauſula dixi plene in. l. iudex. ff. de re iudic. ¶ Ultimo vide glo. que incipit vſqꝫ ibi. l. libelloꝝ. So. h̃ agiẽ de p̃uilegio. ibi agiẽ de iure cõi.

Ex. l. ſequenti.

¶ Bãnatus ire in exilium ſi antequã vadat delinquat vt exul punitur.

i **A ſeruorum.** [d] Nota ꝙ ſtatim lata ſententia quis mutat ſtatum. cõtra. ff. de iniuſto rup. teſt. l. ſi quis exheredatus. §. ei⁹. glo. ſol. ⁊ bene. ¶ Ulterius no. ex hac. l. pro his qui condemnantur in hac ciuitate vt debeãt ſtare in exilio tanto tempore: ꝙ ſi antequã vadant deliquerint puniuẽ vt exules. caſus eſt hic.

**In perſonis.** [e] No. tex. ibi: quia ⁊ ſolus. ⁊ ſic no. ꝙ pena corp̃alis eſt grauior quauis pecuniaria. materiaʒ huius. §. habetis plene in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui notantur infamia. ⁊ per docto. in. l. ⁊ ſi poſſidoneuʒ. ⁊. l. ⁊ ſi ſeuerior. C. de his qui notantur infamia.

Ex. §. ſequenti.

a ¶ Deniqꝫ. Jteʒ bãniri An auteʒ iudex ſecularis poſſet hodie ad p̃petuuʒ carcerẽ dãnare. vide poſt bar. i. l. ij. ff. de publi. iud. ⁊ qñ qs poſſet in carcere detineri. vide bal. in. l. nemo. C. ꝺ epiſco. audi.

b ¶ Oris. §. iſte fere. vnaʒ clauſulã. Uide bal. in. l. ſi dubiũ in. vij. col. C. de lega. ⁊ in. viij. col. de itellectu huius tex.

c ¶ Preceſſerit ṽbũ. vide tñ qꝺ no. in. l. qd tñ. § ſi arbiter. ff. de arbi.

d ¶ A ſeruoꝝ. No. ꝙ q dʒ ire i exiliũ: ſi ante q̃ʒ vadat delinquat puniẽ vt exul. ⁊ videẽ ãge. hic intelligere hanc. l. ſi poſtq̃ʒ debuit ire delinquat: alias ſua cõtumacia eẽt ſibi p̃ficua qꝺ eſt abſurdũ: vt. ff. l. pri. §. ſi qs. ff. e. ⁊ in. l. relegati. idẽ ſi in locũ nõdũ potuit p̃uenire ad quẽ ire tenebaẽ. caſus ẽ hic no. ⁊. §. hodie. inſti. de excep. ad de Jmol. q hoc p̃ſequiẽ in. l. ita ſtipulatus. in ãte penultri. col. de ver. obli.

e ¶ In p̃ſonis. viꝺ bar. in. l. i. i fi. ff. eo. ⁊ ibi oio vide. ⁊ vide bar. in. l. iij. in p̃n. de teſta. ⁊ no. ꝙ ois pena corp̃alis q̃uis modica ẽ attẽdẽda. qꝺ limita ſingu. vt p̃ bal. in. l. i. ff. e. ti. ⁊ vide Ja. bu. in. l. magiſtratibus. ff. de iuriſdic. om. iudi. ⁊ no. in. l. preſbyteri. C. de epiſco. ⁊ cleri. ⁊ vide bar. in. l. leuia. ff. de accuſa.

f Eſpicienduʒ. §. furta. ⁊ vide quod no. bar. in. l. ſi quis vxori. ff. de fur. ⁊ in. l. pretoꝛ. §. quedam. de iniur.

g ¶ Furtũ leue. Que dicanẽ furta leuia. vide i. l. leuia. de accu. ⁊ adde. l. ſi libert⁹. de fur. ⁊ bal. in. l. pe. in fi. C. de fur. adde bonã gl. i. c. i. qualiter vaſallus iura. de. ⁊ bal. in. l. ij. C. de teſti. ⁊ in. c. i. §. iniuria. in ti. de pa. iura. fir. ⁊ ad iſtũ tex. vide no. q. quam poſui p⁹ bar. i. l. iniuriaꝝ. §. i. ff. de iniur.

¶ Quod furtum dicaẽ magnum vel paruum ⁊ que dicantur perſone domeſtice.

r **Eſpiciendum.**

**Furta.** [f] Hic eſt bonus caſus. No. hic ꝙ licet fiat furtum ab iſtis perſonis tamen criminaliter non veniunt puniẽde. Jdem dico in vxore ſubtrahente viro: licet eniʒ poſſit agi ciuiliter: vt. l. i. ⁊. l. ſe. ff. re. amo. tamen criminaliter non poſſunt accuſari ſi furtũ eſt leue. Dicitur autem furtum leue[g]: vel magnũ ſm qualitatem ⁊ quãtitatem rei ſubtracte: vt no. ĩ. de regu. iur. l. ad ea. ¶ Ultimo no. hunc textuʒ que dicantur perſone domeſtice que repellũtur a teſtimonio. ſ. que in domo morantur. iſto modo quo dicitur hic. de hoc concordantie ſunt ĩ glo. que incipit: nota ⁊c. ⁊ haberis aliam glo. in ſti. de teſta. §. in teſtibus. ⁊. C. de teſti. l. etiam. et in ſpe. de teſte. §. i. ver. iteʒ excipitur ꝙ domeſticus. ⁊ ver. ſe. ⁊ ver. quid ſi teſtis domeſticus. ⁊ p̃ Jnno. extra de teſti. c. ex litteris.

Ex. §. ſequenti.

¶ Qualiter delictum fiat proditorie ⁊ qualiter impetu. Et an maleficium in ebrietate cõmiſſuʒ veniat puniendum. Et quando propter culpaʒ leuem ⁊ leuiſſimam quis veniat puniendus. Et an puniri debeat qui percuſſit ticiũ volens percutere ſeium.

**Delinquunt.** Aduertatis dicitur hic aut p̃poſito delictum fit quandoqꝫ ex propoſito antecedenti. ⁊ iſtud delictum committitur duobus modis. vno modo inſultando. eſt autem inſultus[h] in alium ſaltus: vt probatur in. l. i. §. cum arietes. ff. ſi qua. pau. fe. dicatur. ⁊. l. is qui aggreſſoreʒ. C. ad. l. corne. de ſicca. alio modo committitur ex propoſito proditorie. eſt autem p̃dere vnuʒ actibus oſtendere: aliud in mẽte gerere: vt no. ff. de preua. l. i. ⁊. ff. ad. l. iul. maie. l. iiij. in principio. ⁊ ideo ſi veniens tecum tanquam ſocius itineris nulla interueniente rixa te percutio nõ poſſum dici contra te feciſſe inſultum: ſed dicor hoc feciſſe proditorie[i]: quia aliud gerebam in animo ꝙ̃ illud quod gerebam in actu. pro hoc. C. de delato. l. finali. libro decimo. vel ſi ſedẽs tecum in menſa hoc faciebam. vel ſi cũ tibi eſſeʒ amicus ſaltim inter te ⁊ me nullus erat rancor percuſſi te de retro. ſecus ſi eſſes mihi inimicus: ita ꝙ eſſet rancor inter te ⁊ me: ⁊ tunc te proditorie non percutio: quia illud quod facio in actibus oſtendebam. ſcilicet me tibi deſeruire velle. ſequitur in textu aut impetu. dicitur contrahi maleficiuʒ impetu quando inter duos ſimul inſtantes oritur ſubito rixa ſeu propter verbum nouum vel contentionem nouiter emergentem ſeu propter ebrietatem: vt hic dicit tex. ad hoc facit. l. ſi in rixa. ff. de ſic. ⁊. ĩ. e. l. aut facta. §. qualitate. ⁊ tunc in illo maleficio non poteſt dici inſultus commiſſus: nec poteſt dici factum proditorie: ſed impetu ⁊ rixa. ¶ Sed quero an maleficium factum in ebrietate[k] veniat puniendum. hic habes tex. ꝙ ſic. p̃ hoc. ĩ. de re mili. l. omne

h ¶ Delinquũt. inſult⁹. De hac materia de inſultu vide poſt glo. i. l. q de crie. C. ꝺ accuſa. p̃ bar. i. l. ij. in ver. iuẽ hoc q̃ro. ff. de priua. delic. ⁊ per do. ãg. i tractatu maleficioꝝ. in ver. fecit inſultũ i. i. col. ⁊ qd ſi qs ſimpliciter minatus. ſed non vulnerauit. vide tex. ſingu. in. l. item apud. §. i. C. de iniu. ⁊ vide bal. in. c. i. §. ſimiliter qui. mo. ſeu. amit. ⁊ ãg. i. l. ſi vãcãtia. in. ix. car. C. de bo. vacã. li. x. ⁊ bar. in. l. i. in p̃n. ff. ſi q̃dru. pauſeciſ. dicaẽ.

i ¶ Feciſſe proditorie. Quis dicaẽ p̃ditoꝛ vide bal. in. c. i. q. mo. ſeu. ami. ⁊ quot mõis dicaẽ p̃roditoꝛ. vide gl. xlvj. diſtin. clericus. et Jo. an. in. c. i. de homi. i. vj. in nouella. quem refert Bal. in auẽ. itẽ nulla cõitas. C. de epi. ⁊ cle. Pe. de ancha. in cle. i. §. qꝛ ṽo. de ſta. mo. dicit ꝙ p̃ditoꝛ eſt qui ſecreta ſibi ꝯmiſſa reuelat. de pe. diſtin. vj. ſacerdos. de pe. ⁊ remiſ. c. ois. ⁊ viꝺ tex. ij. q. vij. c. i. §. ꝺ his. alij modi ponũtur i. d. c. cleric⁹. xlvj. di. fac. ĩ. e. l. ſi qs. §. trãſfugas. ⁊ de re mi. l. oẽs. §. explatores. ⁊ i. §. p̃ditores. ⁊ viꝺ pe. ꝺ ãch. i. c. i. ꝺ homi. ⁊ viꝺ. l. ij. ⁊ ibi bal. C. q̃ res expoꝛ. ⁊ bal. ⁊ ãg. i. l. i. i p̃n. ff. ꝺ pac. i p̃n. Jtẽ venenatio ñ ẽ ſine p̃ditõe. bal. i. l. cũ homi. i p̃n. C. ꝺ his q. vt idig. ⁊ i. l. fi. i vlti. col. de ſum. tri. ⁊ fi. catho.

k ¶ Factũ in ebrietate. an delictum

factum cũ ebrio puniatur. ſed nunquid contractus factus ab eo teneat. vide in. l. dolum. §. inſidijs. de dolo. adde quod Saly. in. l. diuus adrianus de ſiccar. in fi. dicit ꝙ Cy. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. ⁊ cleri. dicit ciuilem. i. pecuniariam non criminalem. ſ. corporalem penã imponi. l. qui edes. ff. de incen. rui. ⁊ naufra. bar. ſm eum dicit corporalem imponi ſed minorez per iſtũ tex. cũ hic no. in glo. i. h opinio placet ſalyce. vbi delictũ concernat rẽ familiarẽ. d. l. qui edes. Secũda opi. placz ſibi vbi delictũ nõ ꝯcernat rẽ familiarẽ. de quo etiã aliquid vide p flor. in. l. ⁊ ſi quẽ cũqz. §. iniuriã. circa pn. ad. l. aquil. ⁊ per bal. in. l. data i. v. col. C. qui accuſa. ⁊ quid de eo qui ꝑpter ſupbiã ⁊ idignationẽ deliquit ſeu inſtrumẽtũ lacerauit. dic ꝙ punit ex ordinarie: vt ſingu. nota. bal. in. l. i. C. de fi. inſtru. poſt Jo. an. in. c. accepimus. eo. ti. ⁊ ad bar. h ad de quod no. bal. in. l. i. in repe. vñ vi. i vlti. col. ſeu car. ⁊ qd de dormiẽte. vide in. l. pe. ff. de parri. ⁊ vide glo. i. q. i. c. ſane. ⁊ in. c. obuiauerũt. ⁊ in. c. merito. que dicit qđ miti⁹ punit p Ja. de bel. ⁊ bal. in. l. ſi quis nõ dicã rapere. C. de epi. ⁊ cle. bal. in. d. l. data opa. in. v. col. ad de gl. xiij. q. iiij. ⁊ glo. fi. bal. ⁊ Saly. vbi dicit ibi in. d. l. dolum. Ro. in. l. i. in prin. in. iiij. colũ. de ver. obli. ⁊ tex. in dicto. c. ſane. xv. q. i. c. vnuſquiſqz. dicit ꝙ nõ tenet miſſio facta ab ebrio. vide glo. i. q. i. c. diuidit. an autem valeat ꝯtractus ab initio factus: dic ꝙ nõ. ij. q. iij. ſi quis nutus. ⁊ qui dicit ſe calore feciſſe: debet probare: vt ibi de diuortijs in. c. ſignificauit. ⁊ de ebrio. vide Ro. in. d. l. i. in prin. de ver. obli. de ebrio. vide reliqua in. l. dolum. C. de dolo. vbi dicam latius. ⁊ h per do. bar.

delictum. §. qui ſe. ¶ Uenio ad tertiũ[a]. dicitur in tex. aut caſu. iſtud quod hic dicitur caſu itelligit glo. dũtamen ibi ſit aliqua culpa[b] ſcilicet lata leuis vt leuiſſima. alias ſi nulla eſſet culpa non puniretur: vt. l. abſentem in fi. ff. eo. tenet ergo glo. ꝙ propter culpam leuem ⁊ leuiſſimam veniat puniendus criminaliter. de lata non eſt dubiũ: vt. l. in lege. ff. ad. l. cor. de ſic. ſed dominus Cy. videtur tenere contrarium in. l. ſi quis non dicam rapere in fi. C. de epiſco. ⁊ cleri. vbi dicit ꝙ pro leui ⁊ leuiſſima culpa non agitur criminaliter. ſed male dicit ⁊ contra hunc tex. pro hoc. l. qui edes. ff. de incen. rui. nau. tamen mitius punietur. Querit glo. quid ſi aliquis delinquit per ignorantiam iuris. glo. diſtinguit[c]. aut errauit in iure ciuili: aut naturali: vel genum: quod proſequere: vt per Dy. in. c. iuris ignorantia. de regulis iuris. libro. vj. Ea que dixi ꝙ pro culpa leui vel leuiſſima quis punitur intellige ſm ea q̃ dixi in. l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulte. in princi. ⁊. l. in lege. ff. ad. l. corne. de ſicca. quia eſt verum in maleficijs que in certam perſonam inferuntur: vt hic. alias ſecus: vt dicta. l. ſi adulterium cũ inceſtu. ¶ Ultimo pone ꝙ volebam percutere ticium: percuſſi ſeium: vtruz puniar[o]. hic videtur tex. ꝙ non: quia ſi volebam percutere feram ⁊ percuſſi hominem non teneor. certe veritas eſt in cõtrarium: vt. l. eum qui. §. pe. ⁊ fi. ff. de iniur. ⁊. l. ſcientiam. §. fi. ff. ad. l. aquili. nec ob. hec. l. quia hic dabat operam rei licite. ſed in. q. noſtra dabat operam rei illicite.

q **Uod ad ſtatum.** Hic ẽ bonus tex. ¶ Op. ꝙ talis ſententia non valeat: quia continet expreſſum iuris errorem: quia condemnat aliter q̃ debeat. dicit glo. certe non continet quia pena poteſt augeri vel minui arbitrio iudicis ex genere: ergo pene non ex cã ſit iſta mutatio ſtatus. ¶ Op. de. l. ictus fuſtiũ. C. de his qui notã. infa. vbi debet inſpici cauſa. So. quando infertur pena mortis nunquam inſpicitur cauſa: ſed ſolum pena. caſus eſt hic. ſed quando infertur alia pena: tunc inſpicimus penam ⁊ cauſam: vt. l. contraria.

¶ Ex. l. ſequenti.

¶ Quando iudex poſſit augere vel minuere penam. Et quando pena eſt extraordinaria qualiter dicatur augere vel minui.

a ¶ Uenio ad tertiũ. Jo. an. de hoc no. in. c. accepimus. de fi. inſtrumẽ. ⁊ no. hic de maleficio cõmiſſo caſu: qr in materia differt caſus fortuitus a caſu iprouiſo: vt ſingu. per bal. C. de ſicca. facit. c. lator. de homi. de quo caſu an de improuiſo an de fortuitu. vide. l. i. ff. de leg. ⁊ bal. in. d. l. ſi qs non dicam rapere. C. de epiſco. ⁊ cleri. in. iiij. colum. in ver. iiij. cũ in fi. ⁊ vide in. l. abſentem. ff. eo. ti.

b ¶ Culpa lata. An delictũ pro culpa cõmiſſuz puniatur criminaliter. vide. l. cuz autẽ. §. capitalem fraudẽ. ff. de edi. edic. vide etiam tex. in. l. i. ff. de legi. ⁊ ibi Cy. alias dic vt ibi per bar. adde quod no. Dy. ⁊ ibi vide p bar. in. l. ij. ff. de offi. prefec. vigil. ⁊ bonum tex. in. l. capitalium. §. qui inimicitias. ibi vel modice. j. eo. ⁊ angel de are. in tracta. ſuo. malefi. in vẽſi. incendiario. in. ij. colum. adde ꝙ inquãtũ glo. hic dicit de leuiſſima culpa puniri intellige quo ad dammum ex. l. acquil. vt in. l. lege acquil. la. ij. ad. l. aquil. ff. ⁊ adde caſum ſingularem in quo lata culpa dolo equiparatur ſeu comparatur in criminalibus quo ad penam corporalem in. l. milites. ff. de cuſto. reo. ⁊ no. in. l. penulti. C. eo. titu. ⁊ no. And. de piſis in accuſationibus in ti. de in lit. iur. ⁊ ibi per alios. ⁊ vide Angel. in. l. is qui cum telo. C. de ſicca. ⁊ quod legitur ⁊ no. per Pe. de ancha. in cle. i. de homici. ⁊ Cy. ⁊ Bal. in. d. l. data opera. in. iiij. col. C. qui accu. non poſſunt.

c ¶ Glo. diſtinguit. vide Saly. in. l. ſenat⁹. C. de his qui i teſta. ſe aſcr. per barto. in. l. vi. de priua. delic. per Bal. in. l. ex morte. ad. l. acquili. per Bal. in. l. pignus. in vlt. col. de pig. acti. per Jaco. de belui. in. l. ſi qs nõ dicã rapere. de epi. ⁊ cle. ⁊ do. anto. ⁊ Jmol. in. c. ij. de cõſti.

d ¶ Utrum puniar. Et Bar. dubitauit in. l. quis ſeruo. ff. de iniur. Angel. hic dicit ꝙ iura hic allegata p bar. non ꝓbant. vnde dic ꝙ non tenetur iniuriarũ: qr ceſſat affectio iniuriandi: ſed tenet acquilia propter culpam. d. l. ſcientiã. punietur ergo arbitrio iudicis: ut de delicto caſu cõmiſſo: vt hic. ⁊. ff. eo. l. abſentem. §. fi. ſm eũ. uide qđ no. Barto. in. l. diuus. ff. de ſicca.

b **Odie.** [c] ¶ Oppo. ꝙ iudex non poſſit mutare penam: vt. l. i. §. i. ff. ad turpil. Reſpondeo q̃dam ſunt crimina ordinaria que habent penaz ordinatam: tunc iudex poteſt augere: vel minuere: tamen cauſa cognita: vt dicta. l. quid[e] ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infa. ſed ſi non habent penam limitatam: tunc iudex imponit penam ſuo arbitrio[f]: vt videbitis. j. e. l. ſanctio legum. ⁊. ff. de crimi. ſtel. l. ij. ⁊. l. lege. §. hodie. ff. ad. l. iul. repe. ¶ Querit glo. quãdo pena eſt extraordinaria quomodo dicitur pena augeri vel minui. dicit glo. reſpectu eius qđ fieri cõſueuit. ita dicit glo. hic. ⁊ dicta. l. qd ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infa.

Ex. l. ſequenti.

¶ An plus vilis q̃ poſitus in dignitate puniri debeat.

q **Uedam.** No. ꝙ plus punit[g] poſitus in dignitate q̃ vilis. ¶ Oppo. glo. de. l. pedius. ff. de incen. rui. nau. §. i. ⁊ in. l. iij. §. pe. ff. de ſicca. cum ſi. So. dic aut delictum cedit in derogationem officij vel dignitatis. ⁊ tunc plus punit exiſtens in dignitate q̃ alius: vt hic. Si vero non cedit in derogationem officij vel dignitatis. tũc aut tractatur de iponenda pena corporali ⁊ magis punitur minor q̃ maior: vt. l. pedius. cũ ſuis concor. Si vero pecunialiter: tunc magis punitur maior q̃ minor: vt. l. properandũ. §. ſinautẽ vtraqz. C. de iudi. ⁊ probatur. C. de ꝯduc. ⁊ procu. do. aug. l. i. li. xi. ita dicebat Dy. ⁊ do. Oldra. al' autem generaliter loquendo quando paupertas vel diuitie noceant vel ꝓſint. dic per Cy. C. de epiſco. ⁊ cle. l. ſi quis ad declinandam.

d **Iuus.** Iſte leges que dicunt ꝙ decurionibus iſte pene non imponantur non ſeruant per ſtatuta terrarum que generaliter loquuntur.

Ex. l. ſequenti.

¶ Maleficiuz quot modis ſumatur. ⁊ an ſtante ſtatuto ꝙ pro maleficijs cõmiſſis de nocte pene duplicentur non habebit locum in verbis iniurioſis.

a **Ut facta.** [b] Iſta. l. ponit vnã materiaz pulchrã. Ex iſto principio nota ꝙ quedam ſunt malefacta: quedã maledicta: quedã maleſcripta: q̃daz

e Odie b Uide quod no. gl. ⁊ bal. i. l. nemo clericus. C. de ſum. tri. dic tñ bar. i. l. i. in. vj. col. C. ex delic. defunc. quod ubi a lege uel ſtatuto eſt ſtatuta certa pena pecuniaria iudex non habet arbitrium per. l. ſi qua pena. j. de uerborum ſignificatione in fi. ⁊ in. l. fi. in ultima columna. C. de proba. ⁊. l. quid ergo. per bar. in. §. pena grauior. ⁊ ibi no. ff. de infami. ⁊ quando quis non delinquit. ſz ſimpliciter facit contra preceptum legis punitur arbitrio iudicis. glo. eſt in. l. nemo martires. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ ibi Barto. ⁊ Bal. in. l. legis uirtus. de legi. ff. ad id quod dixi an iudex habeat arbitrium in penis ſtatuti. uide Bal. in. l. i. C. ſi aduer. delic. in quo etiam uide ſingu. glo. in. l. ſi qua pena. j. de uerborum ſignificatione. ⁊ ibi illum textum. no. bar. ⁊ uide ibi quando iudex excedit modum an poſſit appellari. ⁊ in dicta. l. nemo clericus. ⁊ per Baldum dicitur ꝙ punitur magis nobilis q̃z ignobilis.

f ¶ Suo arbitrio. An ſi iudex habet arbitrium imponendi penã an poſſit appellari. vide bar. poſt glo. in. l. ſi qua pena. de verbo. ſignifica. adde quod dixit Jmol. in. c. i. de conſti. propter terribiles caſus licitum eſt leges tranſgredi. Bal. in. c. i. qui. mo. feu. amit.

g q Uedã. plus punit. An plus puniat nobilis q̃z ignobilis. per bal. in. l. fi. C. de ſum. tri. ⁊ Cy. ff. de ui ⁊ ui ar. l. pedius. cum concordantijs. ſi uero pecunialiter tũc magis maior q̃z minor punitur.

b a Ut facta. uide bal. in. l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. ꝙ dicat maleficium. ⁊ in. l. i. C. ſi aduer. delic.

maleconſulta. Contra quia oĩa crimina dicunt maleficia: vt .l. ex maleficijs in princ. ẜ. de accu. ⁊ obli. ⁊ inſti. de obl. que ex deli. naſ. in prin. Pro huiuſmodi declaratione debes ſcire qd importat delictum[a]: quid crimen: quod dic vt no. C. ſi aduer. delic. l. i. Circa maleficium[b] dico ꝙ quandoq; ſumitur large. ⁊ tunc omne maleficiũ comprehendit ſiue fiat re ſiue verbis: vt in cõtrario. Quandoq; ſumitur ſtricte. ⁊ tunc accipitur pro eo quod cõmittitur facto: quia maleficium dicitur quaſi malefactum. ⁊ ideo nõ comprehendit maledictum vel maleſcriptum: vt hic. ⁊ per hoc dico ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ ĩ maleficijs cõmiſſis de nocte pene duplicentur: ꝙ hoc non habebit locum in verbis iniurioſis[c]: ⁊ ſi. quia in tali ſtatuto odioſo debemus accipere verba ſtricte: vt ſit benignior interpretatio: vt .l. interpretatiõe. ⁊ .l. ſi preſes. ĩ. eo. Simile in macedoniano cũ ſit odioſum verbum pecunie ſtricte accipit: vt plene dixi. ẜ. de leg. i. l. talis ſcriptura. Quid de illo qui cõſilium malum dedit de nocte. Reſpõdeo non duplicatur pena. ideo quia de nocte principaliter: ſed ideo quia debet puniri ea pena qua principalis delinquens. qđ dic vt dixi. ẜ. de fur. .l. is qui opem. non habetis alia.

Ex. §. ſequenti.

ℂ Facta pace ĩter te ⁊ me ego percuſſi te an ſit rupta pax.

**Cauſa.** Dicit hic cauſa ⁊c̃. de hac correctione quis habeat poteſtatẽ corrigendi. dic vt .C. de emen. ſeruo. ⁊ de emenda. propin. ℂ Quero cum tu ⁊ ego eſſemus inimici fecimus pacem: demuz ego percuſſi te. queritur an pax videat rupta. Breuiter dico ꝙ conſideranda eſt cauſa. nam ſicut dicimus in tranſactione per quam receditur a lite: vt .l. ſi fratris .C. de tranſac. ⁊ iureiurãdo. quod eſt finis litiũ: vt .l. i. ẜ. de iureiur. videtur quis contra ſentẽtiã venire ⁊ tranſactionem quando agit ex cã ante deciſa ⁊ terminata: vt .l. cum queritur. ẜ. de re iudi. ⁊ .l. ſi de certa. C. de tranſac. Sed ſi ageret ex noua cauſa non diceretur venire contra tranſactionem vel ſententiam: vt in .d. ll. ita in propoſito. ſi ego percuſſi te ex cauſa antecedenti propter quam fueram tibi inimicus: de qua fuerat facta pax: tunc rumpo pacem. ſed ſi ego te percuterem ex cauſa ſuperuenienti de nouo: qa de nouo ſuperuenit inter te ⁊ me rixa ex ioco vel ex ebrietate: tunc non rumpo pacez[d]: ſed de nouo facio ⁊ ex noua cauſa: aut non retracto veterem cauſam rumpendo pacem. pro hoc facit quod hic dicitur in maleficijs eſſe conſiderandam cauſam.

**Perſona.** Circa perſonam inferentis habuiſtis plene tractatum. ẜ. e. l. i. in princi. circa perſonam eius cui infertur puto idem: vt debeamus inſpicere tẽpus cõmiſſi delicti: vt .l. iniuriarum. ẜ. de iniur.

Ex. §. ſequenti.

ℂ Stante ſtatuto ꝙ ſi maleficium fiat in eccleſia vel in domibus eccleſie pene duplicentur et etiam ſtante alio ſtatuto ꝙ cõmittens ſacrilegiũ puniatur in mille: an ſi quis cõmittat ſacrilegiũ extrahendo aliquid ab eccleſia debeat puniri in duplum. Et ſtante ſtatuto ꝙ in maleficijs in palatio pene duplicentur. Et ſtante alio ꝙ pro accuſatione falſa imponitur certa pena: an pro accuſatione pena debeat duplicari.

**Locus.** Dicit ſtatutum ꝙ ſi meficium fiat in eccleſia vel in domibus eccleſie pene duplicentur. Alio ſtatuto cauetur ꝙ ſi quis cõmiſerit ſacrilegium puniatur in mille. aliquis cõmiſit ſacrilegium aliquod ſacruz de eccleſia ſubtrahendo duplicabitur ne pena. certe dico ꝙ non. nam cum ſacrilegium non poſſit alibi cõmitti ꝙ̃ in eccleſia: vt ĥ. ⁊ ẜ. ad .l. iul. pecu. l. diui. ideo non poteſt fieri duplicatio: quia illud dicitur duplicari quod alias erat ſimplandum: vt .l. ſi cum exceptipne. §. triplicanduz. ẜ. quod metus cauſa. ⁊ .l. hoc edicto in fi. ẜ. de publi. ſed ſimplum non reperitur alias: quia alibi non poteſt cõmitti ꝙ̃ in eccleſia: ergo nõ poteſt duplicari. Preterea conſideratio illius loci eſt habita in eo ſtatuto quod punit ſacrilegiũ: quia alibi ꝙ̃ in loco ſacro non poteſt cõmitti ſi ex vigore alterius ſtatuti tu duplicares penam. ergo bis haberetur conſideratio iſtius loci. ⁊ ſic bis puniretur de eodez delicto. contra .l. ſenatus. ẜ. de accu. ⁊ .l. pe. §. fi. ẜ. nau. cau. ſta. Et idem dico. dicit ſtatutum hic ꝙ in maleficijs in palatio cõmiſſis pene duplicent. Alio ſtatuto imponit pena certa pro falſa accuſatiõe: duplicabitur ne pena. puto ꝙ nõ: quia falſa accuſatio non ꝓducitur alibi ꝙ̃ in palatio. ergo ⁊c̃. per rõnes predictas nam illa verba que dicũt ꝙ in maleficijs duplicentur pene: debẽt intelligi de penis maleficiorum que indifferenter cõmittunt in quolibet loco: non de illis maleficijs que cõmittunt in palatio: ita ꝙ non alibi. Sed quid de eo qui fert falſum teſtimonium in palatio: an pena duplicabitur: videt ꝙ ſic: quia falſum teſtimoniuz poteſt fieri etiam extra palatium coram arbitris cõtra puto. nam lex debet referri ad ea que frequenter accidunt: vt .l. nam ad ea. ẜ. de leg. cuz ergo frequenter accidit ꝙ iſtud fiat in palatio lex que imponit certam penam contra ferentes falſa teſtimonia habuit conſiderationem loci in quo frequẽter fit. ⁊ ideo lex generaliter loquẽs de duplicandis penis in palatio non poteſt referri ad illas penas in quibus illius loci cõſideratio non eſt habita.

Ex. §. ſequenti.

ℂ Stante ſtatuto ꝙ ſcholaris debeat tractari vt ciuis. Si ſcholaris diu abfuerit: an debeat vt ciuis tractari: ⁊ an ſero vel mane dicatur dies vel nox.

a ℂ Importat delictum. Exceſſus autem comprehendit omne maleficiũ vt dicit Bal. in .l. ſi qs i hoc genus. C. de epiſcopis ⁊ clericis. facit extra de exceſ. prela. per totum.

b ℂ Circa maleficium. Adde ꝙ etiam delictum commiſſum in non faciendo ſcire delictum: vt in .l. mora. ⁊ ibi glo. ⁊ ibi dixi ſolu. matrimo. et ibi vide do. meuz. ⁊ gloſa. in regula delictum. in glo. mag. de reg. iur. in ſexto. que declarat qd ſit delictum commiſſum faciendo et omittendo. ⁊ vide que dixi in .l. licitatio. §. qđ illicite. đ publi. et dicit Bal. in auc̃. ſacramenta. in .i. colũna. ſi aduer. vẽ. ꝙ vis ⁊ metus eſt maleficium: dixi in .l. iniuriarum. §. i. ẜ. de iniur.

c ℂ Verbis iniurioſis. vide dominuz angelum in tractatu maleficiorũ in verbo iniurioſe. ⁊ ſic ſi comprehendit blaſphemiam verbũ iniurioſum. ſed in cõtrarium glo. eſt inſti. de obli. que ex delic. naſcuntur i prin. que incipit: ſed nõ ne in fi. ⁊ gl. in .l. ex maleficijs in principio de act. ⁊ obligati. ⁊ ita cõmuniter practicatur. ⁊ cõmunis opi. tenz cõtra Bar. ꝙ blaſphemia ſit delictum: habes textũ in corpore autentice: vt non luxu. contra natu. poſt princi. in tribus partibꝰ illius tex. et ſi duplicatur pena in maleficijs an duplicetur vbi verbo delinquitur colligitur ⁊ notatur p Pau. đ liaz. de peni. ⁊ remiſ. i glo. ordinaria. vide que no. Bal. in .l. ignorantia in fi. C. de crimi. ſtellio. libro .x. in .l. ij. C. de rebus creditis. ⁊ an maleficium comprehendat delictum an cõmittendo. Bar. in .l. omne. §. ex cõtumacia. ĩ. de re mili. ⁊ Bal. in .l. ignorantia. C. de crimi. ſtellio. ⁊ adde tex. no. in materia in .l. ſed ſi vnius. §. quedaz. de iniur. vbi iniuria que cõmittitur verbo dicitur maleficiũ. ⁊ vide ad hoc aret. in maleſi. in dicto ver. iniurioſe.

d ℂ Cauſa. non rumpo pacem. Si duo fecerunt pacem ſimul poſtea ſe offenderunt ex noua cauſa non dicitur pax rupta. quod tene menti quia hoc ſequitur Bal. in .c. i. de pa. tenen. ⁊ Anto. de but. ⁊ Jmol. in .c. ij. de renun. ⁊ adde Jmol. ⁊ An. de bu. in .c. cum. p. ganfredus vbi tex. melior de corpore vtriuſq; pro iſta parte ⁊ queſtione. de renun. ⁊ idem Pau. de caſtro. in .l. qui ſeruum. ad fi. per illum textum. ẜ. de verbo. obligat. ⁊ quando pax ſumat ex antiqua cauſa. vide ſingul. Bal. in .l. ꝓdium. in pe. col. C. đ edi. ac. dicebat etiã ſignãter Barto. in .l. qui ſeruum. de ver. obli. ꝙ ſi fcã pace iter te ⁊ me mihi ſuperueniret iuſta cauſa te offẽdendi: vt qa me offendiſti: nõ dicor frangere pacem. ⁊ ibi vide plures remiſſiones in materia per do. meum. ⁊ Bar. idẽ tenet in .l. qro. §. inter locatorem. ff. locati. ⁊ vide in .c. cum in iure. de renun. ⁊ in .c. cum. p. ganfredus. c. ti. ⁊ quod no. bal. in .l. pactum. in .iij. ⁊ .iiij. q. C. đ colla. ⁊ bar. in .l. qui rome. §. duo fratres. i. vj. q. ẜ. de vb. obli. ⁊ in termino Bal. Bal. in .c. i. in princi. de pa. tenẽ. Jo. an. in .c. fi. de immuni. eccle. in nouella. ⁊ do. ãto. ⁊ Jmol. i .c. ij. de renũ. ⁊ Ro. in .l. ſemel mora. in .iiij. col. ſol. matr. Dicit etiam Bal. in .d. l. ꝓdiũ. in pe. col. de edi. acti. ꝙ ſi ꝓmitto pro attinẽtibus ꝙ non offendent: non intelligo ꝓmiſiſſe pro inimicitijs que eſſent inter eos. ⁊ ad Bar. hic ad de do. anto. ⁊ Jmol. i .d. c. cũ. p. ganfredus. ver. item querit. vide Bal. ſingu. ⁊ Joan. an. in regula fruſtra. in mercurialibus. pro hoc bene facit quod no. do. car. in clementi. prima. §. verum. in quarta queſtione deberet. ⁊ Pau. de caſt. in dicta .l. qui ſeruum. de verboruz obligatione in fi. ibi: ſed de nouo facio. ⁊ in .l. verum. ⁊ ibi in propoſito no. Bar. de fur. per Ro. late. in .l. licitatio. §. quod illicite. de publica. ADDE an ex cauſa noua dicatur pax rupta vltra Alexan. conſilio. cxv. quarto libro. ro. conſilio. clxxxiij. ⁊ cclviij.

a ℂ Tẽpus.formo tibi.q. An ſcholaris qui hꝫ ꝑuilegia ſi recedit ⁊ demũ reuertaſ: gaudeat ꝑuilegijs. vide in.l.filio.per bal.de lib.⁊ poſthu.⁊ ibi do.meꝰ.adde qð dixi poſt bar.in.d.l.naturaleꝫ.§.pauonũ.⁊ vide tex.in .l.de ↄſti.C.de aduo.diuer.iudi.⁊ Ro.in cõſi.cccxliiij.⁊ in.l.ſi vo.§.de viro.in.xxxiiij.fallen.ſolu.ma. ADDE bar.conſilio.cxxxv.

**Tempus.** In hoc.§.cõſideraſ tp̃s duobus modis. vno modo q̃titate. alio modo qualitate. q̃titate in primo exẽplo in quo diſcernit emãſorẽ a fugitiuo. nam emãſor eſt q vagat modico tpe. fugitiuus eſt qui prolixo tpe: vt.l.iij.š.emãſor.j.de re mili. In ſecundo exẽplo ↄſideraſ tp̃s qualitate: videlicet an ſit dies vel nox. ℂ Circa primum formo tibi.q.[a] Scholares debent tractari hic: vt ciues. modo quidã fuit ſcholaris qui ſtetit certo tpe quo non eſt reuerſus ad ſtudiũ. queritur an deſinat eẽ ſcholaris: ita ꝙ poſſit vt forẽſis offendi. videſ ꝙ ſic. nã eoipſo ꝙ perdit conſuetudinem reuertendi videſ perdere beneficiũ ſcholaris: vt.l.naturalem.§.pauonũ.⁊.§.ſe.š.de acq.re.do.⁊ inſti.de re.diui.§.pauonũ.⁊.§.ſe. Breuiter quãdo ſcholaris recedit ⁊ aliud exercitiũ aſſumit: qa incipit ire vt aſſeſſor: ⁊ incipit eẽ aduocatus: ⁊ tũc deſinit eſſe ſcholaris: vt.l.legatis ſeruis.§.ſi ex officio.š.de lega.iij. Sed qñ iſtud nõ apparet dico ꝙ ex q̃titate tẽporis apparebit vtrũ deſierit eſſe ſcholaris vel nõ. q̃titas autem tpis videſ ꝙ relinquaſ arbitrio iudicis: vt.d.l. .iij.§.emanſor.j.de re mili. Tamen dico vobis ꝙ habemus hoc limitatũ ꝙ per quinquẽniũ nõ reuertẽdo qs deſinit eſſe in matricula: vt.C.de primicerio.l.ij.circa mediũ.⁊ de domeſti.⁊ protec.l.iij.lib.xij. ℂ Uenio ad ſcõm[b] ſcilꝫ q̃litatem tẽporis. quero vtrũ ſero vel mane dicaſ dies vel nox. iſta queſtio eſt multuꝫ antiqua. ⁊ dicunt iſti antiqui ꝙ in dubio aſſumaſ mitior via vt intelligatur in dubio ꝙ ſit dies: vnde.l.dicit qñ ſol eſt ſuper terraꝫ dies eſt: ⁊ qñ non tunc nox eſt: vt.l. hec ꝟba.j.de ver.ſigni. modo ſero põt eſſe quãdo ſol adhuc eſt ſuper terrã: ſed eſt in actu recedendi de ꝓximo: ⁊ tunc eſt dies qa ſol eſt ſuper terrã. qñqꝫ ſol receſſit ⁊ non eſt ſuper terram: tñ qa de propinquo receſſit adhuc remanet aliqð lumen pp claritatẽ celi: tunc nox eſt: qa non eſt ſol ſup terrã. ⁊ eodẽ modo dico de mane. mane poteſt intelligi qñ non eſt ſol ſuper terrã: ſed de ꝓximo venit: qa celum iam albeſcit: tũc nox eſt: vt.l.ticius.§.i.š.de libe.⁊ poſthu. ſed ſol cũ de ꝓximo incipit eſſe ſup terram tũc dies eſt. ideo ↄſulo ꝙ tu qui eris aſſeſſor facias ꝙ declareſ in accuſatione vel ꝙ teſtes declarent cũ dicunt de ſero poſt occaſum vel ante occaſuꝫ. ⁊ idẽ de mane ante ſolis ortuꝫ vel poſt ſolis ortum. facit ad hoc.l.i.C.de cuſto.reo. ſed ſi nihil eſſet declaratum tũc in dubio intelligeremus in benigniorẽ partẽ: vt.l.ſi preſes.⁊.l.interpretatione.j.eo.ti.

**Qualitate.** [c] No. ꝙ puniſ grauius qð ſit manifeſte q̃ illud qð ſit ſecrete. Cõtra.C.de ſum.tri.l.nemo clericus. dic vt ibi per Cy. Item dicaſ hic in tex. accraſſaturus. qd eſt hoc dictuꝫ. glo. exponit vno modo. ſed fateor ꝙ põt accipi illo modo: vt dicit glo. ſed hic accipiſ aliter accraſſaturus.i.aggreſſurus. nam aliter ſit rixa ſine aggreſſura: aliter cum aggreſſura: vt dixi.š.e.l.reſpiciendũ.§. delinquũt. de iſtis q̃litatibus an ſit iniuria atrox vel non. dicam.j.de iniur.l.item apud labeoneꝫ .§.atrocem.

**Quãtitas.** No. ꝙ q̃titas diſcernit abigeũ a fure. ⁊ ſic i multis locis ſtatutuꝫ imponit penam furi ſm̃ q̃titatem furti. ⁊ ideo tunc iudex debet exprimere q̃titatem furti in proceſſu. alias non poſſet punire niſi pena mitiori: vt.l.ſi preſes.⁊.l.interpretatione.j.eodem.

**Euentus.** Tex.ibi fcã ſubaudi puniaſ: vt a ſapiẽti ſm̃ glo. habes quod puniſ factũ a dementiſſimo. Contra.š.ad.l.põpei.de parri.l.pe.in ſi.⁊.l.infans .š.de ſicca. So. intellige hic dementẽ.i.temerarium ⁊ ſubiectũ hominẽ: non habentẽ alienationem mentis. Secũdo op. de eo quod dicit ipſemet tex. ꝙ euentus non debet conſiderari: vt.l. .i.§.i.š.de ſic. So. ſm̃ verba.l. non conſideraſ euentus: vt.l.cor.de ſicca. qa ſufficit animus deductus ad actũ: tamẽ iudex de equitate ſua per .§.pena grauior. poterit penã augere vel minuere conſiderato euentu. ⁊ ita intelligit Jaco.de are. hunc tex. ℂ Itẽ op. dicitur hic ꝙ caſus fortuitus puniſ. contra. fortuitus caſus eſt cui reſiſti non poteſt: vt.l.ↄtractus.j.de regu.iur. ergo videſ ꝙ quis ex eo non debeat puniri: qa ſi hoc eſſet puniref ſine culpa. contra.l.aliud eſt fraus .j.de regu.iur. So. intellige hic caſum precedẽte aliqua culpa: vt.l.reſpiciendū.§.delinquũt. ⁊ ibi dixi uobis.š.eodem.

Ex.§.ſequenti.

ℂ An propter multitudinẽ pena augeatur vel minuatur: ibi. Nota. Et an vniuerſitas ſit aliud q̃ homines vniuerſitatis: ibi. Quid dicemus. Et an vniuerſitas delinquat: ibi. Si queratur. Et an vniuerſitas poſſit puniri: ibi. Hoc ꝑmiſſo. Et an ſi omnes homines vnius vniuerſitatis uadant ad occidẽdum vnum: an vniuerſitas dicatur ipſuꝫ occidiſſe: ibi. Ulterius. Et an ex delicto officialis poſſit pũiri vniuerſitas: ibi. Quero. Et an ſi eſt punita vniuerſitas poſſint puniri ſingulares homines: ibi. Quero ſi.

**Nõnunquã.** De hoc hẽtis.in.§. pena grauior.[f] No. ꝙ propter multitudinem delinquentium pena exacerbatur. quãdoqꝫ totũ. econtra: ꝙ propter multitudinẽ delinquẽtiũ pena minuitur. quid eniꝫ ſi oẽs huius ciuitatis vel ſaltim maior pars hominũ delinquũt: minuetur ne pena. dicit gl. detrahendũ eſt ſeueritati: vbi ſtrages multoꝝ hominuꝫ iacet: vt.l.qui cedere.š.de ſicca. Iſta glo. videſ contradicere textui: quia in tex. multitudo eſt cauſa augendi penã. ſed in glo. eſt cauſa minuendi. Reſpondeo qñqꝫ delictum eſt cõmiſſum a multis ⁊ hoc cõſtat. ⁊ tunc ꝓpter multitudinẽ pena minuetur: vt in glo. qñqꝫ delicta non ſunt cõmiſſa a multis: ſed eſt dubiuꝫ ne cõmittanſ propter multas ꝑſonas aptas ad hoc: tunc exacerbaſ pena. ita loquiſ tex. Iſta glo. inducit per doc. ad.q. de vniuerſitate delinquente vt mitius puniaſ. Iſta queſtio eſt multũ ſubtilis ſubaudi iudicio meo. nã primo eſt videnduꝫ an vniuerſitas poſſit delinquere. Secũdo eſt videndũ an poſſit puniri. Et ꝙ poſſit delinquere videſ tex.in.l.metũ.§.animaduertendũ. cũ ſua glo.š.quod me.cau.⁊ no.in.l.ſicut.§.i.š.quod cuiuſqꝫ vniuer.nomine.⁊.j.de regu.iur.l.aliud .§.referſ.⁊ ibi glo. In cõtrarium videſ tex.in.l. ſed ſi ex dolo.§.i.š.de dolo. Preterea vniuerſitas eſt nomẽ iuris ⁊ nõ habet animum. nec hꝫ intellectuꝫ: ergo non põt delinquere: vt.l.i.§.i.

b ℂ Uẽio ad ſcõm. Adde tex.⁊ ibi barto.in.l.qui duos.§.hec conditio de manu.te. vide Jo.an.in nouella.de homi.in.c.ſi cut. faciunt ea q̃ no.bal.in.c.i.§.porro.q̃ fuit prima cã beneficij amit.⁊ et ibi refert.q.ꝙ oldradus euaſit quendã accuſatũ qui dicebaſ ↄmiſiſſe maleficium de nocte: et teſtes depoſuerũt vidiſſe per ſplendorem lune: qꝛ illa nocte nõ fuerat lumẽ lune: ⁊ ſic fuerunt reprobati naturali rõe. ea aũt que ſiũt de nocte ꝓbabiliter ignoraſ tur ſm̃ gl.š.qð me.cau.in.l.ſꝫ cũ exceptione.§.hec aũt actõ ⁊ in.l.more romano.de ferijs.⁊ no.ꝑ mo.i.§.q̃drupli.inſti.de ac.in ꝑn.ad hoc facit qð no.bal.i .l.ſolã.C.de teſti.⁊ dicit Bal.in auc.hodie.C.de ap.ꝙ appellatione diei venit ẽt nox ⁊ vid domi.Jo.i.l.ticiꝰ teſtõ.§.i.de lib.⁊ poſth.⁊ bal.ibi.et vide archi.xiij.diſ.c.i.i ſi.⁊ Jo.an.⁊ doc.in.c.cõſuluit.de of.deleg.⁊ i.c.ſi ꝑfodiens.de homici.⁊ qð no.bar.i .l.i.§.hoc aũt .š.ad ſylle.⁊ Fede.in ↄſi.xliiij.⁊ qð legiſ.⁊ no.i .l.more.š.de ferijs.Ang.in.l.i.C.de cuſto.reorũ vbi dicit ꝙ mane intelligiſ poſt gallicantũ: ⁊ ſero intelligiſ nox qñ ſunt tenebre. allegat ex̃ de homi.c.ſi qs ꝑfodiens. qñ aũt dicaſ inter diẽ ⁊ noctem. vide bal.in.l.ij.ad ſi.qui.res iudi.nõ no. An in ſero mane dicaſ. vide in.d.l.i.§.hoc aũt ſenatus.ad ſilla.⁊ vide per bar.in.l.qui duos.de teſta.manu.⁊ qñ dicaſ dies ⁊ qñ nox. adde no.in ti.C.de emẽda.iuſt.C.et dicit bal.in.l.filio.ff.de libe.⁊ poſthu.ꝙ ſi ſtatutũ dicit ꝙ ſcholaris nouitius ſoluat .xx.pro matricula ſi ſemel ea ſoluit deide vadit per officia: ⁊ poſt reuertatur ꝙ nõ teneſ iterũ ſoluere.ð quo dic ut meliꝰ per barto.in ſuo ↄſilio incip.vniuerſitatis noſtre ſtatuto. ⁊ illð refert ⁊ ſeqſ pau.ð ca.i.d.l.filio ⁊ vide no.ꝑ bar.i.l.ex eo in ſi.š.de teſta.mili.⁊ in l.per hãc.C.de aduo.diuer.iudi.⁊ ꝑ Bal.in auc.hita.in.viij.col.C.ne filius pro ꝑte ⁊ in.l.acceptam.in.xix.q.C.ð vſur.⁊ Pe.ð ancha.in.c.cũ aliquibꝰ.de reſcrip.i.vj.⁊ per Ang.i .l.ſcrineariꝰ.C.de teſta.mili. ADDE de teſte qui dicit de nocte ꝙ vidit Ang.ↄſilio.cxciiij.

c ℂ Qualitate. Quid aũt ſit qualitas. vide ꝑ bal.i .l.i.in.x.col.⁊ ibi Jo.cal.de ↄſeſ.⁊ in .l.ea que.C.de ↄdi.⁊ demõ.⁊ quando puniatur magis factũ palaꝫ q̃ clã. uide ꝑ Bal.in.l.i.de ſũma trini.

.ſ.ſi qua.pau.fe.dica.ꝛ in.l.infans.ſ.de ſicca.ꝛ hoc videt tenere Inno.extra de ſen.excõ.c.grauem. Alij dicũt ꝙ vniuerſitas poteſt delinquere omittendo:vt.l.iubemus nullam nauẽ.C.de ſacroſanc.eccle.non autem cõmittendo per rationes predictas. Horũ opi.refert Cy.C.vnde vi.l.ſi quis in tantã.in vlti.q.circa pſonas.hoc nõ placet:qa video vniuerſitatẽ delinquere cõmittendo:vt in auc.itẽ nulla cõmunitas.C.de epiſ.ꝛ cle.ꝛ.x.col.de pace tenẽda.c.i.ꝛ de ſta.contra liber.ec.§.item nulla cõmunitas.¶ Quid dicemus.breuiter ad intellectũ huius.q.debem⁹ videre primo an vniuerſitas ſit aliud ꝙ̃ homines vniuerſitatis.qdam dicũt ꝙ nõ:vt no. in.d.l.ſicut.§.i.ſ.qđ cuiuſqʒ vniuerſi.no.ꝛ.l.i.in ſi.ſ.de colle.illi.ꝛ hoc tenent oẽs philoſophi ꝛ canoniſte qui tenent ꝙ totuʒ non differt realiter a ſuis partibus.veritas eſt ꝙ ſi quidẽ loquamur realiter vere ꝛ ꝓprie ipſi dicunt verũ.naʒ nil aliud eſt vniuerſitas ſcholariũ ꝙ̃ ſcholares.ſed ſm fictionem iuris ipſi nõ dicunt veruʒ.nam vniuerſitas repreſentat vnam pſonam que eſt aliud a ſcholaribus ſeu ab hoibus vniuerſitatis:vt.l.mortuo.ſ.de fideiuſſo.qđ apparet qa recedentibus oibus iſtis ſcholaribus ꝛ alijs redeũtibus eadẽ tñ vniuerſitas eſt. Itẽ mortuis omnibus de populo ꝛ alijs ſubrogatis idẽ eſt populus:vt.l.ꝓponebat.ſ.de iudi.ꝛ ſic aliud eſt vniuerſitas ꝙ̃ perſone que faciunt vniuerſitatẽ ſm iuris fictionem:qa eſt quedã perſona repreſentata:vt.d.l.mortuo.hoc etiã premiſſo.ſi queris an vniuerſitas poſſit delinquere. Rñdeo proprie non põt delinquere:qa proprie non eſt perſona:vt dcm̃ eſt:tñ hoc eſt fictum poſitũ pro vero:ſicut ponimus nos iuriſte.¶ Si querat an vniuerſitas delinquat:dico ꝙ ſic.peccatũ omiſſiõis poteſt cõmittere vniuerſitas.nã ipſa vniuerſitas tenet aliquid facere qđ ſi omittit vniuerſitas omittit:lʒ hoc ꝯtingeret negligentia regentiũ ciuitateʒ.tñ ipſa dicit negligere:vt.l.iubemus nullaʒ naueʒ.C.de ſacroſan.eccle. cõiuncta.l.ſi ꝓcurator.§.tutores.ſ.man.in ſi.§. In delicto vero cõmiſſo ſeu quod cõmittitur faciẽdo debes aduertere.nã quedã ſunt que tantũ fieri poſſunt per ipſaʒ vniuerſitatẽ:vt facere ſtatuta:dare iuriſditionẽ:imponere collectas ꝛ ſimi.iſto caſu poteſt vniuerſitas delinquere:vt.d.auc.item nulla cõmunitas.ꝛ de ſacroſanc.eccle.auc. caſſa.ꝛ de ſta.cõtra lib.eccle.in prin.ꝛ.§.item nulla cõmunitas.nec eniʒ põt dici ꝙ aliquis priuatus hoc faciat.ſʒ hoc facit ipſa vniuerſitas in qua eſt illud ius:vt.l.oẽs populi.ſ.de iuſti.ꝛ iure.ꝛ.l.ſi.C.de iuriſdi.om.iudi. Quedam ſunt que nõ reſpiciunt iſta iura reſidentia apud vniuerſitẽ:vt cõmittere homicidiũ vel facere violentiã ꝛ ſimilia.ꝛ tũc vniuerſitas nõ poteſt hoc facere ꝓprie:quoniaʒ iſta requirunt pſonam veram:vt.d.l.ſed ꝛ ſi ex dolo.§.i.ſ.de dolo. Sed dicitur cõmitti improprie per alios regentes ciuitateʒ ſeu alios quib⁹ ciuitas cõmiſit vigore ſtatuti:vt.l.i.in ſi.cũ.l.ſe.ſ.de acqui.poſ.ꝛ de libe.vniuer.l.i.ꝛ ita intelligo.l.metum.§.animaduertendũ.cũ ſua glo.ſ.quod me.cau.ꝛ.l.aliud.§.refert.cum ſua glo.j.de regu.iu.¶ Hoc premiſſo quero an vniuerſitas[a] poſſit puniri.doc.dicũt ꝙ ſic.ſed alterabit pena per hanc glo.ita Cy.dicit in prealleg.l.ſi quis tantã.ſed do.Innocẽ.tenet ꝙ vniuerſitas nõ poteſt puniri criminaliter:ſed poteſt ꝯueniri ciuiliter.ita dicit in.c.dilectus.el.ij.extra de ſimo.ꝛ.d.c.graueʒ.de ſenten. excõ. Mihi videt ꝙ dicat cõtra caſum.x.col.de pace tenenda ꝛ iura.fir.§.i.vbi dicit ꝙ ſi ciuitas vel caſtrum deliquerit rũpendo pacem punit.quid ergo dicemus.aduerte rõnes que mouebant Inno.erãt iſte.ſi vniuerſitas puniret criminaliter:ergo punirent pupilli ꝛ infantes qui non cõſenſerũt:qđ eſſet iniquũ. Preterea cũ mortuis omnib⁹ hominibus ꝛ alijs ſubrogatis eadẽ ſit vniuerſitas.ergo illi qui poſtea naſcerent punirent.qđ eſſet abſurdũ. Mihi videt ſic dicenduʒ ꝙ pro delicto nõ eſt dubiuʒ ꝙ poteſt vniuerſitas cõueniri ciuiliter in eo quod ad eam ꝑuenit:vt.d.l.metũ.§.animaduertendũ.ſ.quod me.cauſa.ꝛ.l.ſed ꝛ ſi dolo.§.i.ſ.de dolo.de eo ꝟo quod nõ peruenit an poſſit ciuiliter vel criminaliter cõueniri puto idẽ iuris eſſe in quo dico ſic. Quedaʒ ſunt delicta propter que filius punit propter patrẽ:vt in crimine.l.iul.maie.ꝛ in crimine hereſis:vt.C.ad.l.iul.ma.l.quiſquis.ꝛ extra de here.c.ſtatutum.li.vj.ꝛ de pe.c.felicis.li.vi.tunc iſto caſu poteſt vniuerſitas criminaliter puniri:vt fuit factum de carthagine q̃ paſſa eſt aratrũ:ut.ſ.qui.mo.vſufr.amit.l.ſi vſufruct⁹. Et ego vidi ſniaʒ[b] diffinitiuã imperatoris Henrici quã dedit contra ciuitatẽ brixie que fuit ſibi rebellis.in qua dicebat illam ciuitatẽ eſſe ſubijciendã aratro.quã penã ex miſericordia relaxauit:que ſnia diffinitiua eſt lex:ut.l.ij.ſ.de legi.ꝛ in iſtis ceſſant rationes Inno.vbi poſſunt puniri paruuli ꝓpter maiores:ꝛ deſcendentes ꝓpter ciuitates ſuas.ꝛ ita fecit papa Bonifa.qa propter delicta quorundam templariorũ totum collegiũ templarioruʒ fuit deſtructũ:quia erant heretici. Quedã ſunt delicta in qbus filius nõ punitur propter prẽʒ.ꝛ hoc in caſibus in qbus dixi uniuerſitatẽ delinquere uniuerſitas ipſa punietur.tñ in modo puniendi eſt differentia:quia ſi quidẽ pena cadit ita in uniuerſitatẽ ita ꝙ non in ſingulos de uniuerſitate:ut ſi debet publicari aliq̃ res uniuerſitatis ipſa uniuerſitas puniet:ut.d.l.iubem⁹ nullam nauẽ.C.de ſacroſanc.eccle.ſed ſi eſſet talis pena que eque caderet in uniuerſitateʒ ꝛ in ſingulos:ut eſt pena pecuniaria.ꝛ tunc ſi quidẽ eſt collegiũ:ut collegiũ priorũ qui ſunt numero.x.uel ſimiliũ non puniet omnes de collegio:ſed tantũ illi qui cõſenſerũt.caſus eſt in.l.i.circa pn.ſ.de ma.cõue.in eo ꝙ dicit q preſentes fuerũt ꝛc. Sed ſi eſſet collegiũ magnũ ꝛ diffuſuʒ:ut eſt populus ſeu aliqua cõmunitas.tũc qa diſcernere cõſentientes a non ꝯſentientibus eſſet difficile:tota ciuitas ꝛ tota uniuerſitas puniet:ut dicta auc.item nulla cõmunitas.ꝛ de pa.iura.fir.§.i.Si ꝟo eſſet delictũ quod non cadit in uniuerſitatẽ ꝓprie:ut homicidia ꝛ rapine ꝛ ſimilia.

a ¶ Nõnunq̃ʒ.q̃ro an vniuerſitas. Adde Inno.in.c.cum ex iniuncto.de ope.no.nun.ꝛ doc.oẽs in.c.dilectus.de ſimo.el.iij. Et adde ꝙ vniuerſitas nõ dicit ꝯtumax anteq̃ʒ ꝯgregari potuerit:vt in.l.i.C.de liber.vniuerſi.ꝛ an appellatione hominũ veniat vniuerſitas.dixi poſt Bar.in.l.ij.de ver.ſi.j.quo aũt vniuerſitas poſſet citari vide in.l.nõ põt.de reg.iu.ꝛ in.l.metũ.§.ſʒ aiaduertendũ eſt.ſ.qđ met⁹ cã.ꝛ qũo dʒ citari dixi in.l.ſicut.d.§.i.ſ.qđ cuiuſqʒ vniuer.nomi.ꝛ an ꝓ ꝯtumaciam vniuerſitas deponi poſſit ꝛ ꝓuari ꝓuilegijs.no.de ſen.excõ.c.qđ ſit.ꝛ.c.graue.ꝛ refert bal.i.c.i.de mi.vaſ.qui ꝯtumax eſt. adde qđ Bal.de pa.ꝯſtan.in vſi.vniuerſitate dic̃ ꝙ ibi eſt tex.ꝙ vniuerſitas dãnũ dare dicitur ꝛ qđ maior pars fac̃ tota vniuerſitas feciſſe videt.l.qđ maior.j.ad munici. Itẽ ſi aliqd cõſiliarij ꝛ ãciani faciant videt id facere ipſa vniuerſitas.allega.ꝺ vi ꝛ vi ar.l.ſine me.ꝛ ideo videmus ꝙ vniuerſitas accuſata rñdet per ſindicuʒ ſuũ hñtẽ ſpeciale mandatũ a ciuibus.C.de re mili.l.tũ collatoris.li.xij.nec requirit ꝙ ille ſingulares pſone q̃ delinquũt noient i ſindicatũ:quia non ꝯſtituit ſindic⁹ noie ipſoꝝ:ſʒ vniuerſitatis.ꝺ re.di.l.in tãtũ.§.vniuerſitatis. Et nota ꝙ facilius ſit inquiſitio ꝯtra vniuerſitatẽ q̃ʒ cõtra ſingulares pſonas:qꝛ delictum magne vniuerſitatis ſi põt eſſe niſi notoriũ ꝛ famoſuʒ:vt.C de offi.rec.ꝓuin.l.iuſtiſſimos.ꝛ ar.eẽ de iudi.in.c.exhibita.ſaluo eo qđ no.inſti.de publi.iudi.in ꝑn.ꝛ in.c.ſi.de do.ꝛ ꝯtu. Inno.in auc.iudex vult ingrere ꝯ ſingulares pſonas eoʒ ꝙ ſ̃a.n.i ſit ſpãliter ꝯ eos ꝛ nõ per ꝓcuratorẽ ſi cã exigat retẽtionẽ pſone.c.eos qui.de ſen.ex.li.vj.ꝛ aliqñ iſta detẽtio eſt arbitraria aliqñ neceſſaria.adde qđ Bal.de pa.ꝯſtã.in ver.ſi qui ex pte.dixit notantius ꝙ ciuitas põt obligari per iuſiurandũ ꝛ ſub iuriſditione paciſci:lʒ nõ hẽat animũ.vnde dicit ꝙ hoc iuramentũ eſt referendũ ad animũ ciuiũ ꝑ ea que no.Inno.de ſen.ex.in.c.graue.Itẽ adde ꝓdictis no.per Bal.per illum tex.i auc.nulla cõitas.de epi.ꝛ cle.ꝛ i.l.humanuʒ.C.de legi.ꝛ per do.Jo.ꝛ pe.de ãch.in.c.dilect⁹ filius.de ſimo.ꝑ Bar.i tractatu q ſint rebelles in ver.rebellando.ad ſi.vide Bal.i l.i.§.i.qđ cuiuſqʒ vniuerſi.nomine.ꝛ ſpec.in ti de accu.in ꝑn.ver.ſed nunqd poſſit.et Bal.i.l.metum.§.aiaduertẽdũ.qđ me.cã.ꝛ i.l.ciuitates.qđ cuiuſqʒ vniuer.Cy.i.l.ſi qs in tãtã.C.vñ vi.in ver.ſʒ pone.ꝛ vide bal.i.l.polla.C.ꝺ his qui.vt i dig.ꝛ i.l.data.C.q accuſare.bal.i.l.etiaʒ.in.v.ꝛ.vj.col.C.ꝺ execu.rei iudi.in verſi.ꝛ ego.Bal.in.l.ſicut.§.ſi qd.qđ cuiuſqʒ vniuerſi.no.ꝛ qđ no.Bal.in auc.hec.in vlti.col.C.ꝺ vſu cap.ibi:non cõſentiẽtib⁹ cẽt difficile vide no.per Inno.ꝛ Jo.an.in.c.i.de his q̃ ſiũt a ma.par.ca.bal.in auc.ꝛ oino.in.iij.col.ne vxor pro marito.ibi:crialiter.ergo punirẽtur pupilli.ſed qualiter ſiet executio ꝯtra pupillũ vel vniuerſitatem.vide Bal.ſingulariter i.l.ẽt.iij.col.C.ꝺ execu.rei iudi.quod no. ADDE an vniuerſitas poſſet puniri ꝛ ꝯueniri q̃.ꝯſi.clxv.ꝛ.cxcvj.vide etiaʒ Oldra.conſilio.lxvj.ꝛ.cccxv.

b ¶ Vidi ſniam. Adde qđ no.Bar.ꝛ que ibi dixi in.l.hereditatẽ.ad.l.fal.vide qđ no.Bal.in auc.habita.in.iij.col.C.ne filius pro patre.ꝛ ꝙ ciuitas interdicta ꝛ ꝯdẽnata nõ redimet priuilegia

ciuitatis. ⁊ ꝙ ciuitas poſſit damnari crimine leſe maieſtatis ⁊ bona dari in predium. tenet Bal. in. l. ex teſtamēto. C. de teſta. mili. ibi: ut ſi debet publicari. adde quod in cauſa capitali uniuerſitatis poteſt interuenire ꝓcurator. ita fuit deciſum per glo. in. l. ſed ſi hac. §. ſi. de in ius uocan. per Bal. in. l. ij. ſ. de accu. ⁊ uide in materia do. abba. in. c. i. de poſtu. prela.

a ⁋ Quero ſi eſt. Si eſt punita uniuerſitas an poſſint pūiri homines ſingulares. uide ꝑ Jo. an. in. c. fina. de pe. li. vj. ubi dicit ꝙ ſic: qa qđ debet uniuerſitas non debēt ſinguli. ⁊ econtrario. l. ſicut. §. i. quod cuiuſqʒ uniuerſi. Item poteſt uniuerſitas teneri: ⁊ nō ſinguli. ita dicit fuiſſe factum in ciuitate uiterbi. ar. l. ſemꝑ. §. in ſepulchro. quod ui aut clam: quia alia pena eſt in peccatis uniuerſitatis: alia in peccatis ſingulorum. uide. l. ne qđ. ſ. de incen. rui. nauf.

b Uidā. q poſſit relinq. Dānato in metallum ⁊ deportato ad pias cauſas an poſſit relinqui. uide Bal. in. l. i. C. de ſacroſan. eccle. in. xj. colum. ⁊ ſequenti. ibi quid hodie differat dānatus in metallum a deportato ⁊ ui de Bal. in. l. cunctos populos. in penul. colum. de ſūma trinitate. de dānato ad mortem qui fuit acceptus de manibus familie: ꝙ tamen remanet ſeruus: ⁊ qualiter debet intelligi iſta. l. uide in ſpecu. de accuſa. in proemio uide oi no in regula peccati venia. de reg. iur. li. vj. ibi. ij. opponitur. dicitur hic deportati. quid ſi fiſcus nō vult bona depor

tunc dico uniuerſitatē puniri more priuatorū ſi pena poteſt in uniuerſitatē cadere: ut. d. l. metū. §. animaduertendū. Sed ſi non poſſet cadere talis pena ut eſt pena decapitatōis. nam uniuerſitas nō poteſt decapitari: quia nō habet caput uerum ſed fictū: tunc illa pena alterabiᷓ in aliā. ar. hui⁹ glo. ⁊ . l. quid ergo. §. pena grauior. ⁊ . l. hos accuſare. §. omnibus in fi. ſ. de accu. dices tu quare nō amputatur illud caput fictum. hoc eſt diſſoluatur collegium ſeu uniuerſitas illa. Rūdeo quia ſequereᷓ illud incōueniens quod dicebat Inno. quia punirenᷓ nō culpabiles. dices tu certe ⁊ in pena pecuniaria illud cōtingit incōueniens: quia collecta imponeᷓ illis qui nō deliquerūt. certe ⁊ in veritate ego concederem iſtud ꝙ lʒ ſuperior totam vniuerſitatē cōdēnet: vt dixi. tamē illi qui non deliquerunt nō debent cōtribuere in ſolutione collecte de iure. arg. d. l. circa prin. ſ. de ma. ꝯue. ⁊ hoc vidi in quadā ſententia diffinitiua imperatoris Hērici. ⁋ Ulteri⁹ quero: oēs homines de iſta vniuerſitate iuerūt ad occidendū quendā: vtrum dicaᷓ vniuerſitas occidiſſe. glo. in. l. ſicut. §. i. ſ. qđ cuiuſqʒ vniuer. no. mouet hanc. q. ⁊ non determinat. ſed ꝟitas eſt iſta. ꝙ tūc videᷓ facere vniuerſitas qn̄ deliberato propoſito ⁊ cōſilio hoc facit. alias nō diciᷓ facere vniuerſitas: ſed dicunᷓ facere ſinguli. caſus eſt iudicio meo in. l. ſemper. §. ij. ſ. qđ vi aut clāʒ. ⁊ hoc videᷓ tenere glo. in. l. aliud. §. referᷓ. j. de re. iur. iſto ergo caſu nō poſſet fieri inquiſitio cōtra vniuerſitatē: ſed contra illos hoīes ſingulares qui hoc fecerunt. plus dico ꝙ ſi leuato vexillo ⁊ pulſata campana iuerūt ad hoc faciendum ꝙ non dicaᷓ delinquere vniuerſitas ſi deliberatio nō preceſſerit: vt. d. ll. ⁊ iſto caſu illi qui eleuauerūt vexillum ⁊ campanā pulſauerūt magis dicunᷓ incitatores perſonarū ꝙ̄ vniuerſitas dicaᷓ hoc facere. de hoc loquiᷓ. C. de ſedi. ꝑ totum ti. ⁊ iſto modo ꝙ precedat deliberatio: intelligo glo. l. metū. §. animaduertendū. ſ. quod me. cauſa. puto tamē ꝙ poſſet ſequi ratihabitio quod ſufficeret ad puniendū vniuerſitatē: vt ſi per vim expulerint me de caſtro ⁊ vniuerſitas illud ſibi retinet: vt. d. l. ſed ſi ex dolo. §. i. ſ. de dolo. ⁊ . l. i. §. deieciſſe. ſ. de vi ⁊ vi ar. quod etiaʒ tenet Inno. in. d. c. graue. ⁋ Quero an ex delicto officialis teneaᷓ vniuerſitas: videᷓ ꝙ nō: qa vniuerſitas nō videᷓ mādaſſe officiali ꝙ delinquat vt. l. ſi procurator. ſ. de ꝯdi. inde. nō ob. l. iubemus nullam nauē: qa ibi officialis negligit non faciendo aliqđ. ⁊ ideo videᷓ ꝙ ex facto officialis nō teneaᷓ niſi ſecuta ratihabitione vel mādato precedēte. de hoc tamē Cy. diſtinguit latius in preal. l. iubemus nullam nauem. ⁋ Quero ſi eſt punita vniuerſitas an poſſint puniri aliq homines ſingulares[a]. videᷓ ꝙ nō: quia ſm̄ hoc de delicto eiuſdē hominis bis quereteᷓ. dico ſic. qdam delicta que dicunᷓ fieri per vniuerſitatē vt dixi: ⁊ in illis ſola vniuerſitas poteſt puniri tāꝙ̄ faciens. alij ſingulares poterunt puniri tanꝙ̄ inſtigatores ⁊ fieri facientes: vt. l. i. §. incidit. ſ. ad turpil. ⁊ . l. hec verba. ſ. de adul. cū ſi. ſed in delictis que nō fiunt proprie per vniuerſitatem erit totū econtra: quia facientes punienᷓ de delicto. vniuerſitas vero punieᷓ tanꝙ̄ fieri faciēs vel tāquam ratū habens ſuo nomine: vt ex predictis

tati: an poterit agere deportatus pro bōis illis uide Bal. in. l. ſic ideo ſ ꝑin. ſ. qui ſatiſda. cog. ADDE que poſui in. l. i. C. de ſacroſanc. eccle.

c Ogitationis. ad iſtaʒ. l. adde no. in. c. felicis. de penis. in. vj. ⁊ que dixi in. l. i. in fi. quod quiſqʒ iur.

d e I nō defendantur. De materia huius. l. no. Bar. in. l. i. §. ſi quis ultimo. ſ. de queſtioni. et idem Bar. in. l. iiij. §. ſi autem iudiciū. ſ. de dā. infec. et ibi vult ꝙ quis poteſt innocentiam ſuā purgare iuramēto a delicto de quo fuit inqſit⁹. uide que dixi poſt Bal. i. l. data opera. in. xix. colum. ⁊ in fi. C. qui accuſa.

e I n metalluʒ. Uide Bar. in. l. in furti. §. i. ſ. ꝺ fur.

f Ine ꝑfinito. Iſta eſt. l. ſingu. nā habemus alibi ꝙ ubi lex dicit in dieb⁹ illis intelligiᷓ in duobus: ut in. l. item illa. §. i. de uer. oblig. ⁊ no. glo. in. l. cuʒ qui calendis co. titu. uide Bar. in. l. ſi quis adulterium. §. i. ſ. de adul. Itē duʒ lex dicit de trib⁹ terminis intelligiᷓ de trib⁹ annis tantū ut eſt caſus no. ⁊ bar. ibi in. l. iij. §. ſi ita. de annu. leg. Itē ubi lex dicit per tempora intelligitur de duobus annis: ut nota glo. iuncto tex. ⁊ ibi bal. in. l. uſure. ꝑ tempora. C. de uſur. qđ non puto uerum ꝑ iſtuʒ tex. ⁊ glo. ſi in. ij. ſolutione hoc ſentit ſed ꝯtra iſtū tex. eſt tex. i. l. qđ ſi nolit. §. ſi qs ita. ff. de edili. edic. ubi in dubio intelligiᷓ de duob⁹: ut ibi dixi. Itē iſtum textū limita non habere locum in interlocutoria per. l. fina. in ꝑin. j. co. et

apparet. ⁊ ex hoc habes practicā. ⁋ Ultimo qro condemnata vniuerſitate vtrum imponetur collecta per ſolidum ⁊ libram vel per capita: dixi in. l. iiij. §. ſi actor. ſ. de re iudi.

q

## Uidam ſunt ſerui.

⁋ Op. ⁊ videᷓ ꝙ dānatis in metalluʒ poſſit relinqui[b]: vt. l. i. ſi in metallū. ſ. de his que pro nō ſcrip. ha. ⁊ . l. legatum. ſ. de capi. di. So. quod hic diciᷓ fallit in cauſa alimentoꝝ: vt ibi. ⁊ hoc facit ad. q. an fratres minores vel alij q nō poſſunt propriū habere ſalt eʒ poſſint petere ex cauſa alimentorū: quod dixi plene in. l. ſuos. ſ. de ali. ⁊ ci. lega. ⁋ Scđo op. diciᷓ hic. deportati retinent ea que ſunt iuris gentiū: ſed nō ea que ſunt iuris ciuilis: ſm̄ hoc qa ex ꝯtractu iuris gētiuʒ oriᷓ actio que eſt iuris ciuilis ⁊ obligatio ciuilis que eſt de iure ciuili: vt inſti. de obli. in ꝓn. ergo iſti nunꝙ̄ poterūt petere aliquid. Rūdeo in iſtis in quibus obligatio reſeruaᷓ de iure gentium cōcediᷓ eis habere actionē: vt. l. ſi mandauero. §. is cuius. ſ. mā. ⁊ de re iudi. l. ſi victū. cuʒ ſua glo. ideo illud quod glo. dicit ꝙ poſſunt vēdere ⁊ emere nō eſt ſine effectu: qa habebūt actionem: lʒ ſint iuris ciuilis. ⁋ Iteʒ op. ꝙ nemo fiat ſeruus ex ſupplicio: vt in auc. ſed hodie. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. dixi plene in. l. ſi victuʒ. Reſpōdeo ꝙ iſte. ll. in hoc hodie corriguntᷓ ꝙ nullus damnatus qui debet ſuperuiuere efficiᷓ hodie ſeruus. ſecus ſi nō debet ſuperuiuere: vt. j. e. l. qui vltimo. ⁊ ibi dicam. ⁋ Ultimo iſta. l. facit quid perdant exbanniti vtrum equiparentur deportatis vel in metallum damnatis non examino hic: ſed examinaui in. q. quā feci de hoc.

c

## Ogitationis.

[c] De hoc dic ꝑ doc. in. l. ſi quis nō dicā rapere. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ per Dy. in. c. peccatum. extra de regu. iur. li. vj. ⁊ tangam in. l. ii. ſ. de extra. cri.

Ex. l. ſequenti.

⁋ Iudex nemine defendente poteſt ex officio inquirere defenſiones rei.

e

## I nō defendātur.

[e] No. ꝙ iudex pōt inquirere ex ſuo officio defenſiones rei nemine defendente vt hic. ⁊ in. l. i. in fi. ſ. ti. i. ⁊ ibi dixi. ⁊ ſic facit ꝙ iudex in cauſa criminali poſſit inducere teſtes a ꝑte non productos. ⁊ ita per hanc. l. determinaui in. q. quam diſputaui piſis.

Ex. l. ſequenti.

⁋ Aduocatus vel doctor ātiquus an poſſit ſeruire per ſubſtitutum.

i

## N metallum.

[e] Facit ad. q. ꝙ doctor vel aduocatus antiquus poſſit ſeruire per ſubſtitutum: de quo dixi vobis in. l. nemo eſt qui neſciat. ſ. de duo. reis. ⁊ . l. cōtinuus. §. cum quis. ſ. de verbo. obli. doc. tangūt in. l. i. §. ne autem. C. de cadu. tol.

Ex. l. ſequenti.

⁋ Damnatus in metallum ad tempus intelligitur ad decēnium. ſi autem eſt damnatus ſimpliciter intelligitur perpetuo.

e

## Ine prefinito.

[f] Hec. l. eſt no. ⁊

habetur in.l.i.C.de poſtu.quid ſi lex dicat nõ multum tempus:certe in telligitur per ſex menſes ſm vnum intellectum in.l.excipiuntur.ff.ad ſillc.ꝛ vide Bar.omnino in.l.ſi adulterium.§.i.ſ.de adulte.ꝛ Bal.dic ꝙ non eſt alibi in.l.i.C.de poſtu.ꝛ vide ibi ad beneplacitum iudicis.an intelligitur perpetuum:vt in.l.ſufficit.C.de cõdi.inde.ff.vide domi.in .c.ſi.de re/ ſcrip.in.vj. ꝛ i.c.gratioſe.co.ti.

a Qui d fratres Iſtum textũ alle.no.bar. in.l.furti.§.i.ſ.de ꝯdi.fur.vide abba.i.c.ij.de pur.vulga.ꝛ iſtum tex.alleg.Bal.in.l.error.ad ſi.C.de iur.ꝛ fac.igno.de reuocatione errore iudicis de q̃ per eundem in.l.diem.ꝑferre.§.nũc dicendũ.de arbi.p bar.ꝛ bal.in.l.ij.de ſen.ex pi.reci.C.

b ¶ No.caſum.an in cauſis criminalib⁹ poſtq̃ꝫ eſt ꝯcluſum in cauſa admittatur ꝓba.habeẗ p doc.ꝛ ibi dixi in.l.admonendi.de iuriuran.

c ¶ Admittitur ꝓbatio.adde bal.in.l.i.i.iij.col.C.de cõdi.inde.in ver.iiij.quero.ꝛ habes i.l.ſpatores.ff.de re iudi.i cauſa autem ciuili inſtrumenta non poſſunt producí poſtq̃ꝫ eſt ꝯcluſum in cauſa niſi eſſent de nouo repta ſm bar.in.d.l.admonẽdi.

d Capitalium.§.nõnũq̃ꝫ.adde quod no.bar.in.l.cõſtitutionum de ap.ꝛ no.de illo q clamauit ad arma ad arma ꝛ qd de eo qui clamat ſuccurite.vide bar.in.l.iiij.§.adiectum.vi bo.rap.ꝛ ad iſta vide bal.in l.ij.C.ð edi.ꝛ in.l.i.c.ti.ꝛ in.l.fallaciter.de aboli

ſingularis:ꝛ forte non reperies ſibi ꝯcordãtiã.

¶ Op.C.e.l.ſeruus.Reſpondeo.quãdoqꝫ qs dãnatur in metallum ſimpliciter tunc intelligiẗ perpetuo vt ibi.quandoqꝫ dãnatur ad tempus ſed tempus non exprimitur:ꝛ tunc intelligitur de decennio.caſus eſt hic no.quandoqꝫ dãnaẗ ad beneplacitum iudicis.tunc dic vt dixi in.l.cẽteſimis.ſ.de verborum obligatione.ꝛ per doc. in.l.ſi.C.de contrahen.emptio.

e **Orum.** No.quãdo aliquis eſt expulſus de ciuitate ꝓpter proditionem vbicunqꝫ arma eius ſunt depicta in ſui honorem debent deſtrui.

Ex.l.ſequenti.

¶ An propter diuturnitatem tẽporis pena aggrauetur vel ſubleuetur.

s **I diutino.** ¶ Op.ꝛ videẗ ꝙ per diuturnitatem temporis pena aggrauetur:vt.l.aut facta.§.tempus.ſ.eo.ti.vera ſol.eſt iſta que tangitur in princi.glo.quedam ſunt delicta momentanea que reiteratione non recipiũt.ꝛ tunc ſi quis tale delictum cõmiſit antiquo tempore:ꝛ nũc de eo punitur pena debet aliqualiter ſubleuari.ꝛ ita loquitur hic.quod intellige ſi tempore recenti maleficij commiſſi de hoc non fuit cognitum.ſecus ſi in recenti tẽpore fuit cognitum.ſed propter eius abſentiam ꝛ contumaciã pena nõ fuerit appoſita:ut.l.ij.C.de requi.reis. Quedam ſunt maleficia que licet ſint momẽtanea:ſũt tamen reiterabilia:vt in adulterio.ſi aliquis tenuiſſet aliquam vxorem ſuam in adulterio longo tempore deberet propter hoc acrius puniri:vt.l.mariti.§.ſex mẽſium.ꝛ quod ibi no.ſ.de adulte.facit.j.e.l.capitalium.§.ſolẽt.ꝛ.§.famoſos.Quedam ſunt delicta que nõ ſunt momentanea ſed habent actum ſucceſſiuũ:vt quãdo aliquis eſt fugitiuus vel emanſor:tunc pena debet augeri non diminui:vt.l.aut facta.§.tempus.ſ.eodem titulo.

Ex.l.ſequenti.

¶ Si poſt ſententiam diffinitiuam appet de innocẽtia rei poteſt abſolui de gratia ſpeciali. Et poſt concluſionem in cauſa admittitur in criminalibus probatio per inſtrumenta.

d **Qui fratres.** [a] Tene menti hãc.l.ꝛ nũquam obliuiſcaris.Nota ꝙ poſt ſentẽtiam diffinitiuam ſi apparet de innocẽtia rei poteſt abſolui ex gratia ſpeciali vt hic. ꝛ dixi in.l.i.§.ſi.ſ.de queſtio.quod tene menti.¶ Secundo nota caſuꝫ[b] in quo ſententia reſcinditur pretextu inſtrumentorum de nouo repertoꝝ.Contra hoc op.de.l.imperatores.ſ.de re iudi.So. nõ reſcinditur de iure cõmuni:ſed ex principis beneficio ſic.ex hac.l.credo ꝙ poſt cõcluſioneꝫ cauſe ꝛ poſt teſtium publicationem admittitur probatio[c] per inſtrumẽta in cauſis criminalib⁹: ſicut dixi de teſtibus recipiendis in cauſa criminali ꝙ poſſunt recipi poſt cauſe cõcluſionẽ ꝛ teſtium publicationem in cauſis criminalibus:vt dixi in.l.i.in ſi.ſ.de queſtio.

c **Capitalium.**

**Solent.** Textus ibi accõmodare.i.acclamare vt turbẽt populares

tio.ꝛ ibi de rumore in populo ꝛ tumultu clamante.vide glo.ſe.que incipit:bene facit.ꝛ vide ad materiam.l.obſeruare.in ſi.ſ.de offi.ꝓcon.

e ¶ Serui ceſi.bene facit glo.xij.di.non coguntur in glo.que incipit ar.ꝛ quod no.bal.in.l.nobiliores.C.de cõmer.ꝛ mer.li.xj.ꝛ iſtud dictũ melius cadit ſuper hac.l.ſuper.§.nõ omnis.ad iſtum.§.adde que no.bar.in.l.ij.in ſi.ſ.co.ꝛ do.abba.i.c.paſtoralis in ſi.ꝑm.in vltino.extra de offi.deleg.ꝛ quando nobilis puniaẗ tanq̃ꝫ vilis.vide bal.i.l.nemo.C.de ſum.tri.ꝛ ſi.catho.

f ¶ Craſſatores.vide gl.in.§.nouiſſime.inſti.de ſuſpec.tuto.

g ¶ Famoſos.Et dicit iſte tex.ꝙ ibi ſuſpenduntur vbi furtũ fecerũt.adde Saly.i auẽ.ſi vo.ð adulte.bal.p illũ tex.in.l.i.C.de nili agge.nõ rũpen.et qualiter intelligaẗ ille tex.in ſi.dũ dicit ad beſtias dãnari.vide gl.no.in.l.ij.ſ.arbo.fur.ceſa.in ver.item oppo.ꝛc̃.an pro furto qs poſſit ſuſpendi.við bar.in.l.leuia in ꝑn.de accu.

b ¶ Quero qs.Quis dicatur famoſus latro vel fur.vide aliquid de materia p bar.in.l.ij.ſ.de fur.Eſt ꝛ alia ſpẽs furãdi de qua in.l.ſi.ſ.de extraor.crimi.Ang.hic dicit ꝙ non intelligit famoſos latrones q aſſidue furaẗ:ſed vbi aggrediuẗ cum armis.aut vi auferunt.de ſepul.vio.l.ꝓtor.§.aduerſus eos q cadauer.vide glo.in.l.reſpicien.§.delinquunt.ſ.eo.ꝛ ibi qs ſit latro ꝛ p quos actus inducatur.ꝛ vide gl.not.in.c.cuꝫ iter alia.ſuper.latro.de immu.eccle.in ſi.ꝛ facit qs

dum falſo clamant foras vel ad arma.

**Nõnunquam.** [a] ¶ Op.C.de ſeditio.l.i.dicit gl.illa.l.debet intelligi ſm iſtaꝫ.tu dic.quãdoqꝫ iſti faciũt tumultum per laſciuiam:ꝛ tũc debet procedi eo ordine qui ponitur hic.quãdoqꝫ faciũt rumorem ex propoſito acclamando fortiter ꝙ moriantur illi qui regunt:ꝛ tunc habet locum titulus de ſeditioſis.

**Serui ceſi.** [e] Nota ꝙ ſicut homines nobiles ex cõſuetudine nõ ſuſpenduntur nec patiuntur iſtas viles penas.Idem de alijs popularibus ꝛ diuitibus ꝛ honeſtioribus.

**Ad ſtatuas.** Nota tex.ibi:cuꝫ eniꝫ leges omnibus hominibus ꝛc̃.¶ Nota ꝙ leges omnibus prebẽt ſecuritatem.vnde ſecuritas non poteſt poſtulari niſi appareat cauſa.nõ enim preſumitur qs velle offendere aliquem niſi cauſa appareat.

**Craſſatores.** [f] ¶ Op.j.e.l.§.famoſos.reſpõdeo hic loquitur de aggreſſoribus tantum:qui maleficium non perfecerunt.ſed in contrarium loquitur de his qui maleficium perfecerunt.

**Qui ob inimicitias.** Materiaꝫ huius.§.hẽs plene.C.de accuſa.l.qui data opa per Cy.dicam in.l.qui edes.ſ.de incẽ.rui.nau.

**In exulibus.** De hoc vidiſtis.ſ.e.titulo.l.relegati.

Ex.§.ſequenti.

¶ Quis dicatur famoſus latro vel fur.

**Famoſos.** [g] §.noſter ĩtelligiẗ duobus modis.vno modo intelligitur vt latro dicatur fur qui claꝫ furatur.alio modo intelligitur de latronibus:hoc eſt de robatoribus ſtrataruꝫ qui hoc faciunt publice. Secundum primam lecturam oppo.de.l.ſi.ſ.de fur.ꝛ in auc̃.vt nul.iudi.§.penulti.vbi pro furto quis non moritur.Solu.aut eſt fur famoſus:ꝛ ſuſpenditur vt hic.aut non eſt famoſus:ꝛ non ſuſpenditur:ſed aliter punitur:vt in cõtrario.ita dicit glo.hic.ꝛ in auc̃.ſꝫ nouo iure.C.de ſeruis fugitiuis.ꝛ in cor.vnde ſumitur.¶ Iteꝫ opponitur ꝙ pro vno furto quinqꝫ ſolidorum quis indiſtincte ſuſpenditur:vt in auc̃.de pace tenenda.§.ſi quis quinqꝫ ſolidos.x.col.Solu. concedo ꝙ per illam conſtitutionem ſic puniẗ.ꝛ per hoc eſt receſſum a.ll.antiquis.dicũt tamẽ quidam ꝙ per aliam conſtitutionem que eſt in decima columna.de pace iura.firmã.§.iniuria. vbi dicitur iniuria ꝛ furtuꝫ legitime punitur:videtur redire ad iſtas.ll.antiquas:licet glo.ibi ſinaliter contrarium teneat.tamen quicquid hodie ſit in qualibet ciuitate italie ſunt ſtatuta de hoc.ſed de iure cõmuni tenerem illam gloſam. ¶ Secundo op.prout ſecundo modo legitur ꝛ videtur ꝙ debeat puniri.l.iul.de vi publi.ꝛ.l.iiij.in prin.ſ.ad.l.iul.de vi pub.So.ibi quãdo ſemel tantum fecit.ſecus ſi eſſet famoſus latro. tunc pena augmentaretur propter illam qualitateꝫ vt hic.¶ Quero quis[b] dicatur famoſus latro vel fur.dicunt quidam illi qui hoc ſepius fecerunt.ita dicit glo.in auc̃.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.quod puto verum ſi contra eos de hoc

dicaſ cōſuetus latro: ⁊ per quos actus inducaſ. ⁊ dicit Cy. in. l. ij. C. de re. cred. ꝙ qui blaſphemauit bis vel ter: nō diciſ ꝯſuetus blaſphemare. quid de verbo ſolitus. Vide Bar. in. l. i. C. quō ⁊ qñ iudex. adde. l. iij. C. de epi. audiē. vbi dicit ꝙ ꝯſuetus ⁊ famoſus fur diciſ per vnū furtū. vide Bal. in dicta auē. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. verſi. iij. no. ꝑ moder. in. c. fina. de fur. ⁊ ꝑ bar. in. l. ij. š. de fur. ⁊ nūqd pro multis paruis furtis qs tanq̄ʒ famoſus poſſet ſuſpendi. vide Bal. i. c. i. §. iniuria. de pace iur. fir. ⁊ differentiā iter latrōes ⁊ fures. vide in auē. ſʒ nouo iure. C. de fur. ⁊ inſtit. vi bo. rap. i p̄n. ⁊ no. canoniſte i. c. ex pte. eẋ de teſti. ⁊ qd ſi ſtatutū facit mētionē de robaria. vide per bal. i auē. ſʒ nouo iure. in. iii. col. C. ꝺ ſer. fugiti. ⁊. l. ſi te. C. de iſa. qs dicaſ predo qui accipit rē abſq̄ʒ volūtate domini: ⁊ etiaʒ ſi ſit debita. tex. eſt in. l. ſʒ ſi ex ſtipulatione. que eſt lex. ⁊. ff. ꝺ acqui. poſ. ⁊ eſt glo. in. l. cum qui. in v̄bo. nō oē. de fur. ⁊ no. glo. in. l. nō eſt v̄a. C. co. qs autem ſit depredator. ⁊ d̄portator vide tex. i. l. qui aduocatoruʒ. C. de poſtu. ⁊ diē ibi bal. ꝙ illud vocabulum eſt par in vſu: ⁊ in paucis locis reperiſ. adde tex. i. l. i. §. i. ff. ꝺ abigeis. no. etiā bal. in. l. frumentuʒ. per illum tex. C. que res vē. poſ. ⁊ diciſ furtū eſſe genus qꝺ continet ſub ſe rapinam. ita idicit Bar. in. l. duobus. §. ſi quis inventa. de iniuriis. ⁊ de differentia inter furem ⁊ latronem: vide in. c. ex parte. ⁊ quod ibi docto. de teſti. per Ange. in. §. penultimo. in auē. vt nulli iudi. ⁊ per Barto. in dicta autenti. ſʒ nouo iure. ⁊ Bal. in auten. nauigia. C. de fur.

fama publica laborabat: vt colligitur ex hac lr̄a dum dicit famoſos. ⁊ intellige hoc de his qui ꝑ fecerunt delictū. alias ſecus: vt. š. e. l. §. craſſatores. ℂ Ultimo glo. dicit ꝙ per lombardiam aliter punitur furtuʒ. quod dic vt in glo. ⁊ plenius in. d. glo. de pa. iu. fir. §. iniuria.

**Maiores.** ℂ Op. contra. §. noſtrū. de. l. p̄ſbyteri. C. de epi. ⁊ cleri. dic vt dixi. š. e. l. quedam delicta.

Ex. l. ſequenti.

ℂ An ſn̄ia excōmunicationis ſecum trahat executionem: ⁊ an ſn̄ia corporalis poſſit infra decē dies executioni mandari.

q **Ui ultimo.** [a] Ibi ſtatim ⁊c. ℂ Nota ꝙ ad mortem dānati ſtatim efficiunſ ſui pene vt hic. ⁊ vidiſtis. š. eo. ti. l. quod ad ſtatuʒ. ſic iſta ſn̄ia trahit ſecuʒ executionē: vt no. in. l. ſi qs exheredat⁹. §. irrituʒ. de iniuſto rup. teſta. ⁊ hac glo. ⁊ ideo iſtoꝝ dānatoꝝ ad mortem nō valet teſtm̄. quod intellige[b] in dānatis ab eo qui hūit iuriſditionē: vt. l. ij. §. fi. š. eo. ⁊ puto hoc idē eē etiam ſi euaſerint: vt ſi eſſent abrepti de manib⁹ familie poſt ſn̄iam latam in preſentes: nō dico. ita de bānitis: vt dixi in q̄ōne quaʒ diſputaui de exbānitis. ℂ Ulterius nota ꝙ licet iſti ſint ſerui pene tn̄ poſſunt examinari ad aliquale indiciuʒ contra alios: vt hic in fi. dixi. in. l. maritus. š. ti. i. ℂ Op. in auē. de nup. §. quod aūt poſita. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. auē. ſed hodie. Reſpōdeo illud qꝺ hac. l. diciſ hodie corrigiſ[c] in ingenuo. ſecus in liberto. ſed illud qꝺ hic diciſ ꝙ corrigiſ eſt verum in dānato in metallum. ſed in dānato ad mortē non corrigiſ iſta. l. ſed remanet firma: vt no. in dicta auē. ſed hodie. facit. l. eius qui. et quod ibi no. per glo. ⁊ Dy. š. de teſta. ℂ Ulterius. l. iſta induciſ per glo. noſtram cōtra canoniſtas qui dicunt ꝙ ſn̄ia excōmunicationis ſecū trahit executionē: ⁊ ideo ab ea nō poteſt appellari: vt extra de appel. c. paſtoralis. quod videſ cōtra hanc. l. cōiuncta. l. ſi quis exheredatus. §. hic qui. š. de iniuſto rup. teſta. ⁊ quod no. ꝑ gl. C. ſi a non cōpe. iudi. l. fi. Sed qcqd glo. dicat dico ego ꝙ ſn̄ia excōmunicatiōis ē alterius nature q̄ȝ iſta: qa illa eſt medicinalis nō mortalis: vt in. c. i. extra de ſen. excōmu. lib. vj. ⁊ ideo circa illaʒ tene opi. cano. vt no. in dicto. c. paſtoralis. ⁊ in ſpe. de appella. §. in quibus. ver. xvij. ⁊ ꝟ. ſe. ℂ Ultimo quero[d] circa hanc. l. vtrū ſn̄ia corporalis poſſit mandari executioni infra deceʒ dies qui danſ ad appellādū. videtur ꝙ nō. ī. nil no. ap. pen. l. i. circa prin. ⁊ ibi no. in glo. ℂ In contrariuʒ videſ hic tex. qui dicit ſtatim. ⁊ glo. dicit hoc ſuper verbo perdūt. ⁊ pro hoc videſ expreſſum in. l. addictos. C. de epiſ. audi. per quas. ll. hoc tenet Guil. de cu. nō ob. l. i. ī. nil no. ap. pē. qa ibi loquiſ in ciuilibus. Ratio diuerſitatis eſt ſm euʒ: quia in criminalibus poteſt quilibet appellare pro eo: vt. l. non tantū. ī. de appel. quod in ciuilibus non eſt in quibus non poteſt appellare niſi tantū ille cuius intereſt: vt. l. a ſententia. ī. de appel. Spe. videſ tenere cōtrariū in ti. de ſen. §. videndū. ver. porro. Breuiter debetis ſcire ꝙ quedam eſt executio que fit a iure: vt ꝙ efficiatur ſuus vel infamis ⁊ ſimilia. ⁊ tūc talis executio fit ſtatim lata ſn̄ia: vt hic. ⁊. l. qꝺ ad ſtatum. š. eo. ⁊. l. furti in p̄n. š. de his qui no. infa. Quedaʒ eſt executio que debet fieri ab hoīe. ⁊ iſta vt puto debet differri poſt decē dies: vt dicta. l. i. ⁊ qꝺ ibi no. ī. nil no. ap. pen. Non ob. l. addictos. qa ibi fiebat executio āte. ⁊ male faciebat iudex qui hoc faciebat: vel forte renūciauerat appellationi[e]. ideo permittitur alij appellare. ⁊ hoc videtur ſentire glo. ꝙ ſolum executio iuris fiat infra decem dies. ⁊ hoc putarem verius de iure: ſʒ de conſuetudine ſeruatur contrarium: quia illi decem dies non expectantur.

Ex. l. ſequenti.

ℂ Libellus in criminalibus procedit per circūſtantias non declaratas ⁊ poterit poſtea in proceſſu declarari.

s **I preſes.** [f] No. ꝙ ſententia refertur ad libelluʒ. ℂ Secundo no. ꝙ in dubio videſ intentata. l. mitior: vt hic. ℂ Opp. dicitur hic ſi preſes ita interlocutus ⁊c. cōtra. ex interlocutoria quis non infamatur: vt. l. verbum. ⁊. l. interlocutio. de his qui no. infa. So. ꝙ hic dicitur interlocutus eſt itellige ſcilicet diffinitiue. ad hoc facit. C. de ſen. l. poſt ſententiam. Cōtra hoc extra glo. op. primo prout loquitur in interdicto iſta ſententia non poteſt dici diffinitiua: quia cōtinet incertum. non enim dicit circa quā reʒ vis ſit cōmiſſa. ⁊ ideo nō declaratur quid veniat in reſtitutione. ergo ſententia nulla: vt. C. de ſen. que ſine cer. quā. per totum. Solu. debes intelligere ꝙ hic dicitur vim feciſti. ſ. tibi obiectaʒ in libello: ⁊ ſic per relationem ad libellum: vt. l. ait pretor. §. i. š. de re iudic. ⁊ quod ibi plene dixi. ℂ Item oppo. ad idem prout hec ſententia refertur ad accuſationē criminalem. nam vis quedam eſt licita quedam illicita: vt probatur in. l. creditores. C. de pig. ergo ſi iudex ꝓnūciat vim feciſti: non ſequiſ: ergo es puniendus: vt. l. i. §. i. š. ad turpil. ⁊ ibi dixi. Reſpondeo codeʒ modo ꝙ hic diciſ vim feciſti ſcilicet obiectam in libello. ita ꝙ ad illam ſe retulit vel expreſſe vel ex preſumptione iſtius. l. ℂ Ultimo oppo. ⁊ videtur ꝙ iſta. l. ī fi. ſui male dicat: vbi dicit vtriuſq̄ʒ. l. crimina obiecta ſunt. cōtra in. l. ſenatus. š. de accuſa. vbi dicitur ꝙ quis nō poteſt accuſari diuerſis legibus. So. ꝙ hic dicitur vtriuſq̄ʒ. l. crimina ſunt obiecta. i. crimen quod poteſt vtraq̄ʒ. l. puniri ſm diuerſas circūſtantias: vt ſi fuiſti accuſatus ꝙ aliquem deieciſti inferēdo ſibi violentiam: nec dixiſti cū armis vel ſine armis. ⁊ ſic

a q Ui vltimo. Dānati ad mortē efficiunſ ſerui pene. fallit ſi appellatuʒ eſt. Itē fallit ſi ſn̄ia fuerit nulla. Itē per ſn̄iam interlocutoriam ſit appellatū. hoc voluit Bal. in. d. l. i. C. de ex delic. defūc. Et dū ponit Bar. hic. qd in bānitis. vide Bal. in. l. fi. C. ſi a nō cōpe. iudi. Si dānatus ad mortē euaſit nō poterit teſtari. facit ad id qꝺ no. bal. in. l. ex ea cā. ī. de poſtu. ⁊ vide Bar. in. l. ſi is qui. §. i. de teſta. bar. ⁊ bal. in. l. i. C. de ſacroſanc. ec. ⁊ qꝺ no. Inno. in. c. querēti. de offi. deleg. ⁊ no. bar. in. l. cūctos populos. in pe. col. de ſum. tri. ⁊ Imol. in. d. l. ſi qd filio. §. irritū. de iniuſto teſt. glo. ⁊ doc. C. de do. iter vi. ⁊ vx. in auē. ſʒ hodie. ⁊ bal. ⁊ Imol. in. l. ſuo legato. §. fi. de leg. i. ⁊ bal. in. l. fi. C. ſi a non cōpe. iudi. ⁊ ad ſ vıꝺ bar. pulchre i. l. ſi eẋ. š. de teſta. ⁊ ꝑ Ro. i. l. i. ꝺ re iudi. adde bar. in. l. nōnunq̄ʒ. de appella.

b ℂ Quod itellige. An damnati ad mortem poſſint facere teſtm̄. vide pulchre bar. in. l. ſi eẋ. ff. de teſ. ⁊ bar. in. l. cūctos populos. C. de ſum. tri.

c ℂ Hodie corrigiſ. an hodie dānati ad mortē efficianſ ſui pene. vide i. l. ſi qs i bona. ff. de ac. qui. heredi.

d ℂ Ultimo q̄ro. An ſn̄ia corpalis poſſit mandari executiōi infra. x. dies. Adde bar. ꝑ illū tex. no. i. l. nō tn̄. de ap. vbi viꝺ. Adde quod no. bal. poſt Bar. in. l. ſi quis. §. his ac. de iuſto teſt. ꝑ Bar. i. l. ff. qua pena. de ꝟ. ſi. ⁊ Bal. in. l. fi. in vlti. col. ſi a nō cōpe. iudi. ꝑ Ro. in. l. i. de re iu. ibi breuiter debetis ſcire ꝙ quedā executio: vide qꝺ no. in. l. fi. C. ſi a n̄ cōpe. iudi. adde Bar. poſt Guil. in. l. fur. §. i. ff. de inſti. bal. āg. ⁊ do. Jo. in. l. a latronib⁹. §. i. ff. de teſta. bal. in. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de of. ꝓcō. ⁊ in. l. addictos. C de epi. audi. ⁊ no. in. c. ſi qñ. de of. de leg. Bal. in. l. i. C. ex delic. defunc. in. vij. col. ⁊ qꝺ no. Bar. in. l. nō tn̄. ī. de appella. Inno. in. c. querenti. de offi. deleg. Bar. in rub. de re iudi. iuxta fi.

e ℂ Renūciauerat appellationi. Iſtud dictū reputaſ multū no. ad limitationē glo. no. in. l. pactuʒ. š. de pac. ⁊ dic vt dixi in. l. non tn̄. de appel. per bar. in. l. cuſtodias. š de publi. iudi.

f s I preſes. No. tamē ad hāc. l. ꝙ in enormib⁹ iudex dʒ vti ſeuerita te nō grauitate. l. diu⁹. ibi: ſeuere iudicam. š. de re iudi. ita dicit bal. in. l. ea que in fi. C. de ꝯdi. inde. tex. in. l. reſpiciendum. §. i. š. eo. barto. in. l. pedius. š. de incen. rui. naufra.

a ¶ Intelligetur mitior. Adde Inno. in c. cū dilectus. in verbo iuſticia. de ordi. cogni. vbi vide.
b ¶ Non declaratus. Adde ꝙ in ciuilibus procedit: vt in. l. i. §. ſi quis argentum. depoſiti. ⁊ quod ibi notatur.
c ¶ Procedit talis libellus. ⁊ qđ poſtea poſſit declarari in ꝓceſſu. adde i ſimili bar. in. l. i. in. iij. col. j. de ap. adde bal. i. l. edita. in. xx. col. C. de edē. ⁊ allegat bar. h ⁊ in ꝑmo ꝯſilio. ⁊ adde qđ habetur in. l. i delictis. §. ſi detracta. de noxali. vide tex. i. l. iij. §. cognoſcit. đ offi. ꝑfec. vigil. de interlocuto.
d Fratres. Iſte tex. allegat pro deciſiōe cuiuſdā notabilis. q. ꝑ bal. in rub. de cōdit. ob tur. cau. i ſi. videlȝ ꝙ ſi qs ē bānit⁹ tpe quo imburſabat ad aliqđ officiū ⁊ tpe quo extrahit ē bānit⁹ qđ tñ repellat. vide i ſimili pau. de liaza. i. q. incip. i ſcrutinio. Itē allegat bal. in auē. ⁊ oīno. ⁊ ibi no. C. ne vxor pro mari. qd ſi tpe q̄ fuerāt ꝯceſſe repreſalie ciuibus hui⁹ loci erat bānit⁹: lȝ rebanniat non vtit priuilegio repſaliarū. qđ no. qr fac etiā ꝙ ſi ſtatutū dicit ꝙ iſtrumēta notariorum matriculatorū hēant executionem ⁊ tpe rogationis qs erat matriculat⁹ tpe iudicij non. de quo per bal. in. l. ij. i. ij. col. đ excep. rei iudi. predictis maxime pri. me. q. Adde bar. in. l. vſufruct⁹ i ſi. de ſtipu. ſeruo. vbi no. quādo ſit inſeruiēdū legis verbis: de q̄ late in. l. nō dubiū. C. de legi. ⁊ bar. i. l. oēs populi. i. iij. q. ꝑn cip. de inſti. ⁊ in. l. ſi ꝯſtāte. in. ix. q. ꝑn. ſo. ma. ꝑ bar. in. l. ⁊ ſi ꝯtra. de legi.
e S I quis aliqd. §. auctores. adde quod no. bar. ad iſtū. §. in. l. ꝯſti. j. de appella.
f ¶ Teſtm̄. No. ꝯ notarios ſm bal. i. l. ſi. i. viij. col. C. de edē. ⁊ in. l. ſi. de pe. iudi. in. i. col. adde tex. ⁊ ibi bar. in. l. i. §. hi q. ā. de fal. ⁊ hūc tex. allegat gl. in. l. ſi qs teſtm̄. §. ſȝ ⁊ ſi qs ā. ad. l. acql.
g ¶ Miles. Et de h dixi in. l. i. de bo. co. ⁊ in. l. ij. C. de his q ſibi mor. cō. ſci. ⁊ hoc eſt vez ēt i bānito qui pōt ab alijs offēdi ſm Bal. in. l. i. in pe. colū. de ſer. fugi.
h c Icero. ꝯ aſſaſſinos. No. đ aſſaſſinis ⁊ alijs q faciūt aliqd ꝑ pecuniaȝ. vide q̄ dixi i. l. iij. §. tranſfugas. de ſic. ⁊ bar. in. d. l. nō ſolū. §. qui māda. ā. de iniur. ⁊ bal. in. l. nō ideo in ꝑn. de accu. ⁊ vide q̄ habent in. l. ij. §. ſi. ā. đ co per quē facerit ⁊c̄.
i m Etrodorum. hunc textū allegat Ro. in notabili ſuo.
k s Anctio legū. no. paria eē aliqd eē certū ⁊ certificandū. idem habetur i. l. certi ꝯdictio. ff. ſi cer. pe. vbi certi cōdictio datur ad certū vel certificādū.
l ¶ Opp. de leg. i. §. i. An clauſula generalis trahatur ad ſpecificata. uide ꝙ ſecus ē in vltimis voluntatibus: vt in. l. libertis quos de ali. ⁊ cib. le. ⁊ ibi bar. ⁊ i. l. doli clauſula. de ver. ob. ⁊ de hac materia vid bonū tex. in. l. quotiens. de ac. ⁊ obli. ⁊ vid ꝑ bar. in. d. l. i. đ ſepul. vio. ⁊ ꝑ Cy. ⁊ Bal. ang. ⁊ ſaly. i. l. qui ſepul.

poteſt vtraqȝ. l. comprehendi ſm diuerſas qualitates: tunc intelligetur mitior[a]. ita loquitur h. Ex quo nota ꝙ in criminalibus procedit libellus per circunſtantias non declaratas[b]: ⁊ poterit poſtea in proceſſu declarari. ſed ſi non declararetur mitior intelligetur vt hic. Sed ſi omitteretur aliquid de ſubſtantialibus que requirunt in libello: vt. l. libellorum. ā. de accuſa. tūc libellus non procederet: vt vidiſtis in. l. libellorū. §. ꝙ ſi libelli. ⁊ ex hoc apparet ꝙ procedit talis libellus[c]. accuſo te ꝙ percuſſiſti me cuȝ enſe: etiaȝ ſi non dico in qua parte corporis. ⁊ etiam ſi nō exprimo cū ſanguinis effuſione vel ſine. ¶ Vltimo Hug. dicit per hanc. l. ꝙ damnatus. l. iul. de vi priuata non infamatur: ſed male dicit ⁊ reprehenditur hic. in glo. vt plene apparet in glo.

Ex. l. ſequenti.

¶ Pena que imponitur ad tempus: poſt tempus videtur remiſſa. ⁊ verbis legis ⁊ edicti ſeruire debemus.

## f Fratres.

[d] ¶ Nota tex. ibi: quia tempora ⁊c̄. Nota ex hac. l. ꝙ pena que imponitur ad tempus: poſt tempus videtur remitti vt hic. ⁊. l. imperatores. ā. de poſtu. ¶ Secundo nota tex. ibi: dum dicit. ratio iuris ⁊ conſtitutionis. ex quo nota ꝙ debemus ſtare ⁊ ſeruire verbis legis ⁊ verbis edicti: vt hic. ⁊. l. i. §. ſi is qui naueȝ de exer. ⁊. l. proſpexit. qui ⁊ a qui. ā. ⁊. l. conſtitutum. ā. de mili. teſta. ⁊. l. ꝯſtitutionibus. j. ad munici. quod facit ad ſtatuta.

## s Eruus.

**Eos.** Ad euidentiaȝ ſcias ꝙ delator qui non perficit delationeȝ punitur: vt. l. deferre. j. de iure fiſ.

## i Ad metallum.

¶ Vidiſtis. ā. eo. titulo. l. qui vltimo.

## i Ad dardanarios.

Vidiſtis. ā. in. l. in annonaȝ. ā. de extra ordi. crimi.

## s Si quis aliquid.

¶ Op. ⁊ ſol. vt in glo.

**Auctores** [e] De hoc vidiſtis. ā. e. l. capitalium. §. ſolent.

**Qui abortionis.** De hoc dic vt. ā. de ſicca. l. iij. §. ex ſenatuſcō.

**Teſtamentum.** [f] Dic de hoc: vt. l. ſi quis legatum. ā. de fal.

**Inſtrumenta.** No. contra aduocatos ⁊ notarios qui inſtrumenta eis ꝑducta ⁊ exhibita dāt alijs.

**Miles.** [g] Nota ꝙ ille qui ꝑcutit ſeipſuȝ venit puniendus. ſic. j. de re mili. l. omne delictum. §. qui ſe.

## c Icero.

Nota ꝙ grauius punitur quod ſit per pecuniam q̄ ꝙ ſit ſine pecunia. qđ facit contra aſſaſſinos[h] qui occidūt aliqueȝ per pecuniā. de quo dicam in. l. nō ſolum. §. ſi mandato. ⁊ §. proculus. ā. de iniur. de materia huius. l. qualiter puniatur ille qui facit aliquem abortiri vidiſtis in. l. diuus. ā. de extraor. crimi.

## m Etrodorum.

[i] No. hāc. l. contra eos qui receptant exbānitos de quo vidiſtis in. l. ij. de recepta.

Ex. l. ſequenti.

¶ Quando ſuper eodem reperitur pena generalis ⁊ ſpecialis an generalis trahatur ad ſpecificata: ibi. Et ideo. Et que ſit ratio diuerſitatis ꝙ in his penis aliud ſit cum ponuntur in eadeȝ lege. aliud cuȝ in diuerſis legibus. Et an ſtante ſtatuto ꝙ teſtis infra menſem tantum poſſit de falſo accuſari. ⁊ etiaȝ ſtante alio ſtatuto ꝙ de falſitate poſſit cognoſci infra decē annos: an vigore talis generalis ſtatuti teſtis poterit đ falſo accuſari: ibi. Circa. Et an ſtante ſtatuto ꝙ percutiens in platea condemnetur in duplo. Item ꝙ percutiens in feſto cōdemnetur in duplo: an ſi qs percuſſerit in platea ⁊ in feſto an de qualibet q̄litate ſiet duplicatio: ibi. Vltimo. Et an in duplo ſit ſimplum: ibi. Sed quero. Et an ſtāte ſtatuto ꝙ nobilis offendens popularem condemnetur in quadruplo eius ꝙ condemnaretur popularis offendens popularem: ⁊ contingat ꝙ nobilis in platea i feſto offendat popularē que erit pena huius poſito ꝙ alias pena ſimpliciter eſſet de cētum: ibi. Quero. Et an ſtatutū qđ loquitur de duplicatione pene habeat locū in penis arbitrarijs que nō ſunt limitate: ibi. Quero. Et ſtatuta loquentia de duplicatione pene non habent locum in ſpeciebus ſed in qualitatibus vt in ſi. l.

## s Sanctio legum.

[k] Hec eſt lex multum notabilis. glo. intelligit hanc. l. ſi multe ſunt pene limitate a iure in delictis. eſt etiam in iure quedam clauſula generalis que dicit ꝙ vbi pena non reperitur limitata imponitur arbitrio iudicis: vt. l. ij. de crimi. ſtelli. certe iſta clauſula non porrigitur ad ſpecificata. ¶ Ad iſtam lectu. op. quia ſm hunc caſum glo. illa clauſula generalis non imponit certam penam ſed arbitrio iudicis. ſed tex. hic dicit certam penaȝ irrogat. ergo mala eſt poſitio caſus. glo. reſpondet immo eſt certa: quia illa videtur expreſſa quam iudex declarabit. ar. ad hoc. l. vnum ex familia. circa prin. ā. de leg. ij. ⁊. l. aſſe toto. ā. de here. inſti. quod no. ⁊. l. illa inſtitutio. ā. de condi. inſti. quod no. ¶ Secundo ad hanc. l. op. quia in fine hic dicitur. e. l. ſed ſm hanc poſitioneȝ caſus diuerſe ſunt. ll. que loquunt generaliter vel ſpecialiter. huius contrarij timore dicit glo. eadem. l. ſcilicet in genere: non eadē in ſpecie. Iſta lec. licet poſſit ſatis ſuſtineri: tñ facit magnam violētiam littere. ⁊ ideo Dy. intelligit hāc. l. alio modo ponendo caſuȝ ſic. pone ꝙ aliqua lex vel ſtatutum plura capitula habet in quibus eſt impoſita certa pena: poſtea in fine eſt appoſita clauſula generalis. certe illa non porrigitur ad ſpecificata. ita intelligit Dy. hanc. l. quod mihi plus placet. ¶ Tamen ad hanc lec. op. de leg. i. §. i.[l] ā. de ope. no. nun. ⁊. l. i. §. dixerit aliquis. ā. de publi. So. quandoqȝ pena ſpecialis ⁊ pena generalis imponuntur eadem lege ſeu eadem cōſtitutione habente plura capitula. tunc clauſula

chra. de ſepul. vio. facit tex. in. l. in euz. ff. de fur. ⁊ per Bal. in. l. qd ergo. §. pena grauior. de inſa. per Spe. in titulo de accuſa. circa principium. ⁊ vide dominum meum. videlicet Angel. de are. in tractatu ſuo maleficiorū in verbo. caput a ſpatulis amputetur. vide Bar. in. l. ſenatus. de accu. ⁊ in. l. i. §. i. in. iij. col. de operis noui nuncia. ⁊ in. l. doli clauſula. de ver. obliga. ⁊ in. l. i. ff. vi bo. rap. ⁊ ad de Bal. i. l. ſi eccleſie venerabilis. C. de epiſco. ⁊ cle. ſed qd ſi per legem impoſita eſt certa pena ſpecialis: ⁊ per ſtatutū imponatur alia pena ſpecialis. dic ꝙ ſtatur pene ſtatuti. quid ſi ſtatutum imponeret penā perpetuā bāni pro vulnere. aliud ſtatutum dicit ꝙ pro vulnere facto i palatio puniatur pena centuz quis vulnerauit aliquē in platea an debeat vtraqꝫ pena puniri. habeo diſputatiōez do. Guil. de ſuza. in. q. incip. pena de facto quidā facit inſultū ⁊ quādo per diuerſas. ll. imponitur diuerſa. vide p do. Jo. in. l. ij. in. i. charta. de publi. iudi. ⁊ omnino Bal. i. l. data opera. in. iij. col. C. qui accuſa. ⁊ in. l. q ſepulchra. de ſepul. vio.

a ℂ Reperitur pena. qn̄ vna prouiſio ſpecialis deroget alteri minus ſpeciali ⁊ quomō cognoſcatur. vide Barto. in. l. hac conſultiſſima. in. i. col. C. qui teſta. fa. poſ. in prin.

b ℂ Quero vtrum. Adde que dixi in. l. ij. i prin. ff. de verb. obliga. poſt Barto. in. l. queſitum. §. penul. de fun. inſtruc. ⁊ quod ibi dixi ſequitur Pe. de ancha. in. c. canonſta. verſi. circa hanc contrarietatem ſtatuti. in ver. quoqꝫ. quid ſi aliquez percuſſi in platea de nocte. no. quia ſi ſtatutum dicit ꝙ pena falſi duplicetur ſi cōmiſſum fuerit in palatio ⁊ aliquis obrepſerit falſum iudici in palatio: an puniatur pena falſi. dic ꝙ non: quia debet intelligi de tali falſo quod poſſet cōmitti in palatio ⁊ extra. ſed hoc poterit cōmitti extra. ergo ⁊c. ita conſuluit no. Bar. in conſilio tuterdinus quidam. ⁊ ibi vide ad nota. per Bar. hic an ſtatutum de duplicatione pene inducat neceſſariam accuſationem. adde Bar. in. l. aut facta. §. locus. ff. eo. ⁊ de duplicatione penarum. vide Bal. in. l. contra negantem. ad. l. acquili. ⁊ ibi quod duplum non ſimplum eſſet duplicandum. ⁊ iſtis adde Bar. in. l. i. circa fi. ff. ſi fami. fur. ſe. feciſ. dica. ⁊ in. l. meuius. §. duobus. de lega. ij. ⁊ Angel. hic ⁊ Barto. in. l. aut facta. §. i. ff. eodem. ⁊ in. l. vulgaris. de fur. ⁊ Bar. in. l. fideicō. §. interduz. ff. de lega. iij. ⁊ Bal. in. l. i. C. de ſenten. que pro eo quod intereſt. in vlti. colum. in ver. reſtat q̄rere. ſuper. l. interpretatio in prin. non obſtat ſi dicatur quod inſti. de acti. §. omnis. loquitur quando pena per nomia multiplicatiua imponitur ciuiliter. queſtio noſtra quando criminaliter. nā non recordor p aliquā legez iſtam penaz terminatiue imponi. vn̄ illius. l. arg. hoc dico ꝓpter idēptitatem rationis: vt in. l. etiaz. ⁊ in. l. tam ex contractibꝰ. de iudi. preterea cū ſtatutum ſit quedam ciuium cōuentio. vt in. l. i. ff. de lega. et pena cōuentionalis nō poteſt excedere q̄druplum. ergo ⁊c. vnde ſtatutuz ſimpliciter loquens trahitur ad ius cōmune: vt quadrupluz nō excedat. ar. l. i. §. i. de munc. ⁊ ho. ⁊ in. l. ij. C. de noxa. ſꝫ quero iuxta predicta qd duplicatur. rn̄deo illud qđ erat ſimplidū: vt. ff. qđ me. cā. l. ſi cū exceptiōe. §. i. ⁊. §. quadrupli. ⁊. §. illud. Sed q̄ro an in duplo inſit ſimplum. rn̄. ꝙ ſic in dubio niſi aliud appareat: vt in. l. hoc edicto. §. ſi. de publica. vn̄ in ingſitiōe ꝓdicta aliqs de note in platea cōmiſit delictū erunt triginta: ⁊ ſi in die feſto erūt. xl. ⁊ ſi eēt alia qualitas poſſet aſcēdere vſqꝫ ad quadrupluz. ⁊ ibi Bar. dicit ꝙ dꝫ quadruplari ſimplū cū oi ſua cā. ſic ꝗ ſicut videtur vt ſimplū qn̄ ꝓp noctē: vel qꝛ in platea duplicetur: ita de alijs qualitatibꝰ: qꝛ oēs iſte qualitates inſūt eodē inſtāti tpis. nā illa qualitas loci nō incipit reperire maleficiū cōmiſſum cū illa qualitate noctis: vel alia ſi reperit cuz in actu cōmittendi. nam eo tēpore iſte qualitates accedunt: vt dictum eſt.

generalis nō refertur ad ſpecificata. caſus eſt h. Quandoqꝫ imponitur in diuerſis legibꝰ ⁊ conſtitutionibus pena generalis ⁊ ſpālis. tunc vtraqꝫ. l. locum habet. ita loquuntur cōtraria. plus quidaz dicunt. ſ. ꝙ vtraqꝫ pena habet locū quo ad originem ⁊ quo ad executionē. hoc ipſi probant per. l. iubemus. de ſacroſan. eccle. C. cōiuncta. l. non dubiuz. C. de legi. nā in. l. non dubiū. pena imponitur generalis annullationis cōtractus facti contra legem. in. l. iubemus. imponitur ſpecialis pena alienationis cōtra. l. ⁊ tamē vtraqꝫ pena habet locum etiam quo ad executiōez. horū opi. refert Cy. C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchra. Iſta opi. videtur cōtra caſuz. l. ſenatus. ff. de accu. ſm vnam lec. prout ibi loquitur de homicidio ⁊ parricidio. ⁊ tamen ex vna tantum lege debet fieri executio: vt ibi dicitur. ⁊ ideo do. Ray. de forli. in quadam ſua diſputatione dixit vnuz bonum verbum: ꝙ ſi qdem pena generalis imponitur per legem ⁊ ſpecialis per hominē: tunc vtraqꝫ cōcurrunt etiam quo ad executionez: vt dicta. l. non dubium. cōiuncta. l. iubemus. ſꝫ qn̄ vtraqꝫ pena venit imponenda per hominē: tūc quo ad originem habent locum nō quo ad executionez: vt. l. pretor edixit. §. i. ff. de iniu. ⁊. l. ſenatus. ff. de accu. cuz ſi. ¶ Et ideo ex ꝑdictis habes recolligere quattuor verba quando ſup eodem reperitur pena[a] ſpecialis ⁊ pena generalis: tunc ſi quidē pena generalis eſt incerta ⁊ arbitraria non refertur ad ſpecificata ſiue in eadē lege ſiue in diuerſis vt hic. ſm lec. glo. Si vo vtraqꝫ pena eſt certa: tunc aut vtraqꝫ pena eſt in eadez cōſtitutione ⁊ generalis non refertur ad ſpecificata: vt hic. ſm lec. Dy. Aut imponitur diuerſis legibus: ⁊ tūc aut vna pena infertur a lege. ⁊ alia ab homine: ⁊ vtraqꝫ habet locuz etiam quo ad executionem. aut vtraqꝫ ab homine: ⁊ tunc nō habet locū quo ad executionez: ſed quo ad originez ſic: vt ex predictis patet. ¶ Quero que eſt ratio diuerſitatis vtrū iſte pene imponantur in eadem. l. aut in diuerſis legibus vel ꝯſtōnibus. Reſpondeo ratio ponitur hic in ſi. ibi: nec ſane eſt veriſimile delictū vnū ⁊c. quod declara: quia licet vna lex habeat plura capitula. tamen vnuz ius eſt accuſandi ex omnibus capitulis. nec eniz quot capitula habet tot accuſationes ſeu tot iura accuſandi naſcuntur. vna enim eſt accuſatio. l. corne. de fal. vel de ſicca. licet habeat plura capitula. ⁊ ſic de ſingulis: vt patet. ff. de pub. iudi. l. i. ⁊ inſti. de pub. iudi. per totum. ⁊ ideo eadez accuſatio ſeu idem ius accuſandi non debet habere ita varias. ⁊ ita cōtrarias naturas circa idē delictum. ⁊ ita loquitur hic. Sed quādo ex diuerſis legibus nō imponuntur: tunc ſunt diuerſe accuſatōes ⁊ diuerſa iura accuſandi. ideo poſſunt ſe in plus ⁊ minus hr̄e. ¶ Circa hoc quero duo ſunt hic ſtatuta. vnū ꝙ teſtis poſſit de falſo teſtimonio accuſari infra mēſem tantū. aliud eſt ſtatutū ꝙ quis poſſit accuſari de falſitate infra decem annos. ¶ Quero vtrum[b] ex vigore illius ſtatuti generalis vltimi quis poſſit de falſo teſtimonio accuſari poſt menſem. ⁊ videtur ꝙ ſic: qa cum iſte ſunt diuerſe leges iudex poteſt eligere quaz vult generalem vel ſpālem: vt dictum eſt. cōtrarium determinaui: qa predicta ſunt vera quando. l. generalis ⁊ ſpālis ponunt diuerſas accuſationes ſeu diuerſa iura accuſandi. ſed ſi hoc nō faciūt: ſed circa vnū ⁊ idez ius accuſandi diſponunt. tūc clauſula generalis non refertur ad ſpecificata: quia eſſet iniquū: vt vna ⁊ eadē accuſatio ſeu ius accuſandi eſſet annale ⁊ ꝑpetuuz: ⁊ hoc vult tex. hic. vnde ad hoc debes reſpicere vtruz ille leges diuerſe inducāt diuerſum ius accuſandi. an circa idem ius diſponant. hec eſt veritas. ¶ Ultimo quero per ciuitates italie ſunt plura ſtatuta que inducūt duplicationē penaꝝ. vtputa ſi quis percuſſerit in platea vel de nocte pene duplicentur. Item ſi in feſto vel in die fori pene duplicentur. Quero quid ſi aliquē percuſſi in platea de nocte die feſto: an ex qualibet q̄litate fiat duplicatio. hic videtur caſus ꝙ non. nā vt dixi vobis in. l. denunciaſſe. §. quid tn̄. ff. de adulte. iſta ſtatuta que inducūt duplicationē non inducūt nouā accuſationē: ſed qualificant primā. modo eadez accuſatio non debet quē punire diuerſis eſtimationibus ⁊ diuerſis reſpectibus. caſus eſt hic ibi: nec ſane ⁊c. In ꝯtrariū videtur caſus. ff. e. l. aut facta. vbi dicit in quolibet delicto veniūt cōſideranda ſeptē. ergo omnes iſte q̄litates cōſiderabuntur. quid dicemus. dicunt quidam qui diſputauerūt hanc. q. non debet duplicari pluries: qa ſenatus cenſuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus fiat reus: vt. l. ſenatus. ſed certe illa. l. ſenatus: nihil facit ad propoſitū: qa hic non punitur diuerſis legibus: ſed vna in qua habetur reſpectus ad diuerſas q̄litates. Dicamus ergo ſic. qn̄qꝫ per iſtas qualitates pene augentur nō tamen per nomina multiplicatiua: vt dupli tripli quadrupli: tunc oēs iſte qualitates cōſiderantur: vt. d. l. aut facta. Qn̄qꝫ pene multiplicantur per iſta noīa multiplicatiua: ⁊ tunc licet de iure debeat haberi reſpectus oīum: vt. d. l. aut facta tamen nulla poteſt fieri duplicatio que excedat quadruplum: vt inſti. de actio. §. oēs. vnde vſqꝫ ad quadruplum poterit multiplicari non vltra. Non ob. hec. l. que dicit ꝙ eadē. l. nō debet qs puniri varijs eſtimationibus: qa cōcedo varijs eſtimationibus. ſ. eodē reſpectu: ſed diuerſis reſpectibus ⁊ diuerſis qualitatibus cōcurrētibus bene pōt varie puniri nihil eſt qđ repugnet: vt d. l. aut facta. ⁊ de hoc dixi in. l. fideicōmiſſa. §. ſi quis decē. ff. de leg. iij. Itē non ob. ſi dicas ꝙ tex. inſti. de acti. §. oēs. loquitur quādo pena per iſta nomina multiplicatiua imponitur: qa ibi loquitur ciuiliter. q. noſtra quādo criminaliter. nam non recordor aliqua. l. iſtā penā criminaliter im

poni.vnde illarum legum ar.hoc dico rõne idẽ
titatis rationis:vt.l.omnem.⁊.l.tam ex cõtracti
bus.ſ.de iudi. Preterea cum ſtatutum ſit que/
dam ciuium conuentio:vt.l.i.ſ.de legi. ⁊ pena
conuentionalis non poteſt excedere q̃druplũ.
ergo ⁊c̃.vnde ſtatutum ſimpliciter loquens tra
hitur ad ius cõmune:vt quadruplum non exce
dat.ar.j.de mu.⁊ hono.l.i.§.i.⁊.C.de noxali.l.
.ij. ¶Sed q̃ro iuxta predicta quid duplicabitur?
Reſpondeo illud quod erat ſimplandũ:vt.ſ.
quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§.i.⁊.§.
quadruplicabitur.⁊.§.iulianus. ¶Sed quero[a]
an in duplo inſit ſimplũ.Reſpondeo in dubio
ſic:niſi aliud appareat:vt.l.hoc edicto.§.i.ſ.de
pub.vnde in queſtione predicta aliquis deliq̃t
de nocte in platea in die feſto ⁊c̃.ſi ponis q̃ ſim
plum ſit centum:quia de nocte erunt ducenta:
quia ĩ platea erunt tercenta:q̃a in die feſto erũt
.cccc.⁊ ſi eſſet alia qualitas poſſet aſcendere ad
quingenta.q̃ enim dixi q̃ poſſet aſcendere vſq̃
ad quadruplum ad plus:intellige illud q̃dru/
plum vltra ſimplũ:vt patet in actione furti ma/
nifeſti.Sed cõtra predicta vr̃.d.l.ſi cũ exceptio
ne.§.quadruplatur:vbi dicitur q̃ debet q̃dru/
plari ſimplum cum omni ſua cauſa.ſic ergo hic
ineunda ratio videtur vt ſit ſimplũ centũ pro/
pter noctẽ.cc.propter locũ:quia in platea.cccc.
hoc eſt vt dupletur illud ſimplum cũ illa ſua cã
.ſ.noctis.⁊ ſic de alijs qualitatibus. Reſpõdeo
omnes iſte qualitates inſunt eodem inſtanti tẽ/
poris ipſi maleficio.⁊ ſi bene reſpicis illa quali/
tas loci cum incipit ineſſe non reperit maleficiũ
cõmiſſum cum illa qualitate noctis vel alia:ſed
reperit eum in actu cõmittendi.nam eodẽ tem
pore iſte qualitates accidunt:vt dictũ eſt. Hoc
p̃miſſo debes ſcire q̃ ille qualitates que habent
duplare non poſſunt operari ſuum effectum:ni
ſi in eo quod reperit duplandum.ar.ſ.de cõdi.
⁊ demõ.l.in teſtamento quidam.⁊ de le.i.l.qui/
dam teſtamento.§.ſi tibi.ſed iſte qualitates nõ
reperiunt niſi maleficiũ ſimplex:vt eſt oſtenſũ.
ergo illius penam ſimplicem duplicat ⁊ non vl/
tra.nec ſufficit ſi illas qualitates reperit in fieri:
immo oportet q̃ eas reperiat in facto eſſe ſm p̱
priam ſignificationem:vt.ſ.de iuriſdi.om.iud.
.l.ſi quis id quod.§.ſi duũ proponitur. Prete/
rea aut dices q̃ qualitas loci duplicat delicti pe
nam cum qualitate temporis:⁊ tunc eadẽ rõne
tempus duplicabit propter locum cum vtraq̃
eodem tempore cõcurrat.⁊ ſic eſſet repugnãtia
⁊ perplexitas:vt.l.ſi ticius.ſ.de cõdi.inſti. Pre
terea non eſt dubiũ q̃ prima qualitas ſolũ indu
cit duplicationẽ ſimpli.ſed hic quelibet iſtarum
qualitatum eſt prima cũ eodem tempore cõcur
rant:vt dictũ eſt.ergo quodlibet ſimplũ dupli/
cat:vt.l.qui duos in p̃nc.ſ.de re.du. Preterea
hoc cõſtat ſaltem q̃ nulla iſtaꝝ qualitatũ eſt po
ſterior altera:ergo nulla inducit duplicationẽ
reſpectu alterius:vt.l.eũ qui duobus.ſ.ad tre.
facit quod no.in.l.eum actũ.ſ.de nego.geſ.in
ſi.per glo.ſed ſi poneremus q̃ eſſet quedã qua
litas que ineſſet ipſi maleficio poſt eũ perfectũ
cũ oĩbus qualitatibus ſuis:tunc duplicaretur cũ
omni ſua cauſa etiã ſi excederet quadruplũ:vt
.j.tangam.exemplũ dicit ſtatutum q̃ contra ne
gantẽ pena duplicetur vel augeatur in quadruplo.
certe iſtud negare venit poſt maleficiũ perfectũ
cũ omni ſua cauſa.ideo duplicatur illud totum
tãq̃ illud ſit ſimplum:vt.d.§.quadruplatur.
Sed poteris dicere ergo nec ipſa pena maleficij
ſimplicis duplicatur:q̃a ipſum maleficium cũ ipſa

qualitate in eſſe producitur. Sed reſpõdeo ſicut
ignis precedit calorem quodã ordine nature:ſ3
nõ ordine temporis:⁊ ſicut obligatio precedit
actionẽ:vt.l.licet.§.ea obligatio.ſ.de p̱cura.q̃d
eſt quodã ordine nature ſeu intellectus:ita ma/
leficium precedit in natura ⁊ intellectu oẽs ſuas
qualitates.vnde puto q̃ ſi ex verbis apparet q̃
aliquo ordine intellectus vna qualitas precede
ret aliã:ſ3 in inſtanti temporis p̱ducerentur in
eſſe:tamẽ tunc vltima qualitas duplicaret penã
maleficij cũ oĩbus illis qualitatibus que in intel
lectu precedũt:vt oſtendam inferius. ¶Quero
ergo pone dicit ſtatutũ huius ciuitatis q̃ ſi no/
bilis offenderet popularẽ puniatur quadruplici
pena eius qua puniretur popularis offendens po
pularem.ↄtingit q̃ nobilis offendit popularẽ
de nocte ĩ platea ⁊ die feſto.queritur que ſit pena
eius poſito q̃ illius offenſe ſimplicis eſſet pena
centum. Reſpondeo tota pena que imponeretur
priuato habita ratione oĩum illarum qualitatũ
eſt ſimplum ⁊ illud totum quadruplicabitur:⁊ ſic
multũ poterit aſcẽdere.hoc p̱bo.pone ex ſigni/
ficatione verborũ q̃ habet reſpectum ad penã
que imponeretur populari:quod debet intelligi
cũ omnibus ſuis qualitatibus.caſus videtur.ſ.ſi
fa.fur.fe.di.l.i.⁊.l.ij.cũ ſua glo. nam illo edicto
ſufficit preſtare q̃tũ preſtaret liber homo ſi hoc
feciſſet:vt.l.i.illius ti.⁊ hoc intelligitur cũ oĩbus
qualitatibus ſuis:hoc eſt pro furto manifeſto q̃
druplũ:pro alio duplũ.pro hoc.ſ.de parrici.
.l.vtrũ.vbi preſtans opẽ tenetur pena qua tenetur
principalis cũ omnibus ſuis qualitatibus. Pre/
terea regula eſt quãdo vna relatio fit ad aliquid
refertur ad illud cũ omnibus ſuis qualitatibus:vt
.ſ.de ali.⁊ ciba.le.l.a filio.§.teſtator.⁊ intelligo
de qualitate circa tp̃s circa locũ ⁊ circa modũ ⁊
alia ſimilia vt ibi patet. Preterea hoc eſſe verũ
apparebit rñdendo multis que poſſent dici in
cõtrarium in q̃bus determinabo multas q̃ões
ad hoc p̱tinentes.non ob.quod dictũ eſt.ſ.vi/
delicet q̃ pena ſimplicis maleficij duplicatur:q̃a
illud eſt verũ quando ſtatutũ ſimpliciter loquitur
per hec verba pene maleficioꝝ duplicentur vel
pene duplicentur ⁊ ſimilia.ſecus ſi dicit puniatur
pena quadrupli eius q̃d alias puniretur ⁊ ſimilia
v̱ba per rões.ſ.dictas.⁊ hoc probo eſſe verũ
ſi fideiuſſor intercedit ſimpliciter nõ tenetur in
augmento ↄtingente obligationi ex aliqua qua
litate:vt.l.i.cũ ſi.ſ.de in litem iuran.Sed ſi fide
iuſſor interceſſiſſet p̱mittendo iudicatũ ſoluere
tenetur in omni eo q̃d veniret in ſnĩa:vt.ſ.iudica.
ſol.l.iudicatũ ſolui.ita in p̱poſito iſtius ſtatuti
verba referuntur ad ſnĩã:hoc eſt ad illud in quo
puniretur.ergo illud totũ pro vno ſimplo habetur.
Et predicta intelligo quando circa primas q̃li/
tates quas dico cõputari in ſimplo.ſtatutum lo
quitur per verba ſimplicia.ſ.pene maleficioꝝ du/
plicentur ⁊c̃.⁊ in alio ſtatuto ſe refert ad id ĩ quo
puniretur ⁊c̃.Sed ſi circa omnes qualitates lo/
queretur eodem modo.ſ.q̃ ſe referret ad tempus
ſententie ſeu punitionis:tunc pena tantũ ſim/
plicis maleficij duplicaretur vel quadruplicaretur.
ratio:quia nulla dictaꝝ qualitatũ reſpicit male
ficium ante aliam in ordine tp̃is vel in ordine ĩ/
tellectus:ſed eodẽ tp̃e concurrunt vt dictũ eſt.
ſed ſi poneremus q̃ ſtatutũ circa aliquas quali/
tates loqueretur ſimpliciter:circa alias ſe referret
ad tẽpus punitionis:tunc ille prime qualitates
cõputarentur in ſimplo per eaſdem rões. Itẽ
predictis videtur obſtare.l.item veniunt.§.cũ p̃/
diximus.ſ.de peti.here.⁊ quod no.ſ.ſi cer.pe.

a ¶ Sʒ q̃ro. Adde q̃ dixi poſt Bar. i .l.hec actio .ſ.de calũ.⁊ adde Bar.i .l.interpretatione.j.e.⁊ adde doc.in hac materia ſm Bal.in c.i.§.ſi duo.de pa.tenẽ. quãdo ex legis diſpoſitiõe petitur p̃ncipale vna cum pena.⁊ ex eadẽ.l.⁊ ex eadem actione:tũc in pena ↄtinetur ſors.ſecus ſi ex diuerſis cauſis. Primũ p̱batur in.l.hoc edicto.hic allegata.Scd̃m probatur in .l.ſi p̱ fure.de cõdi.fur. que doctrina eſt quando ſors cõſiſtit in ſpecie ⁊ pena in q̃titate q̃z nõ grauatur obligatio q̃ntitatis per obligationẽ ſpeciei.ſ.quod met⁹ cau.l.ſi cũ exceptiõe .§.ſi homo. licet ille tex. poſſet induci in ↄ̃rium: ſed dic vt p̱ Bal.in.d.c. .i.⁊ adde gl. no.quã ibi ipſe allegat ⁊ p̃dicta no. in penis q̃ imponũtur per nomina multiplicatiua:ſed quando imponũtur a lege p̱ noia ſimplicia nunquã ineſt ſimplũ .C.de ſentẽ. que p̱ eo.l.i. i ſi.⁊ ibi no. ⁊ facit inſti. de acti.§.tripli.⁊ arg.ff. de ver.obli. .l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ⁊ q̃d no.C. de ſer.fugi. in.l.pe.per Bal.⁊ vide Bal.in.l.cõtra negantẽ ad.l.acquil. ⁊ in.l.heredem.§.ſ3 in ſpecie.de calum.⁊ in.l.ſi cũ exceptõe .§.ſi non reſtituat quod me.cauſa.et adde quod ſi eſt incertũ ſimplum eſt incertũ q̃d multiplicatur a ſimplo.ita Bal.in.l.arbitrio.ſ.qui ſatiſda.cog. ⁊ vide Bal. in.l.ſi cũ exceptione.§. .i.quod me.cau.Bar.j.ea.l.pe.q.et adde textũ.⁊ ibi Bald⁹ poſt Bar.in .l.i.in.i.col. de ſpõ.ADDE que ↄſuluit Bal.cõſil.cclxviiij. .ij.libro.

a i Imperator. No. glo. in. l. fi. ſ. de iniur. ⁊ adde do. Anto. ⁊ Car. flo. in. c. ex litteris. de conſti.

b ❡ Snīa diffinitiua. Dic ꝙ ꝙ ſnīa diffinitiua ē q̄ ꝑpetuo durat vt ꝯdēnatoria. l. i. ⁊ ibi no. C. de poſtulā. aut eſt iterlocutoria: ⁊ tūc aut fer ꝛ rōne ꝯtumacie ⁊ nō delicti. ⁊ tūc catenus durat quaten⁹ ꝯtumacia purgaꝛ. c. ex litteris. de cōſtitu. l. i. §. ſi frater. ſ. de colla. bono. no. archi. in. c. lapſis. lx. diſtin. ⁊ bar. ī. l. ſi q adulterij. C. de adulte. ī alia interlocutoria. dic̄ bal. in. l. puto. §. i. ſ. de poſtu. ꝙ nō durat in tēpus ſucceſſoris. qḋ intelligit gl. ibi qñ lata ē ſine cāe cognitione. ſec⁹ ſi cā cognita ⁊ via ordiaria. vide qḋ habeꝛ in. c. cū bōe. de eta. ⁊ quali. ⁊ ibi Inno. dic̄ ꝙ ſuſpēſio facta ad tpˢ finiꝛ ipo iure poſt tempus: ſꝫ ſi ē facta vſqꝫ quo ſatiſfeceris: tūc nō finiꝛ ipſo iure poſt ſatiſfactionē: ſed ſi nieꝛ lata ſentētia ſup ea ⁊ rō eſt quia multa ꝯtingere pñt pp que negareꝛ ſatiſfactio. ⁊ allegat. d. l. puto. §. i. de quo p Inn. in. c. ſic alias ad fi. de cohabi. cleri. ⁊ mulie. q allegat iſta iura vide Inno. in. d. c. cum bone. Sꝫ an legat⁹ de latere poſſit legitimare quē ihabilē ꝑpetuo ad obtinēdum bñficiū eccleſiaſticum. et Guil. tenet i ti. de legato. §. ſupeſt vidēre. ver. ſꝫ nūqd ꝙ nō per iſta iura. adde Bar. i. l. v. in prin. de uer. ob. ⁊ in. l. i. in pn̄. ſ. de bono. poſ. ti. generali. ⁊ quod no. canoniſte in. c. qñ in pn̄. vt li. nō ꝯt. ⁊ adde ꝙ ſtatuta ⁊ oēs leges cōdite a magiſtratu dicunꝛ ius ꝑtoriū ⁊ ēt ꝯſtō epi dicꝛ ius ꝑtoriū. ⁊ ꝑpterea ſi ē penalis nō pōt exigi poſt ānū vtilē. inſti. de ꝑpe. ⁊ tēp. acti. in pn̄. qḋ tene mēti. h. d. Bal. in aliqb⁹ lectu. in. l. ij. §. nouiſſime. ſ. de ori. iur. ſe audiuiſſe a Bar. viua voce. ⁊ adde ꝙ Cy. in. d. l. i. ſ. qḋ qſqꝫ iur. i. iiij. q. dicit ꝙ ſi magiſtrat⁹ aliqd ſtatuerit ſtatuēdo nō dico ꝑ modū iterlocutorie ꝙ dictū ſtatutū erit ꝑpetuū ſicut ⁊ ſnīa diffinitiua lata cū cāe cogni-

.l. certi cōdictio in pn̄. circa fi. ij. glo. vbi videꝛ ꝙ iſte qualitates nō ꝯſidereꝛ. Rn̄deo quedā ſūt qualitates que inſunt ab ipſo initio: ⁊ in illis ꝓcedit qḋ. ſ. dixi. Quedaꝫ ſunt qualitates que ex poſtfacto ſuperueniūt ⁊ ille nō attendunꝛ: vt in cōtrarijs. ⁊ ideo ſi ſtatutū diceret ꝙ propter negocium vel propter ꝯtumaciā pena duplicareꝛ. vel alias augereꝛ: dico ꝙ adiectio pene que fieret ꝑpter illas qualitates ſupuenientes ex poſtfacto venirēt in illa duplicatione vel augmentatione per dictas leges. ſed q̄litates que inſūt ab initio bene poſſunt augeri per eas que ſuperueniūt ex poſtfacto: vt. ſ. dixi. Itē predictis videꝛ obſtare. l. furti in prin. ſ. de fur. vbi verū preciuꝫ duplicaꝛ nō ad intereſſe ſingulare. So. ideo ibi id nō duplicaꝛ: qa non venit in petitione. ſecus in alio intereſſe qḋ in petitiōe venit regulariter. Et ideo dico cuꝫ ſtatutū dicit ꝙ nobilis puniaꝛ pena quadrupli eius qḋ punireꝛ popularis ītel lige regulariter. ſecus ſi in ꝑſona aliquoruꝫ tale maleficiuꝫ haberet ſingularē penam. Itē cōtra predicta facit qa ſm̄ hoc talis pena excedit quadruplum. ꝯtra. §. oēs. inſti. de acti. So. nō eſt verum: qa totū illud primū accipiꝛ pro ſimplo. ſimile vſura nō parit vſurā: veꝝ eſt niſi vſura redigatur ad ſortē: vt. ſ. mā. l. deniqꝫ. §. ij. ¶ Quero an in penis que nō ſunt limitate: ſed imponunꝛ arbitrio iudicis habeat locuꝫ ſtatutuꝫ qḋ loquiꝛ de duplicatione penaꝝ. videꝛ ꝙ nō: vt. l. ſcio. §. medicos. ſ. de annu. lega. ꝯtrariū dico ⁊ duplicabiꝛ id qḋ pro tali maleficio ꝯſuetum eſt imponi. ar. eius qḋ no. in. l. qd ergo. §. pena. ſ. de his qui no. infa. ⁊. ſ. eo. l. hodie. ❡ Ultimo ſcias ꝙ ſtatuta que loquunꝛ de duplicatione penaꝝ nō habent locū in ſpeciebus. ſed ſolū in q̄titatib⁹: vt. l. lucius. §. impuberē. ſ. de le. ij. ⁊ ideo ſi pro maleficio deberet āputari manus: certe ſi fieret de nocte nō duplicareꝛ. ⁊ vide circa hoc qḋ dixi in dicto. §. impuberem. ⁊ in. l. meuius. §. duob⁹. ſ. de lega. ij. ⁊ in vlti. ⁊ penul. queſtione. Quid in tempore relegationis an duplicetur: dic ut dixi in. l. ſenatus. §. fi. ſ. ad turpil.

## i Interpretatione.

In hac. l. potes ponere caſum per. l. ſi preſes. ſ. e. ⁊. j. ti. ij. l. iij. §. ſi qs. ⁊ per. l. he enim. ſ. de ſuſpec. tu. ❡ Quero dicit ſtatutū ꝙ ex aliqua cā pena dupliceꝛ vtruꝫ in duplo inſint ſimpluꝫ. Rn̄deo ꝙ ſic: qa interpretatione legū ⁊c̄. ⁊ videꝛ tex. in. l. hoc edicto in fi. ſ. de publi. ⁊ qḋ me. cauſa. l. ſi cum exceptione. §. ſi quis auteꝫ in fine. ⁊ §. quatenus in princi. §.

Ex. l. ſequenti.

❡ An ſtatuta ciuitatis ſint ānalia vel perpetua.

## i Imperator.

a ❡ Op. C. de poſtu. l. i. So. ibi interdicit artē ſuā ſolēniter li. ꝯte. ⁊ cauſa cognita ⁊ data ſnīa diffinitiua[b]. h̄ ꝟo ſimpliciter interloquēdo interdicit alicui artē ſuaꝫ.

hec opi. teneꝛ cōmuniter per doc. hic. ⁊ in. l. contraria. ⁊ Inno. tenet eā. in. c. qḋ ad tranſlatiōeꝫ. ex̄ de offi. dele. Iſta. l. īduciꝛ ad. q. per quoſdā: vtruꝫ ſtatuta ciuitatis ſint annalia vel ꝑpetua: ⁊ videꝛ ꝙ ſint annalia. nā ſtatuta firmanꝛ iuramēto poteſtatis cuius offm̄ durat anno tm̄. contrarium eſt dicendū. nam ſtatutū non dicꝛ ius pretoriū nec pendet ex poteſtate pretoris: ſed dicꝛ ius ciuile: vt. l. oēs populi. ſ. de iuſti. ⁊ iure. ergo eſt ꝑpetuū: vt inſti. de ꝑpe. ⁊ tēp. acti. circa prin. ⁊. §. i. ita dicit Dy. Mihi videtur ꝙ debeamus aduertere ad duo. primo an ſtatutū ſit ꝑpetuū. ⁊ dico ꝙ ſic: ſiue ſit factū a populo: qa eſt ius ciuile: ſiue ſit factū ab aliquo habente poteſtateꝫ: vt ab epo: legato: ⁊ prefecto: duce: marchione: ⁊ ſi. caſus eſt ex̄ de offi. lega. c. fi. in. x. col. de ſta. ꝯtra li. eccle. fac. §. caſſa. ꝑut ibi dicit de poteſtatibus ⁊ rectoribus ⁊ ſimilib⁹. facit. l. fal. C. de diuer. reſcrip. ❡ Scḋo poteſt queri de actione deſcendēte ex ſtatuto. ⁊ tūc aduerte. ſi quidē ſtatutum ſit a populo. ⁊ tūc eſt ius ciuile: ⁊ actio erit ꝑpetua: vt inſti. de ꝑpe. ⁊ tēp. actio. Sed ſi ſtatutum ſit ab aliquo preſide: vt quotidie fieri videmus a duce marchione ab epis tūc actiones deſcendentes ex eis ſi quidē ſunt penales durant anno. videtur enim ius pretorium quod eſt factuꝫ a magiſtratibus. ergo ⁊c̄. ut in. d. ti. inſti. de perpe. ⁊ tempo. actio.

### ❡ De bonis damnatorum. Rubrica.

Ex. l. ſequenti.

❡ An hodie aliqd ſit īmutatū per autēticā bona dānatoꝝ cū publicatio bonoꝝ ſit ꝯtra cōtumaces ānotatos: ibi. Sed q̄ro. Et qd ſit īmutatū cū publicatio ſit ꝑ ſnīam ꝯdēnatoriā ſup delicto: ibi. Qñqꝫ. Et an cū dānaꝛ filiuſfa. curialis vaſallus. mater an publiceꝛ bona: ibi. Tertio. Et qd fiendū de bonis acq̄ſitis poſt ſententiaꝫ vide in fi.

## Supplicii.

s ❡ Op. in auc̄. vt nul. iudi. §. fi. poſita. C. e. auc̄. bona damnatoꝝ dicit gl. ꝙ iſta iura in hoc hodie corrigunꝛ per illaꝫ auc̄. Pro huius declaratione q̄ro aliquas qōnes que h̄ in glo. formanꝛ. Primo q̄ro qd iuris de iure antiquo qñ ꝯdēnabaꝛ aliqs liber homo. glo. dicit ſi ꝑ dānationē nō ꝑdebat ciuitatē neqꝫ libertatē neqꝫ vitā: qa forte erat relegat⁹ vel aliter damnat⁹: tūc nō ꝑdebanꝛ bona ſine dubio: vt. j. ti. ij. l. relegati. ſꝫ ſi ꝑdebat vitā libertatē vel ciuitatē: erat diſtinguēdū an hēbat liberos an nō. ⁊ ſi hēbat liberos: an publicabanꝛ oīa bona: an pars bonorū: ⁊ an hēbat paucos liberos an multos. iſta tāgunꝛ h̄ in pma gl. ⁊ in gl. mag. q̄s vide. iſtud qḋ erat de iure ātiquo eſt īdubitatū. ¶ Sed quero qd eſt īnouatū ꝑ iura noua circa iſtā publicationē. Circa qḋ ſciēdū ē[d]: ꝙ publicatio qñqꝫ fiebat

tione: lꝫ officialis talis eēt tpalis. allegat ad hoc. c. fi. de offi. lega. l. geſta. C. de re iudi. ⁊ vide no. in. d. l. i. de poſtu. vñ dixit alibi Federi. de ſenis de ſtatuto capituli facto ſede vacāte. nā lꝫ iuriſditio eius ſit tpalis ⁊ breuis: ſtatutū tn̄ facere pōt: ⁊ durabit ꝑpetuo. ad hoc vide Pe. de anch. in. c. i. ne ſe vacā. in. vj. ⁊ duꝫ Bar. h̄ dicit h̄ no. ſimpliciter interdixit vti arte ſua. vide late do. an. ⁊ do. flo. in. c. ex litteris. de cōſti. bene faꝛ qḋ no. ꝑ Bar. i. l. fundi. de acqui. poſ. ⁊ iſtis adḋ qḋ habeꝛ in. c. ſi nūt. ḋ cohabi. cleri. ⁊ mulie. ⁊ ā. diſti. c. i. i. q. i. reperiunꝛ. Inno. in. c. pro illoꝝ. de prebē. ⁊ in. c. cū veniſſent. de inſtitutio. in gl. ſup ver. tuēdū. ꝑ Inno. ⁊ Jo. an. in. c. fi. i gl. i. de offi. dele. ⁊ ꝑ gl. in. c. a nobis. el. i. in gl. ij. in fi. de ſenten. ex. ⁊ qḋ no. glo. Jo. an. l. c. fi. ne ſede vacāte. in. vj. ſuper ver. minime ⁊ vide quod no. Inno. de of. deleg. qḋ ad trāſlationē. Et bāna iudicū quāto tpe durēt vide Bal. i. l. i. i. iiij. col. C. de here. inſti. ꝑ imol. in. d. l. fūdi. de acq. poſ. in fi.

❡ De bōis damnatoꝝ. Rubrica.

c s Supplicij. diſti. Prio q̄ro. dicit tn̄ bal. in. l. iij. circa mediū. C. ſi pē. ap. mote interue. ꝙ quando aliqs eſt dānat⁹ ex crimine qḋ nō numeraꝛ inter publica iudicia. de quibus ꝑ Bar. in. l. i. ſ. de publi. iu. ꝙ tūc non publicanꝛ bona. allgat ipſe gl. ſm̄ euꝫ ſingularē ad h̄ in. l. ſeniuꝫ. C. q teſta. fa. poſ. ⁊ iō infert ꝙ ſi qs ē ꝯdēnat⁹ ad mortē ex forma ſtatuti ⁊ nō de iure cōi nō publicanꝛ bona: q2 ſtatuta ſūt ꝑuatoꝝ iudicioꝝ. ex q̄ pꝫ ꝙ iura noua nō hñt locum in iſtis. de cuius veritate vide per Pau. de ca. ⁊ ibi dixi in. l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. vbi uide an bona eorum qui bāniuntur ex forma ſtatuti publicentur.

d ❡ Sciēdū eſt. Adde qḋ Ja. de bel. in auc̄. de iceſt. nup. ⁊ in auc̄. ut nulli. iudi. dic̄ ꝙ vbicūqꝫ vita adimiꝛ dānato ibi iura ātiqua ſūt correcta: q2

ſic ipſa adeptio bonoꝝ eēt pena venientiū ab inteſtato nō defūcti.ſecus vbi adimit̃ ciuitas vel libertas.⁊ hanc ptem dicit ang.hic ſemp tenuiſ ſe legendo volumē.vide Barto.in.d.l.i.ad fi.C.de requi.reis.

a ℂ Preterea.Qui aūt poſſint īpedire publicationē bonoꝝ.dic ꝙ illi q̄ hūt dn̄iū vel poſſeſſionē.l.fi.⁊ ibi no.C.de bo.vacā.li.x.⁊ facit qđ habet̃ in.l.ob maritoꝝ in pn̄.C.ne vxor pro mari.et facit qđ no.bal.⁊ imol.in.l.ſi marito.ſ.ſo.ma.⁊ quod Cy.⁊ Bal.in.l.pign⁹.C.de pi.ac.⁊ bar.⁊ doc.in.l.i.§.ſuus.ſ.ad ſille. Et an ti.de requi.reis.hodie ſit correctus: vide Bal.in auc.bona dānatoꝝ.C.de bo.dā.⁊ an publicata domo itelligant̃ publicata ſuppellectilia.vide Bart.⁊ qđ ibi dixi poſt eū in.l.ſi qñ.C.đ bo.vacā.li.x.⁊ que dixi p⁹ bar.in.l.ij.C.de ver.ſi.⁊ no.ꝙ auc.bona dānatoꝝ.nō hꝫ locū niſi in penis capitalib⁹ ſec⁹ i penis pecuniarijs.ſm Bal.i.l.data opera.in.xxvj.col.C.qui accuſa.⁊ vide Bal.i.d.auc.bōa dānatorū.⁊ vtrū dānati ad mortem poſſint ītuitu elemoſyne aliqđ largiri.vid Jo.an.i.c.ad h.de teſta.⁊ in.c.ij.de vſu.in.vj.in.ij.colum.circa medium.

b ℂ Ita loq̄tur.adđ no.per bar.poſt gl.in.l.ei⁹ q̄.§.i.de teſti.⁊ qđ no.gl.in.l.fi.C.de iure fiſ.li.x.⁊ vide bar.no.in.l.ij.C qui teſta.fa.poſ.

c ℂ Quero qđ.vide Jabu.i.d.§.is cuius.⁊ Cy.⁊ Bal.in.l.ij.C.e.⁊ qđ dixi p⁹ bar.i.l.ſi vinctuꝫ aut ſtratum.de re iudi.⁊ in.l.nam ad ea in fi.poſt

ꝯtra ꝯtumaces ānotatos per ti.de req.reis. In hoc an ſit imutatū Cy.dubitat in.l.i.C.de req.reis.⁊ nihil determinat.do.Jaco.bu.dicebat nihil eſſe imutatū circa hoc:qa aut loquit̃ in bōis dānatoꝝ ſeu pſcriptoꝝ.⁊ dānati dicunt̃ ad mortem.ſed pſcripti dicunt̃ illi q̄bus vita reſeruat̃: tm̄ ciuitas vel libertas amittit̃.ſed illi ꝯtumaces nō ſunt dānati de crimine: vt.l.i.ſ.de requi.re. ergo ⁊c̄.ñ enī ē noſtrū leges extēdere:vt.l.ſi vo.§.de viro.ſ.ſolu.ma. Preterea lex q̄ loquit̃ de vno ꝯtumace puta de ꝯtumace i nō veniēdo nō hꝫ locū i alio ꝯtumace puta đ ñ reſtituēdo:vt.l.creditor.§.iuſſus.he ſūt rōnes ſue. ℂ Cōtra dictū ſuū vr̃ caſus.x.col.de pa.tenē.§.ſi vo pacis violator.vbi dicit̃ ꝙ ꝯtra ꝯtumaces ſit publicatio bonoꝝ mobiliū.imobilia vo heredib⁹ reſeruant̃.verūtm̄ glo.in alio ti.de pa.iur.fir.§.iniuria.x.col.in gl.que eſt ſup ver.homicidiū.videt̃ dicere ꝙ ille.§.ſi vo pacis violator.hēat locum tm̄ in pacis violatore:in alijs ſeruent̃ alia iura: ⁊ hoc pro modo ſatis placet per rōnem quā dicam.dico ergo ꝙ ti.de requi.reis.inquātum loquit̃ de publicatōe bonoꝝ nō eſt correctus niſi in violatore pacis. ℂ Qñqꝫ ſit publicatio bonorum per ſniam ꝯdēnatoriā latā ſup delicto:⁊ in hoc q̄liter ſit inouatū ſunt opi.nā qdā dicūt ꝙ circa hoc ſunt ꝯſiderāda q̄ttuor iura.primo ius antiquū in quo hꝫ locū qđ.ſ.dixi.ſcđo ius auc. ſm qđ etiā eſt locus publicationi bonoruꝫ:vt in auc.de īceſt.nup.§.i.col.ij.tertio ius auc.ſcđm in ti.de mā.prin.§.oꝫ.col.iij.ſm quod bona nō publicant̃.q̄rto ius auc.nouiſſimū:vt in auc.vt nulli iudi.§.fi.vñ ſumit̃ auc.bona dānatorum. per quā.l.corrigit̃.l.illa.de inceſt.nup.ita videt̃ tenere azo in ſum.⁊ glo.ĵ.de iure fiſ.l.i.in glo.q̄ eſt ſup ver.aduerſus leges.Alij vt Al.dicūt ſic: aut per dānationē qs amittit ciuitatē vel libertatē vel vitā:⁊ tunc iura antiq̄ ſunt correcta.aut iſta nō pdit vt relegatus ⁊ iſto caſu iura antiqua nō corrigunt̃.ita loquit̃ ti.de ince.nup.§.i.⁊ qđ ibi dixi i tex.dicit̃ de exilio expone.i.relegatiōe. ratio huius eſt:quia in primis caſib⁹ ipſe nō pōt retinere bona:vñ ſi applicarent̃ fiſco eſſet pena ſuccedētiū ab inteſtato magis ꝙ̄ ipſius.ſꝫ eo caſu qñ relegat̃ poteſt retinere bona ⁊ retinet teſtamenti factionē:vt.l.relegati.ĵ.ti.ij.Jdeo ſi auferunt̃ bona eſt pena ſibi nō venientib⁹ ab inteſtato.Tertij vt Pe.dicūt aut per.l.auferunt̃ expſſe bona ⁊ iura antiq̄ nō corrigunt̃.ita loquit̃ in auc.de inceſt.nup.aut auferunt̃ tacite:⁊ tūc iura antiq̄ corrigunt̃.ita loquit̃ᵇ auc.bona dānatoꝝ.iſta opi.recidit in idē cū opi.p̄cedenti.naꝫ relegato nō auferunt̃ bona niſi expreſſe dicat̃: vt.ĵ.ti.ij.l.relegati.vñ iſta opi.que in ideꝫ ſonat cū p̄cedēti cōmuniter tenet̃.in illis igit̃ caſibus in q̄bus imponit̃ pena adeptionis bonoꝝ expſſe nō in cōſequentiaꝫ alterius pene.ſꝫ expreſſe ⁊ per ſe iura antiq̄ non corrigunt̃.⁊ pro hoc facit ꝙ nō ſit correctus ti.de requi.re.vt.ſ.dixi.Hodie aūt circa publicationē bonoꝝ ſunt ſtatuta pſe:⁊ illa ſunt ſuādā.qñqꝫ ſit publicatio bonoꝝ: qa aliqs interfecit ſeipſum:vt.ĵ.ti.i.l.iij.in pn̄.⁊.§.i.an illud ius per auc.ſit correctū dicem⁹ ibi. ℂ Tertio q̄ro qđ ſi dānat̃ aliquis qui eſt filiuſfamilias vel ſuus an publicabit̃ peculiuꝫ eius.de ſuo nō eſt dubiū per.l.i.C.e.ti.de filiofamil.ita

bar.ſ.de ꝯdi.⁊ demon.⁊ bal.in.l.fi.in fi.C.que res pig.⁊ bar.in.l.certa forma.C.de iure fiſ.li.x.⁊ bal.in.l.i.in penul.colum.C.de here.inſti.circa fi.contrariū dicit glo.in.l.eius qui.§.i.ff.de teſta.

d q Uinqꝫ legib⁹.allegat̃ iſte tex.p moder.in.l.de die.in.§.q mulierꝫ.ſ.q ſatiſ.cog.ꝙ lꝫ ſnia ꝯ maritū piudicet vxori:vt in.l.ſi pro re.§.i.ſ.de euictio.⁊.l.ineuia.§.ſi fūdus.ſ.ſo.ma.⁊ ſingu.dixit bar.in.d.§.q mulierꝫ.quod hoc limita: niſi eēt lata ſnia ꝯ maritū ſup re nō dotali.q̄ caſu nō piudicat ēt ſciēte vxore.⁊ ita itelligit bar.hanc doctrinā in.d.§.q mulierem.⁊ huic tex.adde aliū in.l.ſi marito publico iudicio.§.i.ſolu.ma.Scđo limitat̃ dicta cōcluſio niſi eēt lata ſnia culpa mariti q̄ caſu muliert piudicatur ſi marit⁹ ſoluēdo ſit ⁊ nō aliter.l.ticio centū.§.fi.de cōdi.⁊ demon.⁊ ex his inuenta fuit alienatio rei dotalis vt marito moueat̃ lis ſciēte vxore.

e ℂ Mulier dānat̃.An p delicto vxoris pat̃ dās dotē filie pdat dotē.vide bal.i.l.ſi dotēꝫ.C.de iure do.⁊ tꝫ ꝙ nō.⁊ vide ēt glo.mag.in fi.C.đ repu.in.l.non dubiū.⁊ qđ no.bar.in.l.ij.§.ꝙ ſi in patris.ſolu.ma.ſ.⁊ an ⁊ qñ bōa vxoris occupari pñt p debito mariti.vide bal.C.de pui.fiſ.in.l.bona mariti.⁊ i.l.maritoꝝ i fi.C.ne vxor pro marito.qđ nota.

dicit glo.ħ ꝙ nō publicabit̃ peculiū etiā caſtrenſe.ita dicit glo.no.ꝙ dicit etiam caſtrēſe.⁊ ſic innuit ꝙ nec aduenticiū nec pfecticiū.⁊ eodē modo loquit̃ Azo in ſum.huius ti.qđ an ſit verum pleniſſime examinaui in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalib⁹.ſ.de dā.infec. ℂ Quero qđ ſi dānat̃ aliquis curialis aſtrictus curie nexib⁹.dic vt no.in glo.ſup ver.portiones. Quero qđ ſi dānat̃ mater aliquorum filiorum.dic vt.C.e.l.de matris. ℂ Quid ſi dānat̃ libertus vel vaſallus alicui⁹: dicit glo.dic vt in.l.fi.§.ſi liberto.ĵ.eo.ti.tu dic de hoc vt plene dixi in.d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalib⁹.Sed qđ ſi vxor alicuius damnat̃ an dos veniat publicāda videbimus ſtatim.ĵ.e.l.qnqꝫ legibus. ℂ Quero dicit̃ hic ꝙ publicant̃ bona vtrū publicent̃ oīa bona.dicit glo.ꝙ nō publicant̃ vilia:vt.ĵ.e.l.diuus. ℂ Quero qđᶜ de bonis q̄ſitis poſt ſniaꝫ.glo.nō declarat ħ. Rñdeo ꝙ illa retinet dānatus qui nō erat effectus ſu⁹: vt.l.ſi mādauero.§.is cuius.ſ.mā.tm̄ in illis nō hēbit heredē poſt mortē ſuā:vt.l.deportati.C.e.facit qđ no.in.l.ſi deportati in prin.ſ.de leg.iij.dānatus vo in metallū nihil pōt acq̄rere niſi ex cā alimentoꝝ:vt.l.iij.ſ.de his qui pro non ſcrip.⁊ hoc mō debet intelligi.q.glo.quaꝫ vide ⁊ incipit:aut erat in fi.ibi:ſed qđ de q̄ſitis.Jteꝫ poſſet intelligi hec glo.alio modo:vt intelligamus ſic.q̄ro qđ de filijs q̄ſitis poſt publicatiōeꝫ videt̃ ſi quidē ſunt ꝯcepti ⁊ nati poſt dānatiōeꝫ nihil habere debeāt per hūc tex.a contrario ſenſu.ad hoc facit.l.i.§.ſi qs pximior.ſ.vnde cog.⁊.l.ex facto.ſ.ad trebe.Sꝫ certe iſtud pcederet ſm iura antiq̄ ſm que per deportationē mr̄imoniū ſoluebat̃.ſed cū hodie mr̄imoniū nō ſoluat̃ ⁊ ſic filij naſcunt̃ legitimi:vt in auc.de nupti.§.qđ aūt.videt̃ ꝙ filij ſupueniētes debeāt habere ptēꝫ de bonis patris dānati:vt.l.ſi nunꝙ̄.C.de reuo.do.⁊ hoc inducat fauor liberoꝝ:vt.l.fi.§.pe.ĵ.e. ℂ Quero quādo publicat̃ pars bonorū an iſta iura ſint correcta p auc. Pe.tenet ꝙ nō in dicta auc.bona dānatoꝝ.ſed glo.tenet ꝯtrarium.ĵ.de iure fiſ.in fi.in.l.i.in glo.ſuper verbo aduerſus legem.⁊ illam teneatis.

n **On ut quis.** No.dicit gl. cōtra nūcios bononienſes qui ſtatim cum aliquē capiunt ſpoliant eum.

Ex.l.ſequenti.

ℂ An ppter delictū vxoris dos publicetur.Et quādo maritus debet aliquid lucrari de dote ⁊ illa publicatur debeat via ordinaria agere contra fiſcum.

q **Uinqꝫ legibus.**ᵒ

ℂ Op.in auc.de nup.§.ꝙ aūt prius. So.qñqꝫ mulier dānaturᵉ ad mortē:tunc ſm iura antiq̄ dos debet publicari in q̄nqꝫ caſib⁹ tm̄ qui ponunt̃ hic:⁊ maritus ꝯtra fiſcum actiones ſuas hꝫ:⁊ etiā retētionē.multomagis ſi pactus erat de lucrando dotē ex̄ caſus qui ponunt̃ hic maritus lucrat̃ dotē.ita q̄ſi culpa mulieris ſoluatur matrimoniuꝫ.Si vo mulier nō dānat̃ ad mortē:ſed dānat̃ in metallū:tūc de iure ātiquo erat idē.ſed hodie hoc eſt correctū per.d.auc.de nup.§.ꝙ aūt.qa nō efficit̃ ſerua:⁊ ſic matrimoniū non ſoluitur:⁊ dos non publicat̃.ita di

cit glo. hic. ¶ Contra iſtū intellectuʒ op. ꝙ dos indiſtincte publiceť: ut. l. ſi conſtante. §. i. ſ. ſo. ma. Huius timore Dy. intelligit iſtam. l. aliter ꝙ̄ glo. naʒ nos debemus intelligere iſtas. ll. quā do maritus interpoſuit pactū de lucranda dote in cauſa mortis tantū: quo caſu quia mulier nō moritur uere: dos publicať tātum in quinqʒ caſibus qui ponūtur hic. in alijs caſibus maritus lucratur ex ſtipulatione quaſi mortua. ⁊ hoc eſt quod dicit. l. ſed ſi alia. in principio. nō eniʒ que rit iſta. l. de eo lucro quod facit marit⁹ ex culpa vxoris: ſed ex ſtipulatione. ⁊ ideo ſi eſſet impoſi tum pactū de lucrāda dote indiſtincte ſecundū formam. l. ſi quis ſic ſtipuletur. ſ. ſoluto matri. indiſtincte dos nō publicaretur. ſed ſi nullū pactum eſſet interpoſitū dos tūc indiſtincte publicaretur: ut dicta. l. ſi cōſtante. §. fina. ¶ In hoc vltimo mēbro differt Dy. a glo. quia glo. dicit non publicari niſi in quiqʒ caſibus. Dy. dicit in diſtincte quādo nullū eſt pactum. puto glo. verius dicere ꝙ̄ Dy. quia iſta. l. loquitur ſimpliciter. nō ob. l. ſi conſtante. in. ſi. quia intelligo hāc .l. in quinqʒ legibus de quibus hic loquitur. uel verius ſecundum Ja. de are. ibi mulier damnatur ſoluto matrimonio. ideo dos indiſticte publicatur: hic vero conſtante matrimonio. glo. colligit argu. ex hac. l. ꝙ pro debito vxoris[a] nō poteſt fieri miſſio in rebus dotis niſi i iſtis quinqʒ caſibuſ: ita dicit glo. quam nota. ¶ Ulterius quero quando dos publicatur ⁊ maritus debet aliquid lucrari ex pacto vtrū debeat cōtra fiſcuʒ agere via ordinaria libello dato. textus videtur ꝙ ſic hic: ibi: ſaluas actōes ⁊c̄. Dico ſic: aut poſſidet maritus ⁊ tunc ſufficit ſibi exceptio: quia cui damus actionem multo magis exceptionē. ⁊ hoc tenet glo. hic. Aut poſſidet fiſcus ⁊ tunc nō debet hoc agitari via ordinaria: ſed ſummatim cognito ꝙ ſit creditor debet ſoluere fiſcus viro: ut. l. res. §. res. j. de iure fiſ. cognoſcendo ſummarie ⁊ de plano: ut ibi dicitur. ¶ Ultimo hec. l. facit ꝙ actio de dote naſcatur ſoluto matrimonio ibi dū dicit humanitatis intuitu. ⁊ ſic ſi hic naſcatur humanitatis ītuitu naſcitur: hic ſoluto matrimonio. ergo alias naſcitur[b] cōſtante matrimonio: quod plene exāinaui ī. l. ſi conſtā te. ſ. ſo. ma. in prin. ⁊ l. ij. ſ. de do. prele. ¶ Quero in quo eſt iſta humanitas. quicquid dicat gl. dic ꝙ iſta humanitas eſt hic ī hoc ꝙ mulieri dānate queritur actio ď dote que eſt de iure ciuili: ipſe tamē contractus dotis eſt de iure gentiuʒ[c]: vt. l. eas. ſ. de capi. dimi. facit quod dixi. ſ. ti. i. l. quidam ſunt. Secundo eſt humanitas qa cum iſta actio naſcatur hodie videbatur debere trahi retro: vt. l. i. ſ. qui po. in pig. ha. ⁊ ideo ſicut bona ante dānationem queſita publicata ſunt ita dos. ſed ex humanitate ſtatuitur contrariuʒ vt retro non trahatur in iſtis dānatis. ad idem facit. l. quotiens. in ſi. ſ. de nouatio.

Ex. l. ſequenti.

¶ Appellatione pānorū quid cōtineatur ⁊ qd dicatur leue.

d **Iuus.**[d] Per iſtā. l. dicunt doc. ꝙ illi q cedunt bonis nō debēt ſpoliari veſtibuſ. ita no. per doc. in. l. i. C. qui bo. cede. poſ. ¶ Secūdo no. hanc .l. ꝙ appellatione pānorum cōtinetur ʒona qua quis precingiť. ſimile habetis in. l. veſtis. circa prin. ſ. ď au. ⁊ ar. lega. ¶ Tertio no. ꝙ leue qd dicitur quod eſt valoris. v. aureorum. alibi dicitur vſqʒ ad duos aureos: vt. l. ſi oleū. cū. l. ſe. ſ. de dolo. hic autē dicitur graue vel leue ſecūduʒ qualitatem perſonarum: vt. l. ſed ⁊ ſi ſuſceperit. in prin. et quod ibi nota. ſ. de iudi. quod facit ad auť. niſi breuiores. C. ď ſen. ex peri. reci. que dicantur cauſe uiles ⁊ breuiores. ¶ Ultimo videtis hic ꝙ appellatione pannorū continentur ea quibus quis induiť. ⁊ ſic uidetur ꝙ appellatio veſtis ſit largior ꝙ̄ appellatio pānorū: vt. d. l. veſtis. ſ. de au. ⁊ ar. lega. ⁊ j. de ver. ſigni. l. verbo victus cuʒ duabus. ll. ſe. tamē cōmunis vſus loquendi aliter ſe habet: qa appellatio pannoꝝ eſt largior ꝙ̄ appellatio veſtis. ⁊ ideo cū hoc anno quidam legaſſet alicui oēs pannos ſuos lini ⁊ lane. ⁊ ille haberet aliquas petias pāni lini nō aptas ad vſum hominis. adhuc ego dixi ꝙ ſi quidem ille habebat illas petias panni cauſa faciēdi pannos lineos ad uſū ꝙ cedebant legato. ſecus ſi habebat venales: vt. l. pediculis. §. iteʒ cū quereretur. ſ. de au. ⁊ arg. lega. in dubio debet videri quantum ſibi expediebat pro vſu illius anni ⁊ illud cedit legato. aliud videtur eſſe venale: vt. l. cum quereretur. §. lana. ſ. de. leg. iij. ¶ Ulterius no. quando tu es iudex maleficiorum ⁊ uis aptare camerā tuam nec potes habere pecuniā a cōmuni vel uis ſoluere[e] aliquibus nūcijs pro inueſtigādo aliquo maleficio dico ꝙ hoc poteſt licite facere ex pecunijs que rediguntur ex quibuſdā mulctis extraordinarijs ⁊ paruulis. ar. huius. l. in ſi. ſufficit enim ꝙ iſta vilia qs non conuertat in ſui utilitatē: ſed in utilitatem officij.

c **Um ratio.** Iſte ē pulcherrimus tex. hec .l. facit ad. q. vtrū ꝑ ſtatuta poſſit minui portio filiorum. de qua per Di. in. c. indultum. de regu. iur. lib. vi. ⁊ per Cy. in. l. ſancimus .C. de nup.

**Si in libertinum** Dy. inducit hūc. §. in ar. ad queſtionem de vaſallo delinquente utrū publicetur feuduʒ. de qua per Dy. in. l. ſtatius. §. cornelio. j. de iure fiſ. Ego plene dixi in .l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ſ. de damno. infecto.

**Ex bonis** Nota preſumptionem fraudis quod facit ad q̄ſtionem de delinquente qui alienauit bona ſua de quo plene dixi in .l. poſt contractum. ſ. de dona.

**Si plures** No. ꝙ rectores debēt ampliare ciuitatem numero hominuʒ: ⁊ ꝙ iſta eſt iuſta cauſa expendēdi de bonis cōmunis. ¶ Item no. hic arg. pro prioribus iſtius ciuitatis qui habent arbitrium ſuper bono ſtatu huiuſ ciuitatis ⁊ augmento: ⁊ uigore illius arbitrij faciunt multas reformationes. ¶ Ultimo nota hic quod dicitur tot poſſeſſores ⁊c̄. quia eſt ar. ut quot filij remanſerunt ex aliquo tot dicuntur familie. ar. cōtra. ſ. de execu. tuto. l. tria onera. quod dic plene ut dixi in. l. qui fundum. §. coheres. in fine. §. ſ. ad .l. falci.

**Preterea** [f] No. ꝙ quis non poteſt ſuccedere ei quem ipſe interfecit. ſed talia bona veniunt in fiſcum: intellige niſi ſit alius non interficiens qui in eodem gradu ſit cum interfectore: vt. l. i. §. fratris. ſ. ſi quis ali. te. probi. ¶ Item op. ꝙ ad fiſcum non veniant: ut. l. ſi ab hoſti. ſ. ſoluto matrimonio. So. vt ibi dixi. ⁊ l. etiam. ſ. de his qui. ut idig.

a ¶ Debito uxoris. Iſtd̄ faċ ad id qd̄ habeť in caſu. l. q̄zuiſ. cū ſeqn. ff. ſolu. ma. nā ibi intelligendū ē ꝙ ſoluit ſpōte ſi neceſſitate uid̄ bal. i. d. l. ob maritoꝝ. C. ne uxor ꝓ marito. ⁊ ad hāc materiā uid̄ oio bal. An. ⁊ imo. i. d. l. ſi marito in prin. ſ. ſolu. matrionio. ⁊ qd̄ no. Cy ⁊ bal. i. l. pi. C. ď pig. ac. ⁊ q̄ no. ro. i l. i. §. hu⁹. ſ. ad ſyl. ⁊ no. i. c. ex litteriſ ď pi. ⁊ an dānato uiro ſine aliq ꝓceſſu fiat exe. i do. uid̄ bal. i. l. i. i. v. col. C. ne filius pro patre.

b ¶ Alias naſciť. an actio de dote ſit nata cōſtāte matrionio. uid̄ tex. in. l. cū notiſſimi §. illd̄ ď pſc. xxx. anno.

c ¶ Iuregē. ꝙ dic ut i. l. i. ſ. ſo. ma. lʒ i ꝯriū faciat tex. i. l. ex diuerſo. eo. ti.

d Iu⁹. Et iſtd̄. no. ad itellectū. §. ſi. i ſi. iſti. ď act. ibi ultio no. qñ es iudex. uid̄ que dixi i. l. i. ff. ď iuſti. ⁊ iure

e ¶ Uiſ ſoluē adde bar. ꝑ illū tex. in. l. mulctaꝝ. C. ď mō mulc. ⁊ diē bal. i. l. ij. C. de cōi. re. alie. qd̄ h̄ ē tex. ꝙ iudx pōt donare modice ď fiſcalib⁹. ad h̄ add̄ bar. i. l. illd̄. C. ď cano. largi. li. xi. lʒ utꝝ ea q̄ ꝗſiuit officialis ultra ſalariū preſumāť ꝗſita ex bōis fiſ. uid̄ glo. i. l. ďſeſſionis. C. de iur. fiſ. li. x. q̄ idē diē i plato. tñ uideť repħēdi p. l. ſe ꝯſuet⁹ i ſi. C. arbi. tu te. ⁊ i auē. licētia. ꝑ Cy. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ uid̄ lati⁹ bal. ď cōtrouer. ſeu. i ter do. ⁊ a. gna. c. ſi. ⁊ bal. i. c. i. i ſi. de cle. q iueſti. fecit. q dicit ꝙ glo. in dicta. l. ďſeſſionio. ꝑ multos dānať. ⁊ ꝙ illa glo. ď ꝯſuetudiē ſi huať ita idiſticte ut loqtur. ⁊ uid̄. d. auē. licētia. ⁊ l. qſqs. C. ſi cer. pe. ubi tʒ ſequutus Guil. qd̄ ꝑſuať alibi licite ꝗſiuiſſe. Iteʒ no. hic tex. i. §. pāniculiaria. ꝙ dato ꝙ bōa dānatoꝝ veniāt publicā da: ut. ſ. l. j. ⁊ i auē. bōa dānatoꝝ. C. .e. an ueniāt idunīta. ⁊ h̄ eſt tex. ꝙ ſūt officialis iudicātis q pecuniā redactā ex ipſis ꝯuertere dʒ ī neceſſarijs officij ſui.

f ¶ Pretea. adde. l. luci⁹ de iure fiſ. ⁊ ibi Bar. ⁊ bal. i. l. i. C. vnď uir ⁊ uxor. i. l. hereditatē. i ſi. C ď his q. ut i di. ⁊ i. l. ſi. ſ. ď his q. ut i. dig. ⁊ dum bar. hic diē ꝙ bona ſeu hereditas ſi deferūť ad iterficienteʒ ⁊c̄. adde qd̄ ſi ſtatuto caueť ꝙ ſi fili⁹ occidat patrē ſi ſuccedat: ꝙ tūc nihilomin⁹ ſuccedit nepos ex filio niſi ēt nepoſ culpabiliſ puta cōſentiens: vt no. bal. ꝑ illuʒ tex. in .l. ſi quis in ceſti. i ſi. C. ď iceſt. nup. ⁊ vide bar. in .l. ex parte. ď adimē. lega.

¶ De bonis eo. qui ſibi mortē conſci. Rubrica.

a ¶ De bonis eoꝝ. Circa hāc rub. vide oīno tex. no. xxi. j. q. v. i. c. placuit. ⁊ ibi hēs ꝙ nō ſūt ſepeliēdi. vid tex. lvj. diſti. i. c. ſi qs abſcide. ⁊. c. ſe. ⁊. xv. q. i. ſane. ⁊ qd ſi ex ſtatuto punit vulnerās aliquē certa pena. qd de vulnerāte ſe an puniat: vide bonū tex. ⁊ gl. in. d. l. ſꝫ ſi d ānū. §. ſi cruus. ſ. d pecu. ⁊ in. l. oē dlictū. §. q ſe vulnerauit. d re mili. ⁊ in. l. i. §. excuſant. ſ. ad ſil. ⁊. l. cū nūt. §. ex cā. d edili. edic. ⁊ i. c. i. d corpore viciatiſ ⁊. l. ſi qs aliqd. §. ſi. ⁊ qd ibi bar. ſ. de penis. ⁊ ēt vide cy. ⁊ bal. i. l. ij. C. q teſ. fa. poſ. vbi q̄rit cy. qd ſi ꝓuētus nō potuit ſe occidere: an tūc puniat. vide ibi: ⁊ de eo q ꝑcutit ſeipſū vide bar. i. l. ſi qs miles. ſ. de peniſ. ⁊ ꝑ bal. in. l. i. in pe. col. C. d ſer. fugi. d bānito q ꝑt ipune offendi: an poſſit ſeipſū offendere.

## ¶ De bonis eorum[a] qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt.

¶ De prima parte rubrice tractatur in. l. ſi.
¶ De ſecūda parte rubrice tractatur in. l. i. ⁊ ij.

¶ Ex. l. ſequenti.

¶ An ex fuga preſumatur delictum.

## A capitalibus.[b]

i ¶ Op. ⁊ videt ꝙ qui dat pecuniaꝫ habeatur ꝓ cōfeſſo: vt. l. eius q delatorē. j. de iure fiſ. ⁊. l. qm̄. ſ. de his qui no. infa. Reſpondeo ſpeciale eſt in crimine capitali: vt hic ⁊. l. trāſigere. C. de tranſac. Fallit in crimine adulterij: vt ibi dicit. ¶ Ulterius cōtra hoc oppo. in cauſis criminalibus iuratur de calūnia. vt. l. i. C. de iura. calū. ergo non licet aduerſarium corrumpere quia eſſet contra iuramētum ſuum. Preterea in iuramento calūnie iuratur ꝙ pecunia nō dabitur: vt in auc. principalis eo. ti. Reſpondeo hoc facit. l. permittēte. ideo nō videt facere per calūniam nec dare pecuniā illicite: ſicuti quando datur pecunia conſultori vel dantur ſportule iudici vel nuncio. l. precipiēte. non incidit in illud capitulum iuramenti qd nihil dabitur ⁊c. ¶ Quero vtruꝫ[c] ille qui aufugit preſumat ex hoc deliquiſſe. Breuiter ſi qdā aufugit anteq̄ accuſetur: ex hoc eſt ſuſpitio contra eum vt. l. lege corne. ⁊ ibi plene dixi. ſ. ad ſil. Sed ſi poſtq̄ ipſe eſt accuſatus aufugit vel ſtat cautus nō eundo per terram: in crimine capitali loquor: non eſt preſumptio contra eum: quia iuſte facit ſi timet. ar. huius. l. que permittit corrumpere aduerſarium.

¶ Ex. l. ſequenti.

¶ In crimine leſe maieſtatis ⁊ crimine latronū ⁊ hereſis facta cōfeſſio tranſit ad heredes.

## Imperator.

## Si is.

[d] ¶ Opp. ꝙ ficta confeſſio nō faciat trāſire penam ad heredes: vt. l. manicheos. C. de hereti. ⁊ de iure fiſci. l. eius qui delatorem. dicit gl. ſpeciale in latrōibus ⁊ in crimine leſe maieſtatis: vt. l. quiſqs. C. ad. l. iul. maie. certe idem eſt hodie in crimie hereſis: vt in. c. cuꝫ ſm leges. extra de here. li. vj. Item op. latrones ſuſpendunt: vt. l. capitaliuꝫ. §. famoſos. ſ. de pe. ergo dicet eius aduerſariuꝫ corrūpere vt. ſ. l. proxi. So. intellige latrones. i. fures vel alios latrones nō famoſos. ¶ Itē op. j. l. pxi. Sol. vt ibi videbitis.

## Ui rei.

q No. ꝙ poſtq̄ qs accuſatus eſt vel deprehenſus ꝓſumitur in dubio facere ob conſcientiaꝫ criminis: vt hic. ⁊ facit. l. cū ratio. §. ex bonis. ſ. ti. i. Item facit ꝙ contractus facti[e] poſt accuſationem, preſumātur facti in fraudem: de quo in. l. poſt contractuꝫ. ſ. de dona. alia circa materiā videbitis. j. e. l. §. ſi.

## Si quis autem.

[f] ¶ No. text. ibi: qui enim ſibi nō pepcit ⁊c. Ex iſto. §. no. duo. primo iſtaꝫ preſumptionem que eſt pro patre cū magis dolore filij q̄ ob conſcientiaꝫ criminis videat feciſſe. quod multum eſt vtile in hac materia: vt dicā. j. e. l. §. ſi. Secundo no. ꝙ percutiens ſeipſum punitur: vt hic. ⁊. ſ. titulo. ij. l. ſi quis aliquid. §. ſi. ⁊. l. omne delictum. §. ſi. j. de re mili.

¶ Ex. §. ſequenti.

¶ Quomodo heres debeat probare de innocētia eius qui ſe occidit: ⁊ an bona talis ſe occidētis ſint publicata ipſo iure vel per ſententiam. Et an iſte titulus ſit correctus.

## De illo.

Innuit ꝙ debeat probari de crimine poſtq̄ quis ſe occidit. Contra. C. qui teſtamē. fa. poſ. l. ij. Solu. glo. ꝙ ibi probatur innocentia eoipſo ꝙ non probatur contrarium per hanc. l. Iſtud videtur contra hanc. l. in princi. vbi dicitur ꝙ ille qui ſe occidit habetur pro confeſſo. ergo eſt fundata intentio fiſci ꝙ ille cōmiſit crimen ex hac ficta confeſſione. vnde gl. in. l. cōtraria dat aliam ſo. ⁊ hanc puto eſſe veram. quandoqꝫ quis deprehenſus eſt in crimine vel accuſatus ex eo. ⁊ tunc propter mortem quam ſibi conſciuit habetur ꝓ confeſſo: vt hac. l. in princi. tamen heredes poſſunt probare de innocentia ſi vellent: vt. d. l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. quandoqꝫ non erat deprehenſus vel accuſatus: ſed contra eum erat aliq̄ ſuſpitio leuis. tunc bona eius non poſſunt auferri heredibus niſi fuerit probatum de crimine. ⁊ hoc vult dicere text. ibi: nulla iuſta cauſa precedente. in reatu deceſſerit: intelligo ꝙ non precedebant. preſumptiones vrgentes vel vrgētiſſime nec erat accuſatus ſed erat ſola ſuſpitio leuis. ita intelligit glo. que eſt ſuper ver. in reatu. ¶ Quero quando heredi incumbit onus ꝓbandi innocentiam qualiter poterit eam probare. Rn̄. innocentia quandoqꝫ poteſt probari directo: vt no. in. l. pantonius. §. rei perduellionis. ſ. de acquiren. here. Quandoqꝫ poteſt probari per preſumptionem: vt ſi heredes oſtenderēt illum qui interfecit ſeipſum habere aliquam cauſam vehementiſſimam doloris animi vel corporis: tunc in dubio preſumetur magis ſe interfeciſſe ob illam aliam cauſam q̄ propter delictuꝫ: vt. ſ. e. l. §. videri. ¶ Quero vtruꝫ bona ſint publicata ipſo iure an vero requiratur ſententia[g] quidam tex. videntur requirere ꝙ feratur ſentētia: vt hac. l. circa princi. ibi ergo poſtulati eſſe debent ⁊c. dum dicit confiſcentur: ⁊ etiam in hoc. §. In contrarium facit hec. l. in eo quod dicit heredem non habent. ⁊ ibi in verſi. vt aūt. ibi dum dicit fiſco vendicanda ſunt: ergo ipſo iure confiſcata. Rn̄. ſi quidem erat deprehenſus vel poſtulatus de crimine ſe interficiendo habetur pro confeſſo ⁊ condemnato niſi heres probaret contra. quod apparet: quia teſtamentū eius eſt nullum: vt. l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. ita loquitur hec. l. in princi. Nec obſtat ꝙ ibi dicit confiſcentur: quia ibi loquitur de confiſcatiōe que eſt facti hoc eſt de incorporatione que fit in patrimonium fiſci: ⁊ in hac opi. vidētur docto. vltramontani in. l. ij. C. qui teſtamē. fa. poſ. in vltima queſtione. Si vero non erat accuſatus id eſt poſtulatus: tūc dꝫ prius de crimie cognoſci ⁊ ꝓnūciari q̄ publicēt bōa: ⁊ fiet iſtd eo mō q no. inſti. de here. q̄ ab inte. de. §. per ꝯtrariuꝫ. ⁊ qd dixi in. l. qui a latronibus. §. i. ſ. de teſta. ¶ Ultio. q̄ro[h] an hodie iſte ti. ſit correctus per auc. bona damnatorum. quidam dicunt ꝙ nō: quia iſte qui ſe occidit non fuit dānatus. preterea plus deliqt.

d ¶ Imperator. §. ſi is. Item q̄rit bal. in. l. queadmodū. §. mācipia. ſ. ad. l. acquil. ⁊ in. l. ſi. §. ſi. de pigno. actio. Quid de poſito in carcere qui ſe ulnerat uel ſuſpēdit an teneatur magiſtratus. ⁊ dicit ꝙ non. ⁊ uide per doc. in. d. l. ij. ⁊ in. d. l. i. C. de bo. eo. per cy. in. l. ij. qui teſta. fa. poſ. ⁊ que ſit differentia an bona ſint publicanda ipſo foro uel per ſentētiā. uid bald. poſt cy. in. d. auc. inceſtas. C. de iceſt. nup.

b Ni capitalibus. Quid de eo q ꝓmiſit pro me cētuꝫ: vt corrūperet bar. dubitat in. l. q explicandi. C. de accu.

c ¶ Quero vtrum. An ille qui aufugit preſumatur deliqſſe ⁊c. ⁊ iſtud dictum ſeqtur bar. ⁊ ange. in. l. ſi. de q̄ſtio. ſed illud limita dupliciter: vt per No. in. d. l. lex cornelia. ſed contra ſecūdā partem huius diſtinctionis vide tex. in. l. pe. ſ. de cuſto. reo. cogitatū ꝑ hic dcā pōt dici ꝙ reſpondens in quiſitioni cū iuramento contra veritatem nō punitur de periurio. ita fuit conſultum ꝑ quoſdam peritos docto. contra bart. facit quod no. bal. in. l. i. in. ix. colum. C. de here. inſti.

e Ui rei q ꝯtract facti. An contractus facti poſt accuſationeꝫ ſint facti in fraudem. uide tex. in. l. ex iudiciorū. ſ. d accuſa.

f ¶ Si quis aūt. No. ꝙ pater preſumit ſe occidere potius propter filiū q̄ ob aliam rōnē facit. l. iſti. quidem. §. ſi. qd me. cā. ſ. ⁊. l. ſi. C. d cur. fur. ⁊ ibi multuꝫ ſolemniter dicit bal. ꝙ ſi pater nō uellet confiteri crimen propter tormenta modus ē ꝙ capiatur filius ⁊ pōatur ad torturam coram patre: qa pater tūc confitebit crimen facit qd not. in. c. afferte. de preſūp.

g ¶ De illo. requiratur ſententia uide Saly. i. l. i. C. eo. per cy. in. d. l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. bald. poſt Cy. in auc. inceſtas. C. de iceſt. nup.

h ¶ Ultimo quero. adde bal. i. l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. ⁊ que dixi poſt bart. in. l. ij. ſ. ti. i. per ſaly. in. l. i. C. eo. ⁊ ꝑ ang. i. d. l. ij.

¶ De interdictis ⁊ relegatis. Rubrica.

a e Um qui. Adde glo. bar. ⁊ doc. in. l. i. C. de bo. liber.

b. ¶ Dy. determinat. An propter delictũ patris vaſalli filiuſ perdat feudum. peria. bu. Bal. ⁊ ang. in. l. adoptiuum. §. fi. de in ius vocan. ⁊ Barto. not. in ſua diſtinctio. in. l. emancipatum. §. fi. de ſenato. ⁊ quid ecõtra vide que dixi poſt bar. in. l. cũ fi li⁹. de. v̄. ob. Angel. hic dicit ꝙ qua litercũqꝫ ex quacunqꝫ cã feuduꝫ pdat illud nocet fi lio ſuo ſiue ſit feudũ paternũ ſiue aui tũ p gl. fi. in c. i. §. ꝑterea ſi de feu. ſuc. cõtro. hic allegat. in alijs aũt eſt vera opi. dy. ⁊ cy. reprobata opi. bar. q ēt teneat ꝙ vbi delinquiſ ita ꝙ res directo pdaſ delictuꝫ patris nõ nocet filijs: vt. l. diui. ꝯ. ꝺ iure patro. ⁊ de i iuſ vocan. l. adoptiuus in fi. ſm angel. ⁊ no. bal. C. de epiſ. ⁊ cle. i. l. ſi qs presbyter. facit qꝺ no. gl. ⁊ bar. in. l. fraudati ꝯ. de publi. ⁊ qꝺ no. bar. i. l. ſi finita. §. ſi de vectiga lib⁹ ꝺ dã. iſc. ⁊ de materia plene p bal. i. l. fi. C. ꝺ lib. cau. ⁊ bal. in. l. i. C. ꝺ bo. liber. ⁊ in. l. ij. C. de lib. ⁊ eo. liber. ⁊ in. l. q ſe patris in. viij. col. C. vnde lib. ⁊ ibi etiã qd ſi vaſalluſ renunciauit feudo: vel ali quam obligationẽ fecit an ꝑiudicet filijs ⁊ deſcẽdẽtibus. ⁊ ꝺ hac materia vide aliqd p pe. in. l. ſtipulatio iſta. §. ſi qs ita in fi. ⁊ ibi refert Jmo. ꝺ ver. obli. plene p doc. in. c. ij. de feu. aliqd per bal. i. l. lege. C. ꝺ legi. heredi. ⁊ diẽ bal. i. l. ſi qs inceſti. C. de ieeſt. nup. ꝙ ſi ſtatuto caueſ ꝙ interficiẽs patrẽ nõ ſuccedat ꝙ nõ preiudicat nepoti niſi fuerit culpa filio.

¶ Retuli: an vaſallo delinquẽte filius amittat feudũ. vide ꝺ hoc p bal in. l. i. in prin. C. de cadu. tollen. ⁊ iſtud reaſſumit do. alex. in. l. ſi mihi ⁊.

cõmiſit enim prius delictum: ⁊ poſtea occidit ſe ipſum. doc. tenẽt cõtrarium. nam per iſtum text. bona publicanſ eo caſu ſolo quo ſi ſententiam hateretur eẽnt publicanda: vt. ꝯ. co. l. i. §. i. ergo in caſibus iſtis in quibus nõ publicarẽtur ſi ſententiam fuiſſet paſſus per auc. bona dãnatoruꝫ in illis non publicabuntur ſi ſeipſuꝫ occidit. idẽ dicit glo. C. de iure fiſ. l. fi. in fi.

¶ De interdictis ⁊ relegatis. Rubrica.

¶ Ex. l. ſequenti.

¶ An vaſallo delinquẽte filius amittat feudũ.

e **Um qui.** [a] Jſta. l. eſt not. ¶ Op. ꝯ. de iurepa. l. iiij. vbi dicitur ꝙ filius non perdit libertatem. glo. que eſt hic dat plures ſolu. Jſta eſt vera in libertis. ſunt quedam iura que tranſeunt ad quemlibet extraneum heredem: ⁊ iſta tranſeunt in fiſcuꝫ: ita loquitur hic quedam ſunt que ad heredem tranſire non poſſunt: vt ius ſucceſſionis opere in faciendo ⁊ ſimilia: ⁊ iſta remanẽt apꝺ filium: vt. l. contraria. Jſtam opi. tenet Dy. ⁊ omnes: ⁊ eodem modo debet reſponderi ad. l. eorum. ꝯ. ad. l. iul. maieſta. cum ſimi. ¶ Ultio hec. l. inducitur hic per Dy. in ar. ad. q. de vaſallo delinquente: an ꝑpter hoc filius eius perdat feudũ. de hoc vos habuiſtis glo. ꝯ. ad. l. cor. de fal. l. ſi qs patris. ⁊ l. emãcipatum. in fi. ꝯ. de ſena. Dy. determinat [b] aut feudũ fuit paternũ: ⁊ filius perdit illud per hanc. l. aut feudũ fuit auitum: ⁊ illud non perdit. ar. d. l. emancipatum. ⁊ argu. huius. l. habet enim ab auo nõ a patre. ita dicit Dy. in. c. nõ debet aliquis circa fi. extra de reg. iur. lib. vj. do. Cy. ponit hanc queſtioneꝫ. C. de li. ⁊ eorũ li. l. ij. in fi. q. ⁊ ibi dicit ſic. aut qs debet habere feudum ex ſuo iure: vt quia pater eſt ſtipulatus ſibi ⁊ ſuis filijs. vñ iã filio eſt queſitũ ius. tunc delictum patris non nocet filio. ar. huius. l. Aut habet ex ſucceſſione paterna: ⁊ tũc pderet ex delicto patris. arg. huius. l. Jſte dẽterminationes videntur cõtra caſuꝫ. x. col. ſi vaſal. feu. priue. cui de. c. i. vbi loqſ de feudo auito. ⁊ no. per glo. ſi de feu. defunc. fu. cõtro. c. ſi vaſallus. per quas videtur ꝙ indiſtincte fili⁹ perdit propter delictum patris etiam feudũ auituꝫ. Quid ergo dicemus. dico ſic: quãdoqꝫ qs cõmittit aliquod delictum ꝑpter qꝺ debet directo feudo ꝑuari: vt qa delinqt cõtra dñꝫ vel aliquid facit cõtra conuentionem feudi: tũc delictum patris nocet filio: vt dicto ti. ſi vaſal. feu. priue. c. i. ⁊ no. in. d. c. ſi vaſallus. ſimile vides quãdo proximior cõmittit delictum ꝑpter quod auferſ ſibi hereditas [c] vt indigno nocet ſequẽtibuſ in gradu: vt vidiſtis. ꝯ. ti. ij. l. fi. in fi. ⁊ l. i. §. i. ⁊ §. fratriſ. ꝯ. ſi quis ali. te. ꝓhi. ⁊ hoc intelligo in feudo iã patri acqſito: ſꝫ ſi nõ eẽt queſitũ ſed erat qrendũ: qa erat apud patrẽ ſuum auum quo ad nepotẽ. tunc hoc nõ noceret nepoti: imo nepos incipit tenere locũ primi ex perſona ſua: ut. l. gallus. §. qd ſi tantũ. ꝯ. de lib. ⁊ poſt. ⁊ facit. l. nõ tãtuꝫ. §.

ticio. de ver. ob. ⁊ de materia vide per gl. ⁊ doc. in. c. i. §. hoc quoqꝫ de ſucceſ. feu. ⁊ in. d. c. ex parte. extra de feu. ⁊ ibi plene vide.

ADDE an filius priueſ feudo ꝑpter feloniã patris bal. ꝯſi. cclviij. li. i.

c ¶ Auferſ ſibi hereditas. Propter hoc dicit bal. in. l. iij. in fi. C. cõia de lega. ꝙ alias oibus deſcẽtibus potius debet vnus de agnatiõe hẽri ꝙ̃ extraneuſ. ut no. bar. in. l. i. §. premittſ. ꝯ. de iti. actuqꝫ ꝑua. quod eſt uerũ: niſi amittat feudũ ꝑpter delictũ qꝺ not. Et p clariori itelligentia uide bald. in. c. i. ſi uaſallus feu. priuaſ. ⁊ i. l. i. C. de bo. lib. ⁊ i. l. emãcipatũ. ꝯ. de ſena. ⁊ qꝺ dixi in. l. diuj. de iure patro. ⁊ gl. no. in. c. i. §. hoc quoqꝫ uerſi. partem ⁊ ibi bald. ⁊ alij: ⁊ ibi ſcripſi p⁹ bald. de ſuc. feu.

d ¶ Per h dico. Jn cõtractu ẽphitheot. nũqd i publicatione bonoruꝫ ueniant bõa emphiteoticalia. uide bal. in. l. antiqtaſ in fi. C. de uſufru. ⁊ qꝺ dixi poſt bart. in. l. ſtatius florius. §. cornelio ꝗ. de iure fiſ. ⁊ bal. in. l. ij. §. i. q. C. de liber. ⁊ eo. liber ⁊ ro. lati⁹ in. l. ſi finita. §. ſi de vectiga. ubi dixi ꝺ dam. infec. ⁊ Saly. in. l. ij. §. xxij. qꝺ. C. de iure emphi. iuxta finem.

e ¶ Non tranſeunt. Et ſi pater nõ ſoluit canonẽ p emphiteoſi an ꝑiudicet filio. facit. l. uectigali. ꝯ. de pigno. ⁊ certe ſi filiuſ ueniret: ut heres patris credo ꝙ preiudicaretur. ar. l. cũ a matre. C. de rei vendi. ſecus dicerẽ ſi veniret vt fili⁹: nõ ut heres qꝺ vltimum qdam uolũt uexꝫ ſi ueniat fili⁹ mortuo patre nõ eo uiuẽte. nec obſtat tex. in. l. adoptiuũ. §. fi. de in ius uocan. qa ibi eſt ſpeciale in illis reuerentialibus tãtũ: ſed certe in hoc paſſu uidetur dubitandũ cũ incõtinẽti nõ ſoluto cano. ſit aperta uia eccleſie. d. l. lex ue

emancipatum. ꝯ. de bo. poſ. cõtra ta. Si ꝟo propter delictum aliud non debebat quis principaliter feudũ amittere ſed cõſequenter cadit ab illo: vt qa nõ delinquit contra dñm vel cõtra promiſſiones factas in feudo: iſto caſu recurro ad diſtinctionem quã ponit cy. in. d. l. ij. in fi. C. de lib. ⁊ eo. li. que probatur per hãc. l. Aut tale feudum dꝫ tranſire ad filium ex pſona patris tanꝙ̃ ad patris ſucceſſionẽ: ⁊ hoc perdit. Aut tranſit ad euꝫ ſuo iure: vt qa filius nõ quia heres: ⁊ tũc ſibi illud retinet: vt probatur: in iure libertoruꝫ ⁊ dicitur euidenter hac. l. Per hoc dico [d] in cõtractu emphiteotico quando qs recipit emphitheoſim pro ſe ⁊ ſuis filijs ⁊ nepotibus: ſi prim⁹ vel ſecundus delinquit circa ipſum contractum emphiteoſis non ſoluendo canoneꝫ: vel aliená do ſine licentia domini: hoc nocet ſequentibus per prealle. iura. Sed ſi alias delinqueret ꝑpter quod bona publicarentur: iſta bona debent remanere apud filios ⁊ nepotes: qa nõ tranſeũt [e] ad eos: vt ad heredes: ſed habẽt ſuo iure: vt. l. iuriſiurãdi. §. ſi liberi: ⁊ ibi dixi. ꝯ. de ope. liber. vbicũqꝫ aũt dixi filio nõ nocere delictum patris intellige ita tamẽ ꝙ patri nihil queratur: vt. l. diui fratres: ⁊ ibi no. ꝯ. de iure patro. ⁊ l. paulus. ꝯ. de bo. liber.

i **Pter penas.** ¶ Op. ꝙ pſes poſſit deportare in inſulã: vt. ꝗ. l. proxi. in princi. So. verum eſt ſi habet ſub ſe inſulam: vt ibi. alſ ſecus: vt hic. vel dic ꝙ hic loquiſ in deportatione: ibi in relegatione: que iſtarum ſit verior dicã ſtatim. ꝗ. l. proxi.

Ex. l. ſequenti.

¶ An preſes poſſit ꝺportare: ⁊ que ſit rõ ꝙ nõ poſſit deportare: ⁊ iudex non poteſt mittere in poſſeſſionem in rebus exiſtentibus extra territorium ſuum.

r **Elegatorum.** ¶ Op. ꝙ preſes nõ poſſit hoc facere: vt. ꝯ. l. ꝓxi. in prin. ⁊ l. ij. §. i. ꝯ. de pe. dicunt quidaꝫ aliud in deportatione: vt ibi aliud in relegatione: vt hic. hoc nõ videtur bene dictum: quia cum preſes ꝓuicie poſſit dãnare ad mortẽ: ⁊ in metallum qꝺ plus eſt: vt. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ꝯ. ꝺ offi. preſi. ergo dꝫ poſſe qꝺ eſt minus: vt in. c. cui qꝺ plus ẽ lꝫ extra de re. iur. li. vj. ⁊ ideo dicũt ipſi ꝙ lex precedẽs itelligitur ſm iſtã: ⁊ tũc nõ poſſint deportare in iſulã quãdo nõ habet inſulã: ⁊ ſic hoc ẽ: magis ꝑpter defectum inſule ꝙ̃ ꝑpter defectũ iuriſditionis. qꝺ tenet glo. in. d. §. qui vniuerſas. ⁊ dy. in. d. c. cui qꝺ plus eſt. licet Ja. de are. tenet contrarium: quia leges indiſtincte dicunt preſidẽ non poſſe deportare in. d. l. ij. §. i. ꝯ. de pe. ⁊ ꝯ. l. ꝓxi. Et ideo dicit ipſe aliud in relegatione: vt hic: aliud in deportatione: vt in contrarijs. Ad id quod diciſ preſidi licet quod eſt plus: ergo debet licere qꝺ eſt minus. Rñ. ꝙ deportare eſt plus. nã deportare idẽ eſt dicere qꝺ extra portare hoc eſt ponere extra ea q̃ ſunt iuris ciuilis: vt. l. quedam ſunt. ꝯ. de pe. ſed cũ ea que

etigalis.ſ.ꝺ pigno.cū ſi. ⁊ ſpec. in ti. de locato.§. nūc aliqua. uer.cxliiii. ꝺ quo dubio' per Ja.bu.⁊ bald. in.d.l. adoptiuum .§.fi.ſ. ꝺ in ius vocā. ⁊ i .l.liberti li berteqꝫ.C.ꝺ ope.liber. ⁊ qꝺ no bar.in ſua diſtinc.i .d.l.emanci patum.§. fi. de ſena. ⁊ cū bar.hic con cordat ſaly.i .l.ij.i.xxij.q. ⁊.C.de iure emphi.⁊ per doc. in.c.ij. de feu.bal.in d.l. adopti uum.in lect. antiqua re mittit ſe ad ſpecu.vbi.ſ. vbi vide.

a Elegatorum .§. ad tempuſ vide bal.i.l. nō dubiū. in viij.col.C.ꝺ legi.⁊ in.l.⁊ ſi ſeuerior in pe.col.C. de infami.⁊ no. hic ꝙ ſenten tia in crimi nalibus in qua eſt error valet ad li mi.l.cū pre tor.§.mar cellus.ſ. de iudi. dixi in .l.cum pro latiſ.de re iu dica.

b ¶ Eſt quoddā genus.an relegatō poſ ſit fieri extra ꝓuīciā quaꝫ quis regit ⁊ no.ꝙ nō poſ ſunt dari co finia niſi i ter ris ſubditis idem etiaꝫ te net bal.in.d. .l.illicitaſ.§. qui vniuer ſas.de offi.ꝑ ſi.idē in.l.ſi. .C.ſi ſer. ex tero. vene rit. reſoluiſ tmē taliſ re legatio in in terlocutoriā ⁊ valet adeo ꝓ videātur ſibi iterdicta

ſunt iuris ciuilis quis habeat a principe:merito preſes nō pōt ei auferre:vt.l.ſi arrogator.ſ. de adop. Et ſi dicis quō hoc cū dānat. ad morteꝫ vel in metallum ꝓpter qꝺ iſta talia ꝑdunſ. dicit ipſe iſtud eſt ꝑ quādā conſequētiam a lege:nō qa hoc fiat a preſi de directo:ita dicūt.hoc etiā tenebat mar. ſilſ.ℏ mihi nō placet:qa eadē rōe nō poſſet ꝺportare prefectus.qꝺ eſt contra.l.ij. §.i.ſ.de pe.preterea quādo aliqs deportaſ in i ſulā nō auferunſ expreſſe ea que ſūt iuris ciuilis ſed in conſequentiaꝫ illius pene:vt patet ex.l. q̄dā ſunt.ſ.de pe. Alij dicunt ⁊ hoc dicebat Ol dra.ꝙ ratio differentie inter deportationem: ⁊ dānationē ad mortem vel in metalluꝫ eſt qa dā natus ad mortē fit pro criminibus grauioribus ideo non debet differri pena:vt.l.cum reis.C.ꝺ pe.⁊.l.ſi quis exheredatus.§.irritū:⁊.§.ei q.ſ. de iniuſt.rup.teſta.Sꝫ deportatio in inſulā fit ꝓ leuioribus criminibus:merito debet differri vt reſcribaſ principi:⁊ iſta eſt ratio quare permit tiſ illō ꝙ eſt plus nō illō qꝺ eſt minus. certe nec iſta rō placet:quia quandoqꝫ ꝓ criminibus gra uioribus fit deportatio in inſulā ex qualitate ꝑ ſone:vt.ſ.l.ꝓxi.in fi.teneo ergo opi.glo.⁊ Dy. ꝙ preſes nō pōt deportare quando nō habꝫ in ſulam.ſecus ſi haberet:vt hic. Ex quo no.ꝙ iu dex nō poteſt quē mittere in poſſeſſionem reruꝫ non exiſtentium in territorio ſuo.ita dicit glo.⁊ habetis in.l.cum vnus.§. ſi is.ſ.de bo. aucto. iudi.poſ.

## Hec eſt differentia.

Iſte.§.innuit ꝙ non poſſit ad tempus deportari: qꝺ videſ contra.l.ſine prefinitione.ſ.ti.i. Sol.vt in glo.

## Ad tempus.[a]

¶ Oppo. qꝺ fit cōtra.l.nullū eſt: vt.C. de legi.l.nō dubium:ſed iſtud eſt huiuſmodi er go ⁊c̄.So.ſententie ante late hanc.l.nō infirmā tur:ſꝫ que fuerunt poſt hanc.l.late bene infirmā tur.hec eſt vna ſo.glo.Alij vt Pe.dicunt ſic ꝙ iſta ſentētia nō infirmatur a iudice ſed infirmaſ a lege:qa ipſo iure eſt nulla:vt.l.cōtra.ita refert cy.in.vj.oppo.Dy.in.c.que contra ius fiunt.ꝺ reg.iur.li.vj.dicit ꝙ ſententia valet:ideo quia.l. non procedit vltra infirmando. Mihi videtur ꝙ debemus dicere ſic ꝙ ideo hec ſentētia nō eſt nulla quia in ea non eſt expreſſus iuris error.li cet enim non debeant bona auferri relegato:ta men ex cauſa iudex poteſt auferre ⁊ augere pe nam:⁊ ideo in maleficijs non apparet ꝙ ſit er ror expreſſus.ita no.ſ.de pe.l.quod ad ſtatuꝫ.

¶ Ex.§.ſequenti.

¶ Ad confinia non poſſunt mitti delinquētes in ciuitatibus non ſubditis mittēti.

## Eſt quoddaꝫ genus.[b]

Per hunc.§.vidi caſſari quedam confinia data in marchia ⁊ in ducatu.ſi ciuitas precipit ſuo ciui ꝙ debeat morari in aliqua ciuitate ſibi non ſubdita nō valent iſta ꝯfinia.caſus eſt.hic iō pre ſides qui cognoſcunt de appellatiōe caſſant iſta confinia.in ciuitatibus vero que principem nō recognoſcūt:nō ſunt qui talia confinia caſſent. ideo piſani relegant in ſardiniam.quandoqꝫ in inſulam rhodi vel in aliam prouinciam non ſub ditam:ſed nō poteſt fieri de iure.nam tantū poſ ſunt relegare in terras ſibi ſubditas:vt hac.l.

¶ Ex.§.ſequenti.

¶ An diſpoſitio poſſit egredi locum diſponen tis. Et iudex loci vnde qs ē incola pōt punire ꝺ delicto alibi cōmiſſo delinquentem.

## Interdicere.[c]

No.hic ꝙ de iure primeuo quis non poterat interdicere niſi ei prouincie cui preeſt. ¶ Sed ad hoc op. interdicere poteſt ꝓuincie cui preeſt ergo iubet eum alibi morari in loco ſi bi nō ſubdito:hoc autem nō poteſt fieri:vt hac l.in prin.ergo ⁊c̄.Solu.non poteſt de hoc dire cto diſponendo ſed per quādā conſequentiam ad hoc confertur diſpoſitio.hoc non eſt probi bitum.¶ Item contra.ego video ꝙ municipiū vel ciuitas poteſt ſtatuere ꝙ quis non vadat ad faciendum mercātias extra municipium: vel ꝙ quis nō vadat ad faciēdum mercātias in tali ci uitate:vt.l.ſi.in fi.ī.de decre.ab or.fa.⁊.l.mer catores.C.de cōmer.⁊ merca.⁊ ſic quis poterit diſponere in prouincia aliena.So.diſpoſitio q̄ fit in penā alicuius nō poteſt directo egredi lo cū iuriſditionis diſponentis:vt ℏ.ſed ſi non fit in penā eius ſed in penam hominū illius loci ad queꝫ nolo aliquē accedere vel in cōmodum iſtiuſ ciuitatis:tūc valet diſpoſitio:⁊ ita loquun tur cōtraria.Eodem modo dico ꝙ ſi iudex in terdicit tibi bonis nō ꝓpter delictum tuū in pe nā ſed in cōmodum tuū quia es ꝓdigus:ne bo na tua pereāt:iſtud interdictū porrigiſ ad om nē locum[d]:vt.C.de emācipa.libe.l.i.⁊.l.cui bo nis.de verb.ob.⁊.l.is cui.ſ.de teſta.¶ Secun do not.hic ꝙ ſi imperator reſcribit vni preſidi: ex hoc videſ reſcriptum omnibus:vt hic in ver. ſed imperator noſter.¶ Sed contra hoc videſ .ī.e.l.ℽ.quibuſdā tamē.Solu.hic reſcripſit ſim pliciter.in ver.qbuſdā.reſcripſit cōcedendo pri uilegium quibuſdā.qꝺ dic vt.l.i.§.fi.ſ.de cōſti. princi.¶ Tertio not. ꝙ iudex loci vnde qs eſt incola pōt quē punire de delicto alibi cōmiſſo[e] quod d eſt no.facit ad hoc.l.i.⁊.ij.C.vbi ꝺ cri.agi opor.⁊.l.iij.ſ.de offi.preſi.¶ Ulterius not.in ver.dubitandū ꝙ in interdicto minori videſ in terdictuꝫ maius:ſed nō ecōtra.⁊ ideo qui inter dicit locum incolatus videſ iterdicere locū ori ginis:nō ecōtra:quaſi loc⁹ origīnis ſit nobilior ⁊ delectabilior preſumptione huius.l.¶ Ulti mo no.ꝙ hic italia appellatur prouincia in ver. ſi quis eā ſententiā.ſimile habetis in.l.ſuperua cuam.C.de tem.in integ.reſti.peten.tamen pro uincie hodie aliter appellantur .ſ.que ſunt ſub vno preſide.vt no.in.l.fi.C.de ꝑſcript.lon. tēp. non habetis hic alia.

## Solet.

Not. ꝙ cui interdicitur minus officium nō poteſt accedere ad maius.ſed iſtud non habet locum econtra: vt cui interdicitur maius officium non poſſit acce dere ad minus.tene menti.

## Sed muneribus.

Uide gl. que icipit nota ex eodē ibi:ſed arg.contra.ſed ibi ex eodē facto conſequitur quis penam ⁊ premiuꝫ diuer ſis reſpectibus. ſed eodeꝫ reſpectu ſecus:vt hic facit quod no.ꝑ Dy.in.c.quod ob gratiā.de re gu.iur.lib.vj.

¶ De ſniam paſſis ⁊ reſtitu. Rubrica.

## D ſucceſſionem.

a No.pro bānitis quibus bona reſti tuunſ: vt teneantur creditoribus alias non.

## i In inſulam.

No. differentiā inter reſtitutum ⁊ eum cui pena per indulgentiam eſt re

loca ſubdita ſm bal.in.l. pe.in.ix.col. C.ꝺ execu. rei iudi. iteꝫ dicit ibi bal. ꝙ hodie ex conſuetudi ne pōt qs re legari extra loca ſubdita quod no. de q̄ vide domi. Abba.in.c. poſtulaſti. in .ij.col.de fo. compe.

c ¶ Interdicere.De iſto ⁊ ex.⁊ ſequē. vide bald.in .l. executorē .C.ꝺ execu. rei iudi. in viij.col.

d ¶ Omnem locum.An ſi ex ſtatuto uel ſententia ſint iterdicta bona alicui⁹ hēat effectuꝫ extra territo rium. vide bar. in.d.l.i. in.vj.q.C.ꝺ ſum tri.

e ¶ Alibi cō miſſo.no. ꝙ qs pōt puni ri de delicto alibi cōmiſſo qꝺ vide ple ne in .l.i .C. vbi de cri. agi. op. ⁊ in .l.ſi is cui.§. fi. de accu. per bart.⁊ ꝑ eūdē in.l.i. i .xv.q .C. de ſum. tri.⁊ ali qd dixi in.l. fi.in fi.ſ. de iuriſ.om.iu. ⁊ de hac ma teria per do. ange.in tra ctatu malefi ciorū.i ver. an exiſtēs flo rentie. An italia ſit ꝓui tia uide qꝺ ſcripſi ⁊ no. inſti.ꝺ execu. tuto.in .§.i. ⁊ qꝺ no. gl. ⁊ ibi dixi i.l. fi.C. ſiue cē ſu.uel reliq. q interdicit locum domi cilij videſ in terdicere lo cū originis. adde ꝑ bal. i.l.pe.i. viij. col.C.ꝺ exe cu.rei iudi.

miſſa. Sed quid ſi verba ſunt dubia. dicit ſtatutum ꝙ aliquis reb āniatur vtrum videatur reſtitutus in integruꝫ vel videaꝛ indulgētia cōceſſa. tetigi in.l.i.§.fi.ſ̄.ō queſtio.

¶ De cadauerībus punitoruꝫ. Rubrica.

c **Orpora.** No. tres negationes nō faciūt vnam affirmationē ſed remanet negatio. ſed due negationes [a] faciunt vnam affirmationeꝫ. de quo per cy. in.l.i.in.vij.q.C.de ſer.fugi.ꝛ videbitis ī.l.duobus.j.de verbo.ſigni.ꝛ.l.i.ſ̄.de here.inſti

s **Jquis in inſulam.** [b]

Not. hanc.l. quia forte non reperies alibi: ꝛ habes hic ꝙ ille qui in vita non poteſt morari in ciuitate poſt morteꝫ nō poteſt reduci ad ciuitatem ad ſepulturaꝫ.

c **Orpora.** Dicit hic ꝙ quibuſlibet petentibus poteſt dari ad ſepulturam. ſed an poteſt dari medicis ad notomiā [c] faciendā. cogitabitis.

¶ De appellationibus ꝛ relationibus. Rub.

¶ Cōtinuatio per ſe patet. ideo veniamus ad materiam.

¶ Ex.l.ſequenti.

¶ Quid ſit appellatio: ibi. Circa. Et an appellatio ſit officiū iudicis vel actio vel exceptio: ibi iuxta. Et quottuplex ſit appellatio: ibi. Quero ſecūdo. Et q̄re fuit introducta appellatio: ibi. Tertio.

**Pellandi uſus.**

a Prio iuriſcōſultus in hoc pricipio cōmēdat tractatum de appellatiōibus ſm dy. Alij dicūt ꝙ in hoc principio ponitur cā quare introducta eſt appellatio. Et diuiditur iſtud princi. in duas partes. nā primo ponit cām inducende appellationis. Secundo reſpondet cuidam tacite obiectioni. Secunda ibi. nōnunꝗ̄. Et forma caſum. queritur quare introducta eſt appellatio. reſpōdetur qꝛ vſus eius eſt frequens ꝛ neceſſarius ꝛ cauſa neceſſitatis apparet ex eo ꝙ per appellationeꝫ corrigitur iperitia vel iniquitas iudicantis: ꝛ hoc primo. Sed inſtatur: ſepe vidi iudicem appellatiōis peius iudicare ꝙ̄ primus iudicauerit. Reſpondetur regulariter per iudicem appellationis ſnia reformatur in melius: lꝫ nōnunꝗ̄. i. aliquando cōtrarium contingat. nō eſt enim ſemp melius pronūciatū ꝛc̄. ¶ Circa iſtud principiuꝫ primo quero quid ſit appellatio. [b] Ad qḋ reſpōdeo ꝙ Pla. in ſūma ſua dicit. Appellare eſt iudicis ſententiam aduerſus ſe latam iniquam dicere ꝛ de ea querimoniā proponere: vt.ſ̄.de mino.l.prefecti. Sed certe non ponit diffinitioneꝫ appellationis ſed deſcribit actuꝫ appellandi. iō Azo in ſūma huius ti. dixit ſic. Appellatio ē ſententia a minori iudice lata per inuocationeꝫ maioris iudicis pretextu iniquitatis prime ſententie reſciſſio: vt.d.l.prefecti.ſ̄. ad turpill.l.i.§.fi. Sed hec diffinitio eſt contra caſum.d.§.fi. naꝫ ibi dicitur ꝙ effectus appellationis eſt reſciſſio ſeu extinctio ſentētie prime: ꝛ ſic aliud eſt appellatio: qꝛ eſt cā: aliō eſt reſciſſio: quia eſt effectus eius. Differt enim cauſa a ſuo cauſato ſicut mater a filio: vt.l.licet.§.ea obligatio.ſ̄. de procu.

¶ De cada. puni. Rub.

a **Orpo-** c **ra.** due negationes. an due negationes faciant vnā affirmationeꝫ. ad intellectū huiꝰ tex. vide que ſcripſi poſt bart. in.l.ſi.ſ̄.ad.l.iul. maie. ꝛ an cadauer ꝛ oſſa ideꝫ ſint: dic ꝙ nō. ita dicit bart. per illū text. in.l.oſſa.ſ̄.ō religio.

b **J qs i** s **ſulam.** ad hūc tex. vide no. in.l.i.in.ij.col.C.ex delic.defū. ꝛ q̄ dixi poſt bal. in.l.ſi.ſ̄.ad.l.iul.ma. ꝛ ſi qs vulnerat vel ſpoliat mortuū an dicaꝛ euꝫ offendere vide bald.in.l.ſororē.C.de his qui.vt i. indi. in ſi. ꝛ ſequiꝛ pe.de ancha. ī cle.i.de peni. ꝛ remiſ. ꝛ qd ſi aliqs ſepelit mortuuꝫ excōicatū an dicaꝛ cū eo cōicare ſua ꝙ cadat ī excōicati. vide

ꝛ.l.ꝛ an eadem.§.actiones.de excep.rei iudica. Male igitur dicit azo cum dicit ꝙ appellatio eſt reſciſſio: imo ex appellatione reſciſſio ſequiꝛ ꝛ ideo Gof. doctor iuris canonici in ſum. de appella. dixit ꝙ legalis diffinitio appellationis eſt ꝙ appellatio eſt per inuocationeꝫ maioris iudicis pretextu iniquitatis prime ſententie reſciſſionem implorans: vt.d.l.prefecti. Sed hoc nō videtur verum. naꝫ ipſo iure ſine aliquo alio iudice ad queꝫ appellatur per interpoſitionem appellationis prima ſententia extinguitur ſꝫ verā opinionē: vt.d.l.i.ī fi.ad turpill.ꝛ ibi dixi. Preterea dicta diffinitio deſcribit ipſum actum appellandi nō ſubſtātiam ipſius appellationis nō ipſam appellationē vnde eodē morbo laborat quo diffinitiō Azo. Preterea per nouationē poteſt tolli ꝛ ſuſpendi effectus prime ſententie: vt.l.iiij.§.ſi ex cōuentiōe.ſ̄.de re iudi. igitur nouatio eſt appellatio: quod eſt abſurduꝫ. Gof. etiā dicit ꝙ ſm canones appellatio aliter diffinitur. ꝛ ſic appellatio eſt a minori ad maiorem iudicē prouocatio: vt.ij.q.vi.c. omnis oppreſſus: ꝛ.c. ſe. ꝛ maxime in.c.placuit. que diffinitio eēt vera largiſſime aſſumendo nomen appellationis. nā quandocūqꝫ te ad iudiciuꝫ prouoco appellatio poteſt dici: vt.l.itē apud labeonem.§.appellare.ſ̄.de iniur. ꝛ eodem modo ſi te vocarem ad cenam: nam poteſt dici appellatio: vt ibi pꝫ. Sed aſſumendo appellationem ſtricte prout h̄ ti. accipiꝛ alio modo diffiniēda eſt. dic ergo. Appellatio eſt ius quo interī prima ſententia extinguitur ꝛ interim cauſe cognitio ad iudiceꝫ ſuperiorem deuoluitur. ꝛ hoc prout loquitur de appellatione a diffinitiua. De alijs vero generibuſ appellationuꝫ.j.in ſuis locis dicemus. Dixi appellatio eſt ius ꝛc̄. ne videar diffinire ipſum actum appellādi ꝓut fecerūt alij quos.ſ̄. reprehendi. Itē dixi ꝙ interiꝫ ſentētia extinguiꝛ. hoc dixi vt oſtēdereꝫ appellationis effectum. no. in.d.l.i.in fi.ſ̄.ad turpil. Item vt per hoc notetur differentia a iure dicendi nullū quo primus iudex ſuperior quādoqꝫ aditur: vt.l.abſentem.C.de accu. tamen per illud ius ſentētia nō extiguitur: quia antea nulla erat. ſed hic erat aliqua: vt diceꝛ ī.l.ſi expreſſim.j.eo. Itē ideo dixi interim vt ꝑ hoc differat a ſentētia lata in cā appellationis vel in integrum reſtitutionis ꝑ quam ſententia reſcinditur vel confirmatur totaliter. ſed per ipſaꝫ appellationem extinguitur interim ꝛ expectatur ꝓnunciationis euentus: vt.d.l.i.in fi.ad turpill. ꝛ.l.furti.in princi.ſ̄.de his qui no.infa. ꝛ de pac. tale.§.qui prouocauit. Item dixi ꝛ per eam cauſe cognitio ad ſuperiorem deuoluitur [e] vt.C.de ap.l.eos. ꝛ.l.a proconſulibus cum infinitis ſi. ꝛ per hoc differt a nouatione per quam licet ſententia poſſit extingui vel ſuſpendi cauſe tamen cognitio ad ſuperiorem nō deuoluitur. ¶ Iuxta predicta quero. dixi.ſ̄. ꝙ appellatio eſt ius. q̄ro qḋ ius eſt vtrū ſit [f] actio vl' officiū iudicis: vel exceptio vel qd? Rñ. nō ē actio nā actio ē ius petēdi ī iudicio qḋ ſibi debeꝛ. ſꝫ ꝑ appellationē nihil peto in iudicio cū ipam iterpono. nā appellatio interponitur corā iudice a quo: ꝛ ab eo nihil petiꝛ. ſꝫ poſtea peteꝛ corā iudice ad quē. per ipꝫ: ergo actū appellatiōis nō peto. Itē nō ē officiū iudicis: qꝛ abſqꝫ aliquo iudicis officio appellatio ꝓducit ſuū effectū. ſ. extiguēdi ſentētiaꝫ ꝛ deuoluēdi cām ad ſupiorē. Itē nō ē exceptio qꝛ nō extiguit ſententiā ope exceptiōiſ: ſꝫ ipō iure. dico igiꝛ ꝙ ipa appellatio eſt quoddā ius q̄ ſe diffinitū ꝑ modū añ dictū qḋ vocaꝛ appella

gl. ꝙ ſic i.e. ad hoc de priui.

c **Orpo** c **ra.** ad notomiam. an qs poſſit ſe dare medicis ad notomiaꝫ nec ꝑt exhūari a ſepultura pretextu alicuius ōbiti tex. eſt i.l.ſi.de ſepul. vio. ꝛ vide ino in.c.certificari.de ſepul.

¶ De appel al. Rub.

d **Appel** a **lādi.** qd ſit appellatō. Quid eſt appellatio per bal. in rub.i.ij.col.C.eo. vide eū.

e ¶ Deuoluitur. idem dicas in cā nullitatis: vt dixit ſing. bar. etiam ſe alibi nō dixiſſe in.l.ſi vt ꝓponis. C. quo ꝛ quando iudex. ꝛ bar. in.l.ſi expreſſim. circa ſi.j.eo.

f ¶ Vtruꝫ ſit. An appellatio ſit actio vel officiuꝫ iudicis: an autē ſit actuſ iudiciarius. vide in.d.l.ſi expreſſim.